FRatres: Hortamur vos. ne in vacuum gratiam dei recipia tis. Ait enim. Tēpe accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dātis vllā offēsionē: vt non vituperet̄ mi nisteriū nostrū. Sz ī oībus exhi beamꝰ nosmetipsos sicut dei mi nistros in multa patiētia: in tri bulationibz / ī necessitatibz / ī an gustiis / in plagis / ī carceribus / in seditionibus / in laboribz / in vigiliis / ī ieiuniis / in castitate / ī scientia / in longanimitate / in sua uitate / in spū scō / In caritate nō ficta ī verbo veritatis / in vir tute dei. Per arma iusticie. a dex

tris et a sinistris. Per gloriam et ignobilitatẽ. per infamiã et bonã famã. Ut seductores. et veraces. Sicut qui ignoti et cogniti. Quasi morientes. et ecce viuim⁹. Ut castigati. et non mortificati. Quasi tristes. sẽper aũt gaudentes. Sicut egentes multos autẽ locupletantes. Tanq̃ nichil habentes. et oĩa possidentes.

Postilla.

Hortamur vos. ne ĩ vacuũ gratiã ꝛc. Ante initiũ illius epystole scribit sanctus paulus di. Oẽs nos manifestari oꝫ ante tribunal xp̃i: vt referat vnusquisqꝫ propria corporis put gessit siue bonũ siue malũ. Tũc postmodum sequitur epl'a hoď. Et in presenti epl'a hortatur nos apostolus ad grẽ habite exercitationẽ di. (Fr̃es hortamur vos) Uĩn. ãmonitione caritatiua inducendo (ne in vacuũ grãm dei recipiatis) Uĩn. grã in vacuũ recipitur qñ hõ post pctõꝝ dimissionẽ se non exercet in bonis opibꝫ (Ait enĩ) dñs isa. xlix. (Tp̃e accepto) Ly. i. tp̃e noue legis: quod est tp̃s grẽ (exaudiui te). s. orãtẽ pro pctĩs (ꝛ in die salutis) in qua p̃t salutẽ suã opari (adiuui te) Ly. s. opa tua pficiendo (Ecce nũc tp̃s acceptabile) Uĩn. i. ad merendũ (ecce nũc dies salutis) q̃tũ ad premiũ ꝯsequendũ: qꝫ nũc statim post obitũ salus datur fidelibus: sꝫ in veteri testamẽto differebatur. vñ luce. xxiii. Hodie mecũ eris in paradiso (nemini dãtes vllam offẽsionem) Gor. i. neminẽ verbo vel facto scandalizantes (vt nõ). s. p vos (vituperetur ministeriũ nostrum) Ly. qꝫ mala subditoꝝ redundant in vituperiũ plato ꝝ (sꝫ in omnibus exhibeamus nosmetip̃os sicut dei ministros) s. xp̃i xp̃o nos ꝯformando quantũ possumus (in multa patiẽtia) Gor. s. cordis / oris / et operis (in tribulationibus). s. multiplicibus (in necessitatibus) s. victus et vestitus (in angustiis). i. in curiis (in plagiis). i. in verberibus corporis (in carceribus) Ly. ne possimus ad predicandũ discurrere (in seditionibus). i. in ꝯmotionibus ppl'i ꝯtra me (in laboribus) s. manuũ (in vigiliis / in ieiuniis in castitate) s. mentis et corporis (in scientia) scripturaꝝ (in longanimitate). s. expectatiõe premii (i. suauitate in sp̃u sancto.) Ly. q̃ facit hoĩem dulcẽ et suauẽ ꝓximo verbo et facto (in caritate nõ ficta). i. insimulata ꝯtra ypocritas (in verbo veritatis). s. loquendo cum ꝓximo (in virtute dei). i. in deo nõ in nobis sperãdo et ꝯfitendo (p arma iusticie). i. opa iusticie nos ꝓtegentia (a dextris) Ly. ne in prosperis p superbiã eleuemur (et a sinistris. i. ne in aduersis deficiamur (p gloriã ꝛ ignobilitatẽ) Ly. aliqñ ap'li reputati fuerũt gloĩ. Et ꝯuerso aliqñ incarcerati fuerũt vt viles et abiecti: sicut pꝫ in legendis apl'oꝝ et alioꝝ sctõꝝ (per infamiam et bonã famam) Ly. qꝫ ab aliquibus dicebantur seductores ab aliis vero dicebãtur ap'li veritatis p̃dicatores (vt seductores). s. reputati in estimatione malorũ hoĩ: qꝫ xp̃s q̃ est veritas dictus est seductor. Mat. xxvii. (ꝛ veraces) apd' deum) sicut q̃ ignoti (Ly. i. reprobati a malis (quasi morientes). i. periculis mortis expositi (et ecce viuimus). s. deo per fidẽ ꝛ gratiam (vt castigati) Gor. flagellis ꝛ pressuris vt cessaremus a predicatione (ꝛ non mortificati). s. desistẽdo a predicatione vel moriendo corporalr' (quasi tristes) reputati (sp aũt gaudentes). s. veraciter in dño (sicut egentes (. i. mendici ꝛ pauperes (multos aũt locupletantes). s. diuitiis sp̃ualibꝫ (tanq̃ nichil hñtes) li. qꝫ ap'li propter xp̃ꝫ omnia temporalia reliquerunt (ꝛ oĩa possidentes). s. non solum spiritualia: sed etiam temporalia: quia timentibꝫ deum nichil est difficile.

¶ Feria. ii. post do. i. xl. Lcõ ezechielis prophe. xxxiiii.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ip̃e requirã oues meas et visitabo illas sicut visitat pastor gregem suũ in die quãdo fuerit in medio ouium suaꝝ dissipatarum: sic visitabo oues meas et liberabo eas de omnibus locis ĩ quibus disperse fuerãt in die nubes et caliginis. Et educã eas de populis: et cõgregabo eas de terris / et inducam eas in terrã suã / et pascã eas in montibus israel / in riuis et in cũctis sedibus terre In pascuis vberrimis pascã eas

& in mōtibus excelsis israel erūt pascua eor. Ibi requiescent in herbis virētibus: & ī pascuis pinguib⁹ pascentur super mōtes israel. Ego pascā oues meas: & ego accubare eas faciam: dicit dn̄s deus. Quod perierat requirā: & abiectū fuerat reducā/ & qđ confractū fuerat alligabo: & quod īfirmū fuerat ꝯsolidabo: & qđ pingue & forte custodiā. Et pascā illas ī iudico & iusticia. Dicit dn̄s omnipotens

Postilla.

¶ Hec dicit dominus deus. Et ecce ego ꝛc) In principio huius capituli loquitur propheta specialiter contra pastores israel. vt patet intuenti dictum principium. Hic vero circa desolatoria populi et vrbis hierusalem promittitur per dictum prophetam cōsolationis actus. Cum dicitur in persona dei (Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum ꝛc.) .i. malorum pastorum ipsum gregem meum ab eis auferendo. Et hoc fuit impletum tempore christi vt patet in textu euangelii. Tunc enim sacerdotes & scribe aliis onera grauia imponebāt et importabilia: vt habetur. Math.xxiii. a quibus liberati sunt fideles per libertatem euangelii. secundum quod declarat apostol⁹ in epystola ad galathas diffuse (Ecce ego ipse requirā oues meas & visitabo eas) per assumptionem carnis humane (sicut visitat pastor gregem suum) scʒ misericorditer et benigne (et liberabo eas de omnibus locis) congregādo eas in vnitate fidei et claritatis (Et inducam eas inter in terram suam) i. in ecclesiam militantem et postea in triumphantem que est terra viuentium. Et pascham eas in montibus israel) .i. in ecclesia militante per dona gratie (et in triumphante) per dona glorie/ que designantur hic per pascua vberrima et cetera corporalia: qꝛ spiritualia sub similitudinibus corporalium in scriptura veteris ac noui testamenti frequenter designantur. vt shm quod dicit gregori⁹ omelia.xxvii. insurgat animus ex his que nouit ad ea que non nouit: ut per hec que nouit diligere discat et incognita amare (Quod perierat) .s. per defectum regiminis (Requiram) .s. reducendo ad me per gratiam. (Et quod abiectuʒ erat) .s. per pastorum tyrannidem (Reducam ad me) .i. per benignam consolationem (Et qđ infirmum fuerat) per pronitatem ad malum et exemplo malorum pastorum (cōsolida bo) videlicet firmando in bono (et quod pingue et forte custodiam) in suo bono statu in hebreo autem habetur. Et quod pingue et forte consumam. id est diuites & potētes qui inique oppresserunt pauperes puniam. iđ subditur (Et pascam illas in iudicio et iusticia) iuste secundum demerita puniendo: eo modo quod dicitur.iii. regum. vltimo. Tollite michea ꝛc. Et subditur. Mittite virum istum in carcerem et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustie.

¶ Feria tertia post primam dominicā quadragesime Lectio ysaie prophete.lv.

IN diebus illis. Locutus est isayas propheta dic[…]
Querite dn̄m deum inueniri po[…]
test: inuocate eum dū prope est.
Derelinquat impius viam suā:
& vir iniquus cogitationes suas
Et reuertatur ad dn̄m & miser[…]
bitur eius: & ad deū nostrum q[…]
multus est ad ignoscendū. Non
enī cogitationes mee cogitatio[…]
nes vestre: neqꝫ vie mee vie v[…]
dicit dn̄s. Quia sicut exaltātur
celi a terre: sic exaltate sunt vie
mee a viis vestris et cogitatiōes
mee a cogitationibus vestris Et
quomodo descendit ymber et nix
de celo: et illuc vltra nō reuertit[…]
sed inebriat terram et infundit
eam/ et germinare eā facit & dat
semen serenti/ et panē comedēti
Si erit verbū meū qđ egredie[…]
de ore meo. Nō reuertetur ad me
vacuum: sed faciet quecunqꝫ vo[…]

sui. Et prosperabitur in his ad que misi illud: ait dns omps.

Postilla.

¶ In diebus illis. Locut9 est isa ias prophetas dicens. Querite dominum dũ inueniri potest ec. Capitulum in quo scribi-tur hec presens lectio diuiditur in tres partes In prima describitur xpi magnifica liberali tas. In secunda ipsius summa dignitas. Et in tertia excitat nostra sedulitas. Et de hac tertia parte hic tm̄modo loquitur propheta quando dicit (Querite dñm ec.). s. in hoc tpe gratie. et antequã veniat seueritas iudii (in uocate eum) per deuotam orationem (dum prope est) ad exaudiendum paratus. Et quia peccatoris oratio non est exaudibilis: iõ sub-ditur (Derelinquat impius viam suam) .i. opera sua mala (et vir iniquus cogitationes suas) Ex hoc pz falsitas iosephi dicentis q̃ co gitationes intra manentes non sunt peccata (et reuertat ad dominum) per veram peni tentiam (et miserebitur eius) dando ei grati am (qm̃ multus est ad ignoscendum) .i. proni or q̃ ad condemnandum (Non enim ec.) hic consequenter declarat dictum suum. Et pri-mo de diuina pietate dicit. Non enim cogi-tationes mee ec.) cogitationes enim huma-ne sunt ad iniurias vindicandum: cogitatio ne (autem diuine sunt magis ad miserandũ (Qz sicut exaltantur celi a terra) quia celum sursum est et terra deorsum. sic cogitationes diuine et opera sunt eleuata ad superiora. se cundum quod dicitur prouer. xvi. Uniuersa propter semetipm̄ operatus est dns cogitati ones aũt humane et opera tendunt deorsum Gen. viii. Sensus est cogitatio humani cor dis prona sunt ad malũ ab adolescentia sua Sedo quantum ad verbi sui stabilitatem: cũ dicit (Et quomodo descendit ymber ec.) absq̃ effectu. ideo sequitur (sed inebriat terrã ec.) vt pz vsq̃ ibi (Sic erit verbum meum) s. per prophetas dictum vel aliter. verbum meum .i. filius de quo dicit ioh. i. In principio erat verbum ec. (quod egredietur de ore meo) qz semper nascitur a patre. Ista enim natiuitas mensuratur eternitate qua complectione tẽ pus. (Non reuertetur ad me vacuum) Fili-us enim procedens a patre et veniens in mũ dum non rediit vacuus in celum. Qz patres detentos in limbo adduxit secum. ideo subdi tur (Sed faciet quecunq̃ volui) .id est que-cunq̃ per ipsum fieri disposui. Similiter si hoc referatur ad verbum domini per prophe tas dictum nunq̃ frustratur effectum a deo intento (Et prosperabitur in his ad que mi-si illud) quod adimpletum est in christo de su is apostolis et discipulis Et sequitur tandem finis assuetus. Ait dns omnipotens.

¶ Feria quarta quattuor temporum: sunt due lectiones. Lectio prima. Exodi. xxiiii. ca.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysem. Ascẽde ad me in montem et esto ibi. Daboq̃ ti bi duas tabulas lapideas et legẽ ac mandata que scripsi vt doce-as filios israel. Surrexerunt au tem moyses et iosue minister ei9 Ascendensq̃ moyses in montem dei. senioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habe tis aaron et hur vobiscũ: si quid natum fuerit questionis referé-tis ad eos. Cũq̃ ascendisset moy ses operuit nubes montem: et ha bitauit gloria domini super sy-nai tegens illum nube sex dieb9. Septimo autem die vocauit eũ dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domi ni quasi ignis ardens super ver-ticem montis: in conspectu filio rum israel. Ingressusq̃ moyses medium nebule ascendit in mon tem. Et fuit ibi quadraginta die bus et quadraginta noctibus.

Postilla.

¶ In diebz illis. Dixit dominus ad moysem. Ascende ad me in montem ec.) Post dationem moralium preceptorum et iudicia liũ. hic consequenter ponitur datio cerimo-nialium q̃tũ ad scripturam tabernaculi et or-

dinationem ministrorum. vbi sic procedit: quia primo describitur moysi vocatio. Secundo cerimonialium traditio. scz in .xxv. capi. Circa primum dicitur (Ascende ad me in montem) .i. solus (et esto ibi) per hoc designauit quod moyses deberet ibidem diu remanere. sed non determinauit quam diu preesse. (Daboque tibi duas tabulas lapideas) dicunt hebrei quod erant de saphiro. (Surrexeruntque moyses et iosue) qui scz iosue iuit cum eo vsque ad terminos montis: et ibi fixit tabernaculum suum ad manendum quousque rediberet moyses de cacumine montis. Per hoc enim quod in Exo. xxxii. ca. dicit iosue ad moysem de cantantibus corum vitulo conflatili. vlulatus pugne auditur in castris: patet quod non intrauerunt in castris quando fecerant vitulum et adorauerunt (Ascendensque moyses) id est ascendere volens senioribus ait) Et hoc fuit quando ipse et iosue recesserunt de castris. ideo subditur (Expectate hic) .i. intendentes ad regimem populi (donec reuertamur ad vos) .i. ego et iosue (habetis aaron et hur vobiscum) iste hur fuit maritus sororis moysi vt dictū est supra .xvii. ca. (Si qui natum fuerit questionis) id est si aliquid videatur vobis difficile et ambiguum (referetis ad eos) id est ad determinādum sicut referetis ad me si essem presens. (Cumque ascendisset moyses .i. dimisso iosue in loco supradicto (operuit nubes montē) quod erat signum diuine presentie (tegens illum sex diebus) Non quod recessisset septimo die nubes. sed per illos sex dies accipitur mora moysi in mōte antequā dñs cum eo loquaretur. ideo subditur. (Septimo autem die vocauit eū etc.) Erat species glorie dñi quasi ignis) de superiori enim parte nubis que mōtem operuerat videbatur quasi ignis ascendere in altum ita quod videbatur de castris (Et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus) absque cibo et potu.

¶ Eodem die. Lectio libri regū. iii. xix. ca.

IN diebus illis Venit helyas in bersabee iuda et dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertum viam vnius diei. Cumque venisset et sederet subter vnam iuniperū: petiuit anime sue vt moreretur: et ait. Sufficit michi dñe: tolle queso animā meam Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecit se et obdormiuit in vmbra iuniperi. Ecce angelus domini tetigit illū: Dixitque illi. Surge comede. Et respexit. Et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusque est angelus dñi secūdo et tetigit eum: dixitque illi. Surge et comede: grandis enim tibi restat via. Qui cū surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus vsque ad montem dei oreb.

Postilla.

¶ In diebus illis. Venit helias in bersabee etc. Ante istam ponitur quomodo regina iezabel misit ad heliam di. Hec michi faciant dii et hec addant nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut aīam vnius ex illis. Timuit ergo helias: et surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas (et dimisit ibi puerum suum) .i. filium mulieris vidue quem suscitauerat et quē mulier ex deuotione ei tradiderat vt eum erudiret et puer helye ministraret. Et iste dr̄ fuisse scd̄m aliquos iona propheta. verūtamē quia helyas volebat ingredi desertū et absque vlla promissione. quod videbatur duꝝ pro puero. ideo dimisit eum (petiuit animae sue vt moreretur). i. petiuit a deo vt animā suam de corpore acciperet. optabat enim magis mori quam videre per ydolatras contemptū dei (et obdormiuit (fatigatus ex labore et ieiunio (in vmbra iuniperi) que est arbor crescens in desertis: cuius vmbrā serpentes fugiunt vt dicit plinius. Et ideo in vmbra eius homines secure dormiūt (Et ecce angelus) hic consequenter circa helyā ponitur angelica prouisio. videlicet de cibo quia famelicus erat et lassatus. Et est patēs littera vsque ibi (Et ambulauit in fortitudine cibi illius etc.) Ex hoc videtur scriptura attribuere iter helye ieiunanti quadraginta diebz et quadraginta n

[c]ibus virtute cibi illius propter quod dicit augustinus libro de mirabilibus sacre scri- pture ꝙ ille cibus angelicis manibꝫ pparatꝰ habuit talē virtutē ꝙ potuit diu seruare na turā corporis a ꝯsumptione calidi naturalis propter quā reꝗritur esū ptio cibi ad reficiendū id quod consumptum est vt habetur in libro de generatione (Usqꝫ ad montem dei oreb) in quo loco debebat deus legem moysi. Et ideo ibidem voluit apparere helye qui fuit maximus zelator legis diuine.

Feria. v. post do. i. lx. Le. ezechielis. xviii.

IN diebus illis Factus est sermo dn̄i ad me dicens. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra israel dicentes. Patris nostri comederūt vuam acerbā et dentes filiorum obstupescūt: Uiuo ego dicit dominus deus si erit vobis vltra parabola hec in prouerbiū in israel Ecce omnes anime mee sunt. Ut anima patris: ita et anima filii mea est. Anima ꝗ peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iusticiam: in mōtibus nō comederit/ et oculos suos non leuauerit ad ydola domꝰ israel et vxorem proximi sui nō violauerit et ad mulierem menstruatam non accesserit et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit per vim nichil rapuerit/ & panem suum esurienti dederit/ et nudum operuerit vestimento ad/ vsuram non commodauerit: et amplius non acceperit: Ab iniquitate auerterit manū suam: iudicium verū fecerit inter virū et virū et in preceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea custodierit vt faciat veritatē: hic iustus est. Uita viuet: & non morietur. Ait dn̄s oīps.

Postilla.

¶ In diebus illis. Factus est sermo dn̄i ad me dicēs. Quid est &c) In hac lectione et in toto isto capitulo arguitur malicia populi ex parabola vue acerbe. Et ad intellectum huius lr̄e sciendū ꝙ iudei murmurabant contra iusticiam dei dicentes: ꝙ iniuste eos puniebat pro peccatis parentū. quod in hac lectione ostēdit esse falsū. Pene enim sunt i duplici genere qꝫ aliq̄ sūt corporales & aliq̄ spūales. Itē corporaliū aliq̄ sūt tpales tm̄: alie eterne sicut pene gehēne. Pene vero corporales & tpales sunt ꝗdā medicine illis qui eis puniūtur vt cū aliq̄s flagellatur vel incarceratur ad sui correctionē vel aliis. vt cū aliq̄s pro malefactis suis occiditur vt alii terreātur & sic emēdētur. Sūt nichilominus tales pene medicine illis ꝗ occidūtur si paciēter sustineāt: qꝫ valent ad bonum aīe sue ad qd̄ bona corporis finaliter ordinātur. Et talibꝫ penis corporalibꝫ et tpalibus bn̄ puniuntur filii a deo & ab hoīe p parētibꝰ: qꝫ sc̄m corpus sunt res ipsorꝫ parentum. Et sic deus pro pctō dauid fecit filium suū de bersabee natū mori. ii. reg. xii. c. Penis vero spūalibꝰ non puniūtur a deo filii pro parentibus/ qꝫ sc̄m aīam non sunt res parentū. Qꝫ imediate aīe a deo p creationem infūduntur. Et in hoc sēsu loq̄tur istud capitulū in parte: ꝙ qꝫ filii nō puniātur pro parētibus pro rōne induxit dn̄s dicens. Ecce oēs aīe mee sūt: qꝫ sunt a me creante et infundente. Et qꝫ pene eterne etiā corporales nō inferuntur nisi pro peccato mortali & proprio. ideo talibꝫ penis non puniūtur filii pro parētibꝫ. Sciendū tn̄ ꝙ filii parentum malorꝫ frequenter imitatores sunt paternorꝫ scelerꝫ eo ꝙ sunt inter eos nutriti. et facta parentū hn̄t in auctoritate maiori. et sic freq̄nter etiā puniūtur corporaliter et spūaliter pro pctō parētum. occasionaliter tn̄ inquātū accipiūt ab eis exēplū s; pro pctis propriis simpliciter. Et hoc mō procedit in hoc capitulo/ qꝫ iudei erant imitatores parētum in ydolatria & in aliis facinoribus. et sic iniuste murmurabant cōtra deum dicentes ꝙ puniebat eos tātūdem pro pecca

satis parentũ.Vñ in principio dr̃ in persona dei.Quid est qđ inter vos parabolã vertitis in puerbiũ inter vos frequenter de mea iu‑sticia murmurando.q.d. male loq̃mini(dicē‑tes.p̃res nostri comederũt vuã acerbã.i.cõmi‑serunt pctũ deũ exacerbantia(Et dentes fili‑oꝝ obstupuerunt).i.filii penã sustinuerunt.(Viuo ego dicit dñs).i.sicut veruꝫ est ꝙ ego viuo sic verum est ꝙ hec parabola non est a vobis veraciter dicta neqꝫ rationabiliter. Et accipit ibi si pro nõ cum dr̃ si erit ꝛc.(Ecce oēs aīe)exponatur vt supra.(Anima que peccauerit ipsa morietur)scꝫ morte culpe. et postea morte gehēne si pseueret in pctis(Et vir)hic ad propositũ inducũtur exēpla.Et di‑uiditur in duas ptes.qꝛ primo ponitur exem‑pla de pseuerãtibus in bono vel in malo. Scđo de nõ pseuerãtibus.ibi. Si aũt impi‑us.Circa primũ ponũtur tria exempla. Et est primum de patre iusto et in iusticia pseue‑rante.Et est de se patens lr̃a paucis exceptis(Et vir si fuerit).i.in aĩo(iustus. et fecerit)opa iusticie facto(in mõtibus nõ comederit)de sacrificiis ydolatrie ad eoꝝ reuerentiam(et oculos suos nõ leuauerit ꝛc.).s. sperãdo ad eis bona ꝯsequi.Pignus debitori reddi‑derit sibi necessariũ.scꝫm ꝙ precipitur exodi. xxii.ꝙ si accipiat ꝑ pignore operimentũ pau‑peris necessariũ sibi de nocte reddat ei ante solis occubitum poterat tñ mane reaccipere(Et iudicium verũ fecerit ꝛc) qđ pꝫ ad iudi‑ces siue sint ordinarii siue arbitrarii(vita vi‑uet)non solũ nature sed etiam grẽ(ait dñs oĩps)hec est clausula assueta poni in lectioni‑bus prophetarum quando finiuntur.

¶ Feria sexta post dñicã in quadragesima Lectio ezechielis prophete.xviii.capitulo.

Hec dicit dominus deus. Anima que peccauerit.ip‑sa morietur. Filius nõ portabit iniquitatem patris: et patrẽ nõ portabit iniquitatem filii. Justi‑cia iusti super eum erit.et impie‑tas impii erit super eum. Si au‑tem impius egerit penitenciam ab omnibus peccatis suis que operatus est: et custodierit vni‑uersa p̃cepta mea/et fecerit iu‑dicium et iusticiam:vita viuet ꝛ non morietur. Omnium iniqui‑tatũ eius quas operatus est non recordabor in iusticia sua quam operatus est viuet Nunquid vo‑luntatis mee est mors impii dicit dñs deus et non vt conuertatur a viis suis et viuat? Si autem auerterit se iustus a iusticia sua: ꝛ fecerit iniquitatem secundum oēs abhominatiões quas opera‑ri solet impius nunquid viuat? Oēs iusticie eius quas fecerat non recordabuntur. In preua‑ricatione sua quã p̃uaricatus est et in pctõ suo qđ peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est equa via dñi. Audite ergo domus isra‑el Nũquid via mea non est equa ꝛ non magis vie vr̃e praue sunt? Cũ enim auerterit se iustus a iu‑sticia sua:et fecerit iniquitatem morietur in ea. In iniusticia sua quam operatus est:morietur.Et cum auerterit se impius ab impieta‑te sua quam operatus est:ꝛ fece‑rit iudicium ꝛ iusticiã ipse aĩam suã viuificabit. Cõsyderans enĩ et auertens se ab oĩbus iniquita‑tibus suis quas operatus est:vi‑ta viuet ꝛ non morietur. Ait dñs omps.

Postilla.

¶ Hec dicit dñs deus. Anima q̃ peccauerit ipa morietur ꝛc.)Littera est de se patens ꝛ iã prius declarata;et habite(Si au‑tem impius)Hic ꝯñr ponuntur exēpla de auer‑tentibus se a suo ꝓposito. Et primo de auer‑tente se a malo. Scđo de auertente se a bo‑no:ibi. Si aũt.Circa primũ dr̃.(Si autem

...ius egerit pnlam).s. ab omnibus pctis.
...on vz nulli sit integra.(Et custodierit oia
...ꝑcepta mea) qꝛ transgressio vnius facit ho
...ie iniustū(oim iniq̄tatū ei⁹ quas opera-
...tꝰ est nō recordabimꝛ) ad puniendū eternali
...puniet tū bene tꝑaliter(Nūquid volū
...s mee est mors impii) .i. vt moriatur in
...pietate sua.q.d.nō. Impietas enī nō po-
...esse a deo volita. Punitio aūt impieta-
...bene est ab eo volita inquantū est iusta
...Si aūt auerterit se iustus) hic ponitur exē
...m de auertente se a iusticia. Et est patēs
...ra vsqꝫ ibi. Nunquid viuet). q.d.nō sal
...a vita vēe q̄ statim perditur per peccatū
...mortale.(Oēs iusticie eius quas fecerat)scz
...gr̄a existens(nō recordabūtur)scz ad pre
...mandum eternaliter si ꝑseueret in malo.
...Si autem recuperet et gratiam viuificabun
...tur. Et sic premiabūtur nō solum tꝑaliter/
...sed etiam eternaliter.(Et dixistis)scilꝫ loquē-
...do erronee(Nō est equa via dn̄i) in sic puni
...endo(Audite ergo domus israel. Nunquid
...via mea non est equa) q.d. immo qꝛ ego sum
...via equitatis(Cū enī auerterit se iustus ec)
...in tali enim pꝯficto in quali reperitur in mor
...te:in tali iudicādus est:idō finaliter ꝯcluditur
...(Idcirco vnūquēqꝫ iuxta vias suas iudica-
...bo ec.) omnia alia que in littera ponuntur
per se patēt. More suo terminatur hec lectio
per hanc clausulam ait dominus oīps.

Sabbato post dominicam in.xl. Lectio Deutero.xxvi.capitulo.

IN diebus illis. Orauit moyses ad dominū dicens Respice dn̄e de sāctuario tuo: de excelso celorꝫ habitaculo: Et benedic populo tuo israel: et terrā quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris dare terrā lacte et melle manantem. Audi israel. Hodie dn̄s deus tuus precepit tibi vt facias mandata eius atqꝫ iudicia: et custodias et impleas ex toto corde tuo ꝫ ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie vt sit tibi deus. Et ambules in viis eius et custodias cerimonias illius et mandata atqꝫ iudicia: et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris sicut locutꝰ ē tibi Et custodias omīa precepta eiꝰ et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudē et nomen ꝫ gloriam suam: vt sis populus factus domini dei tui sicut locutus est tibi.

Postilla

In diebꝰ illis Orauit moyses ad dominum dicens. Respice dn̄e de sanctuario tuo ec.) Ante presentem lectionem posita sunt aliqua que sunt quedam conclusiones elicite ex preceptis decalogi et deinde posita est intenta conclusio respectu datiuorū que in effectu continet vt homo sit gratus deo de beneficiis acceptis: et ideo obediens eius mandatis. Gratitudo autem hominis ad deum non debet esse tantum in corde. sed etiam in ore et opere: secundum ꝙ dicitur ad ro.x.c. Corde creditur ad iusticiam: ore autē confessio fit ad salutem ec. In hac presenti lectione ostēditur obedientia in diuinis mādatis que est conclusio intenta(Respice ec.) quasi dicat. videre si semꝑ videre potes obediētiam meam. Et ideo(benedic ec.) littera est per se patens) hodie dominus deus tuus ec.) hic est pars conclusionis intente in qua dicitur(hodie ec) id est semper debes esse paratus ad obediendum diuinis mandatis. qꝛ non sufficit tꝑs preteritum sꝫ requiritur p̄ns et futurum ac si presentialiter dominus preciperet tibi sicut fecit in monte synai(vt facias mandata) quantum ad moralia(atqꝫ iudicia) quantum ad iudicia (dominum elegisti.ec.).i. ita familiariter se habet ad te et semper habebit sicut se habuit in monte synay: dum tamen obedias ei(vt sis eis populus peculiaris) id est singulariter dilectus(Et faciet te excelsiorem cunctis gentibus) in sanctitate fama et potestate. quod adimpletum est in christo(quas creauit in laudem nomē et gloriam suam) Qꝛ quidquid est excellentie et boni in q̄cumqꝫ creatura ordinatur finaliter ad gloriam dei.

Eodem die. Lectio libri deutero.xi.ca.

IN diebus illis. Dixit moy
ses filiis israel. Si custodi
eritis mandata q̄ ego p̄cipio vo
bis. & feceritis ea vt diligatis do
minum deū vestrū & ambuletis
in oībꝫ viis eius adherentes ei.
Disperdet dn̄s oēs gentes istas
ante faciem vestram: et posside
bitis eas q̄ maiores et fortiores
vobis sunt Omnis locus quem
calcauerit pes vester: vester erit
A deserto et libano: et flumine
magno eufrate vsqꝫ ad mare oc
cidentale / erunt termini vestri
nullus qꝫ stabit contra vos Ter
rorem vestrum & fortitudinē da
bit dn̄s de⁹ vester super oēm ter
ram quam calcaturi estis Sicut
locutus est dn̄s deus vester.

Postilla

Si custodieritis mādata que ego
precipio vobis &c.) In principio huius capi
tuli posita est ꝯclusio respectu plurium dati
orum a principio sexti capituli vsqꝫ ad presēs
vbi incipit agere de dilectione dei. que quidē
ꝯclusio principaliter intēta sufficienter pōt
patere volenti videre principium dicti capi
tuli. hic vero inducit rationem predicte ꝯclu
sionis ex debellatione aduersariorum si dili
gant dn̄m et obediāt ei. Et est patens littera
vsqꝫ ibi. (A deserto et libano) hic describun
tur termini terre promissionis: qꝛ terminus
australis est desertū egypti. et terminus aq
lonaris est mons libani: orientalis flumen
eufrates. non habuerunt tamen terrā vsqꝫ
ad terminum illum vsqꝫ ad tempora salomo
nis. Ideo alibi ꝯmuniter ponitur terminus
orientalis iordanis fluuius: qꝛ vsqꝫ ad illum
terminum terram possederunt statim ab in
gressu suo. vt habetur in libro iosue. Mare
autem mediterraneū est terminus occidēta
lis. Et dr̄ hoc mare occidentale: ad differen
tiam maris mortui qd̄ est in parte orientali.
¶ Eodem die. lc̄ō libri machabeorum. ii. c.

IN diebus illis. Orationē
faciebant sacerdotes dum
offerrent sacrificium p̄ populo
israel. Jonata inchoante ceteris
autem respondentibus et dicen
tibus Benefaciat vobis deus et
meminerit testamenti sui qd̄ lo
cutus est ad abraham et ysaac et
iacob seruorū suorum fidelium:
Et det vobis per omnibus: vt co
latis eum & faciatis eius volun
tatem Adaperiat cor vestrum in
lege sua: & in preceptis suis et fa
ciat pacem. Exaudiat orationes
vestras et reconsilietur vobis:
nec vos deserat in tempore ma
lo: dn̄s deus noster. Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Orationem fa
ciebant sacerdotes &c.) Ista lectio pro princi
pio sui est tracta a medio capituli. et pro resi
duo principio ipsius capituli. Ad cuius decla
rationem p̄supponendū quod post mortem ale
xandri magni. posteriores sui volentes dn̄a
ri in iudea et hierl'm et ritū suū in sacrificiis
obseruare: permisit deus vt inter iudeos re
perirentur viri q̄ volētes gentiliū resisterent.
Et eis q̄ dr̄ primus fuit mathathias q̄ cū fili
is deo p̄mittēte resistentiā talē dederūt: vt nec
q̄ dr̄ vn⁹ ex dictis principibꝫ gētiliū dn̄at⁹ fue
rit iudaice gn̄atiōi. vt pꝫ ad lōgū in duobꝫ li
bris machabeorum. Sꝫ vt veniam⁹ ad ꝓposi
tū n̄re lectiōis regnātibꝫ i iudea machabeis
filiis supradicti mathathie: ionathas vn⁹ ex
filiis. s. ipsius mathathie voluit vt celebrarēt
festa iter iudeos fieri ꝯsueta. & sacrificia red
derēt in tēplo dn̄i s̄m legē. Et qꝛ in approba
tione taliū sacrificiorum deus desup mittebat
ignē p̄misit deus vt t̄p̄e illo mitterēt neemi
as a rege p̄sidis sub quo datus vel factus eē
ignis ad sacrificiū agendū. In p̄n̄ti aūt lecti
one habet quō se habuerūt sacerdotes et id
pli ministri qn̄ hec fiebāt. Et q̄d tūc princeps
populi ad iudeos i externis regionibꝫ habitā
tes scripserit. Dicit ergo primo sic (Orationē
faciebāt &c.) Hic ponit̄ festi celebratio quātū

[..]ctus litiū. Et dr̄ q̄z vt daret ignis ad ꝯsū
ptionē sacrificiū sicut datus fuerat tp̄e. helye
post asp̄sionē aq̄. iii. regū. xviii. Ideo oratio-
nē faciebat sacerdotes ꝛc. Jonatha ichoāte.
q̄ principalis erat inter cātores ꝓpter gen⁹ sa
cerdotale a q̄ descenderat. ꝛ seq̄t (Ceteris rn̄
dentibꝫ ꝛ dicētibꝫ ꝛc.) Tūc seq̄t pars epysto
le quā ipi iudei i iudea habitātes ad fratres
suos i externis regionibꝫ habitantes scripse-
rūt (Bn̄faciat vobis) hic capitāt eoꝝ beniuo
lētiā. vt ꝓ eis exorēt dicētes (bn̄faciat vobis
deus) scꝫ i sp̄ualibꝫ ꝛ tp̄alibꝫ (ꝛ meminerit te
stamenti sui) i. firme ꝓmissionis. Qd̄ locutus
est ad abrahā) Geñ. xii (Et ysaac) Geñ. xxvi
(Et iacob) Geñ. xxviii. Et supplendū est q̄
sūt de numero seruoꝝ suoꝝ fideliū. (Et det
vobis cor oībꝫ vt colatis eū) fide spe ꝛ carita
te. q̄bꝫ colit̄ de⁹ cultu īteriori vt dicit augu-
stinus ī enchiridiō. Corde magno. q̄z deo nō
placēt sacrificia coacta: sꝫ volūtaria. (Adape
riat ꝛc. (i. omia ista fac̄ēda ītelligēda ꝛ ꝑficiē
da. Et ideo subdit (ꝛ i p̄ceptis suis) i. ope adī
plēdis (Et faciat pacē). i. vt vacaret talibus
valeatis (Exaudiat ꝛc.) vobis cōdescenden
do (ꝛ recōsilietur vobis) i. pctā p̄terita remit
tendo (nec vos deserat ꝛc.) sꝫ in tribulationi
bus v̄ris vos ꝯsolari dignetur (dn̄s de⁹ nr̄)

¶ Eodem die. Lc. li. sapientie. Eccle. xxxvi.

Misere nostri deus oīm et respice nos et ostende nobis lucem miserationum tuarum: et immitte timorem tuum super gentes que nō ixquisierūt te: vt cognoscant q̄z non est deus nisi tu vt enarrāt magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas: et videant potentiā tuam. Sicut enim in conspectu eorum sancti fact⁹ es nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis vt cognoscant te sicut et nos cognouimus: q̄m non est deus preter te dn̄e. Innoua signa ꝛ immuta mirabilia: glorifica manum et brachium dextrum. Excita furorem ꝛ effunde iram. Extolle aduersarium: et affige inimicum. Festinam tp̄s et memēto finis vt enarrent mirabilia tua dn̄e deus noster. Postilla

¶ Misere nostri deus oīm, ꝛc.

Hic agitur de orationem ꝑlati specialit̄. Et
est hec oratio scriptoris huius libri q̄ iter iu-
deos fuit magnus ꝛ ꝑlatus. Nā apd̄ eos do
ctores habent ꝓ patribꝫ. Et est totius capitu
li ꝓcess⁹ talis. Nā oratio p̄mo ponit̄. Scd̄o
correlariū īsertur ibi. Omnē escā. Prima in
duas. Nā primo orat ꝓiudeis ꝛ gentilibꝫ ge
neralit̄. Secūdo ꝓ iudeis specialit̄. ibi. Mi-
serere plebi tue. pria adhuc in duas. Nā pri
mo orat ꝓ iudeis ꝛ gētilibꝫ ꝯuertēdis. Scd̄o
ꝓ obstinatis in ydolatria puniendis ibi. In
noua signa ꝛc. Circa primum et qd̄ est lectio
nr̄a totalis. Orat pro ppl'o iudaico dicens.
(Misere nr̄i deus oim) i. tu q̄ es deus oim
ꝑ creationem miserere nr̄i quoꝝ est deus spe
cialit̄ ꝑ latriā ꝛ legem datā (et respice nos)
i. oc'lo tue clementie (Et ostē de nobis lumen
miserationū tuaꝝ) Erāt enim tūc iudei i te
nebris tribulationis: q̄z tholomeus sother
rex egypti sub specie sacrificādi intrauit hie
rusalem in die sabbati sciens q̄z non arripe
rent arma iudei. et multa milia iudeorū ca
ptiuos duxit. quoꝝ multi erant eo tp̄e in car
ceribꝫ tenebrosis: reliqui vero in tenebris tri
bulationis et grauis seruitutis: a quibꝫ oībꝫ
petit ppl'm suū liberari (Et immitte timorē
tuū suꝑ gentes q̄ nō exq̄sierunt te). i. eos per
penā educēdo ad tue deitatis cognitionem.
Et iō subditur (vt cognoscāt q̄z nō est deus
nisi tu) Sed q̄z sicut corde creditur ad iusti-
ciā: ita fit ore ꝯfessio ad salutem. ro. x. et sub-
ditur (vt enarrent magnalia tua) sicut de he
liodoro dr̄. ii. machabeoꝝ. iii. ꝙ ipse flagella
tus iō ꝯtitebatur omnibus oꝑa magna dei
Et ad idē facit qd̄ subditur. (Alleua magnū
tuā ꝛc.) Sicut enim in aspectu eoꝝ scīficā-
tus est in nobis. i. nos ab ydolatria reducēs
ad cultū tuū ꝑ flagella. Nā ante captiuita-
tem byabolicam iudei fuerunt multum ydo
latrie dediti: vt p̄z. iiii. regum. et scd̄o para-
lipomenō. Sꝫ postea non fuerunt ydolatre
nisi aliqui pauci machabeoꝝ tp̄e. et adhuc
plures eorum hoc faciebant mortis timore
(Sic in conspectu nostro magnificaberis
in eis). i. magnus apparebis (vt cognoscant

se).i.gentiles conuersi et per rectā fidem co
gnitionē habeant de te sicut et nos cognoui/
mus ꝛc.(In noua signa)hic ꝯñe orat pro gen
tilibus obstinatis in ydolatria disperdendis
Et ꝑ ꝯñs pro iudeis detentis apud eos et li
berandis. Et hoc orat non ex cetio vindicte sꝫ
ex zelo diuine iusticie dicens(Innoua signa
quibus egyptios obstinatos flagellasti in ea
dem rénoua sup obstinatis in ydolatria(Et
immuta mirabilia).i.vnam plagam post ali
am inducendo sicut fecisti in egypto)Glori/
fica manuum)tue iusticie sꝫ eos(Et brachiū
dexterū).i.dexter ām clementie tue super nos
(Excita futurorem)in punitionis eorū gra
uitate(Et effunde iram)in eis multiplicatā
hoc enim importat nomen effusionis.(Ex/
tolle aduersariū).i.extra vitam istam tolle
eum.(Festum tp̄s).i.sue punitionis et nostre
liberationis(Et memēto finis)qui apud he
breos dicebatur et adhuc dicitur apud mo/
dernos.aduentus messie. Unde dicit ra.sa.
super zathariam q̄ vniuersi prophete nō sūt
locuti nisi ad dies messie:ita q̄ eorū verba ad
aduentum messie sicut ad finem sunt ordina
ta. Expectabāt enim iudei et adhuc expectat
moderni(in aduentu messie a seruitute gen/
tium liberari:vt si auctor huius libri qui lo n
go tp̄e precessit aduentum xp̄i idem sensit nō
est mirabile q̄ discipuli xp̄i.post eius resurre
ctionē querebant ab eo si tunc restitueret re/
gnum iudeorū vt patet act.i.(vt enarrent mi
rabilia tua)scilicet ipsi iudei liberati ab ydo
latrarum potentia(Dn̄e deꝰ noster)hec est
clausula in fine apponi consueta.

¶ Eodem die. Epystola.i.Ad thessalonicen
ses.v.capitulo.

Fratres:Rogamꝰ vos cor/
ripite inquietos:consola/
mini pusillanimes/suscipite in/
firmos:patientes estote ad om/
nes. Uidete ne quis malum pro
malo alicui reddat : sed semper
quod bonū est sectamini in inui
cem et in omnes. Semper autē
gaudete:sine intermissione ora
te:in omnibus gratias agite. Hec
est enim voluntas dei in xp̄o iesu
in oībus vobis. Sp̄m nolite ex/
tinguere:prophetias nolite sper
nere: Oīa autem probate: qđ
bonū est tenete:Ab oī specie ma
la abstinete vos per oīa : vt inte
ger sp̄s vester/et aīa et corpus
sine querela in aduentu domini
nostri iesu christi seruetur.

Postilla

¶ Fratres: Rogamus vos corri
pite inquietos ꝛc.) Ista epystola ponitur in
fine huius capituli. vnde postq̄ aplꝰs in quat
tuor capitulis precedentibus reddidit thessa
lonicenses beniuolos et dociles:hic ꝯñr red
dit eos cautos. Circa qđ sciendum q̄ caute/
la maxime requiritur circa illa de quibꝰ cer
tum est q̄ venient eorum tñ hora veniēdi est
simpliciter ignota. Hic vero est de die iudi/
cii sꝫm qđ dr̄ Math.xxiiii. De die illa et ho
ra nemo scit neq̄ angeli in celo. ꝛc .propter
qđ aplꝰs circa hanc diem reddit thessalonicen
ses cautos. vnde dies iudicii dupliciter acci/
pitur in scripturis vno modo pro ip̄a die iu/
dicii generaliter in fine mundi. Alio modo
pro die iudicii picularis que est dies mortis
cuiuslꝫ hoīs. Nam in illo statu in iudicio fi/
nali ꝑsistabitur in quo in morte inuenietur.
Intentio vero aplī videtur hic magis esse
de die mortis. q2 ipse sciebat diem iudicii fi/
nalis multum distare. vt pꝫ in epl̄a sequenti
Ipse aūt hortatur thessalonicenses in toto
isto caplō vt sint cauti/ne repēte veniat sup
eos dies dñi. et non inueniantur preparati.
Uñ lr̄a est plana. Sꝫ vt veniamus ad lecti
onem nostram que sicut dictum est ponitur
in fine capituli in qua dicitur.(Rogamus
autem vos fratres:corripite).s.caritatiue(in
quietos).i.girouagos et ꝯtentiosos(ꝯsolami
ni pusillanimes).i.in tribulationibus defici
entes.(Suscipite infirmos)mente et corpo
re infirmitates eorū quo tñ sꝫm deū potest
fieri supportando. Qñ enim ex tali supporta
tione insolescūt.s.eos non expedit supporta/
re. q2 hoc esset malū nutrire(Patientes esto
te ad omnes)non solum fideles:sꝫ etiam in/
fideles. Et intelligitur ista patientia quantū
ad actum aīmi interiorem. quantū aūt ad ex
teriorem sꝫ defendendi se vel sua:aut repete
di rem vel iniuriam a iudice. nō semper expe

pit vt pote si ex hoc amicitia male faciẽdi tra
ctatur. Nisi ex tali suppositione malꝰ ma
lum vt pote graue scandalum oriatur (Uide
te ne qs malũ pro malo alicui reddat) Hoc
enim est vindicare seipsum qd sp est malum.
Cũ nullus sit iudex in sua causa. Si tñ ali
quis non habeat superiore iudicẽ sibi iniuri
am factã debet vel poss punire. non tñ liuore
vindicte: sz zelo iusticie (Sz sp qd est bonum
sectamini in inuicẽ fideles) i. ad fideles (Et
in oẽs). i. etiã erga infideles (Semp gaude
te in dño) Et si non actu quẽ opz aliqñ inter
rumpi saltẽ in sono: ztñ in habitu. Et eodẽ
modo intelligitur qd subditur (Sine inter
missione orate (vel hoc referendũ est ad ho
ras ad hoc aptas vel ꝯstitutas: quaꝝ nullaꝝ
est intermittẽda (In oibz) ꝓsperis et aduer
sis (gratias agite deo q̃ aduersa ordinat ad
salutem vestrã sicut ꝯ ꝓspera. ꝯ hoc p meri
tum vestre petitiõis: sicut pz de sctõ iob. Et
subdit causã (Hec est enĩ voluntas dei ꝛc.)
cui est in omnibus optẽperãdum (Spm ꝛc)
Hec est tercia pars in qua hortatur eos bñ
se hẽre erga deũ dicens. (Nolite extinguere
.s. per immoderatã curã reꝝ tpalium (spm)
.s. deuotionis erga deũ (Prophetias). s. scri
pturaꝝ sacraꝝ expositiones (nolite spernere
qz frequenter reuelatur intellectus homini
simplici q̃ tñ occultatur prudenti. vñ math.
xi. Abscõdisti hec a sapiẽtibus ꝯ prudẽtibz. et
reuelasti ea paruulis verũtñ qz expositores
aliquãdo deficiũt: idõ subdit (Oia aũt proba
te). i. dicta eoꝝ discutite (Qd bonũ est tenete
Hoc preceptuz est ꝯtra multa q̃ in locutioni
bus et ꝓdicationibz male dicta melius reti
nent q̃ vtilia. (Ab oi specie mala abstinete
vos) Non solũ enim abstinendũ est a malo
sz etiã ab eo qd hz apparentiã mali / propter
scãdalũ vitandũ saltem quousqz declaretur
q illud est illicitum (Ipe aũt deus pacis. i. ac
tor et dator pacis (sanctificet vos per oia) s.
ad corpus et ad aiam pertinentia (Ut inte
ger spũs vester et aĩa ꝛc.) Et dicitur spiritus
quantũ ad superiorẽ aĩe partem. Et dicitur
aĩa q̃tũ ad inferiorẽ) In aduẽtu dñi) scz ad
iudiciũ (seruetur) Et q istud sit sperandum
subditur (Fidelis est qui vocauit vos ad fidẽ
scz deus qui etiã faciet. qz nulli deficit quan
tum ex se. Hec tñ clausula nõ ponitur in epy
stola nostra q̃q̃ sit de integritate intellectꝰ
et sensus oim precedentium.

Dominica secunda in quadragesima pri
me ad thessalonicenses. iiii. capitulo.

Fratres. Rogamus vos ꝯ obsecramꝰ in domino ie
su: vt quemadmodũ accepistis a
nobis quomodo vos oporteat
ambulare et placere deo. Sic et
ambuletis: vt abundetis magis.
Scitis enim que precepta dede
rim vobis per dominum iesum.
Hec est autem voluntas dei sanc
tificatio vrã vt abstineatis vos
a fornicatiõe: vt sciat vnusquis
qz vestrum suum vas possidere
in sanctificatione et honore / nõ
in passione desyderii / sicut et gẽ
tes q̃ ignorant deum. Et ne quis
super grediatur neqz circumue
niat in negotio fratrem suum /
qm vindex est dñs de his oĩbus /
sicut prediximus vobis et estifi
cate sumus. Non enim vocauit
nos deus in inmundiciam: sed ĩ
sanctificationẽ. In christo iesu
domino nostro. Postilla.

Fratres: Rogamus vos ꝯ ob
secramus in dño ꝛc.) Ante initium illius epi
stole scribit sctũs paulus di. Cũ essemꝰ apũ
vos et predicabamus vobis passuros vos tri
bulationes sicut et factum est. Tunc sequi
tur epistola illa quã scribit paulus thessalo
nicensibus. Et thessalonicenses nominãtur
a thessalonica ciuitate q̃ est metropolis ĩ ma
cedonia que est q̃dã pars grecie. Ubi notan
dum q epystola et euangeliũ ꝯcordant. Nã
euangelium dicit de muliere chananea. que
cum clamoribus petiuit a dño iesu xpo sana
tionem filie sue q̃ grauiter vexabatur a de
mone. sz qz clamores et petitiões nostras de
us non exaudit. nisi a mundo corde proce
dant. ideo apostolus paulus in epystola ho
dierne ad mundationem et sanctificationẽ
inducit dicens. (Rogamus vos. et obsecra
mus) Ubi. Rogare est simpliciter petere. sz

obsecrare est cum necessitate rogare. et pro⸗pter hoc addit apostolus (in dn̄o iesu vt quē admodū accepistis a nobis).s.a me et thimo theo et siluano verbo et exemplo (quō vos oporteat ābulare).s.ꝓficiēdo per viā mādatoꝝ dei (et placere deo) Ly.caste et munde vi uendo (sic ābuletis) Gor.scʒ in bonis proficiendo et perseuerando. (vt abūdetis magis) .i.crescatis in virtutibus et meritis (Scitis enim).i.scire debetis (q̄ precepta).s.euangeli⸗ca (dederim vobis ꝑ dn̄m iesū).i.de manda tio ipsius cui simpliciter est obediendū (hec est aūt volūtas dei) Vin.s.beneplacēs (sctifi catio vr̄a).i.vt sctificemini in virtutibus) vt abstineatis vos a fornicatione) Ly.tanq̄ a deo ꝓhibita (vt sciat vnusq̄sq; vēm suū vas possidere).i.vxorē propriā (in sctificatiōe et honore) Glo.vt sciat qñq; etiā ab vsu illicito abstinere locis et tp̄alibꝫ sacris. et etiam tp̄e puerperii et menstrui (Nō in passione desy⸗derii.i.nō semꝑ satisfaciēdo desyderiis carnis (sicut et gētes) faciant (q̄ ignorāt deū) Vin. per verā fidē propter qd̄ nō debetis assimi lari ne q̄s supgrediatur).s.ꝑ violētiā (neq; circūueniat) ꝑ fraudulētiā (in negocio) occul to (fratrē suū).i.proximū suū (qm̄ vindex est dn̄s).i.vindictā facit (de oibꝫ his).s.de oi im mūdicia.de oi iniuria et de oi fraudulētia (si cut prediximus vobis) in doctrinis nostris testificati sumꝰ) testimonia scripturaꝝ (non enī vocauit nos deus) Vin.per internā inspi rationē et aptā predicationē (in immūdiciā) .i.vt immūdicie seruiamꝰ (sʒ in sanctificatio nē) vt sancte viuamus. et in sctitate seruia⸗mus (in xp̄o iesu domino nr̄o) Vin.i.cū au xilio et adiutorio domini nr̄i iesu christi.

¶ Feria.ii.post dn̄icā.ii.in.xl.Lectō dan.ix.

IN diebꝰ illis. Orauit da⸗niel dominū dicens. Dn̄e deus noster qui eduxisti populū tuū de terra egypti in manu forti et fecisti tibi nomen secundum diem hanc. Peccauimus: iniqui tatem fecimus dn̄e in omnem iu sticiam tuā. Auertatur obsecro ira tua: et furor tuus a ciuitate tua hierusalem/ et a monte sanc to tuo. Propter peccata enim no stra et iniquitates patrū nostroꝝ hierusalem et populus tuꝰ in op probrium sunt omnibus per cir cuitum nostrum. Nunc ergo deꝰ noster exaudi orationē serui tui et preces eius: et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum qd̄ desertum est propter temet ip sum. Inclina deus meus aurem tuā et audi: aperi oculos tuos: et vide desolationem nostram et ci uitatē super quem inuocatū est nomē tuum. Neq; enim in iusti ficationibus prosternimus pre⸗ces ante faciem tuam sʒ in mise⸗rationibus tuis multis. Exaudi dn̄e placere dn̄e/ attende et fac: Ne moreris propter temetipsū deus meus: q2 nomē tuum inuo catum est super ciuitatem hanc: et super populū tuum dn̄e deus noster.

Postilla.

¶ In diebꝰ illis. Orauit daniel dn̄m dicens ꝛc. (In principio huiꝰ capituli po sita est octaua visio q̄ fuit facta in anno pri⸗mo darii q̄ occidit balthasar. Et deinde posi ta est ipsiꝰ prophete postulatio. In hac au tē lectionē declarat intētio postulātis. Et pri mo q̄tū ad petitionis materiā. Scd̄o quātū ad impetrādi fiduciā. ibi. (ꝓpter temetipsū Tercio quantū ad petētis instātiā et deuoti onē.ibi exaudi dn̄e. Circa primū ꝯsiderādū est q̄ materia sue petitiōis est duplex scʒ amo tio mali et collatio boni. Ad ipetrādū primū reducit ad memoriā malū seruitutis egyptiace ab eis amotū ꝑ dn̄m. q2 motꝰ magnifici est dare citius bn̄ficiū postulatū qn̄ precedens bn̄ficiū ad memoriā reducitur. vt habetur.iiii. ethi. Et hoc facit daniel in ꝓposito dicēs (Et nūc dn̄e deꝰ nr̄ q̄ eduxisti populū tuū de ter ra egypti in manu forti).s.pharaonē ꝑcutiē do et mirabilia pro populo tuo faciendo. et q̄ nō poterāt fieri nisi virtute infinita (Et feci sti tibi nomē) q2 per illud factū nomē dn̄i pu

blicatū fuit quasi per vniuersā terrā.(Secūm dic hanc)hoc est vt pz in hac die.qz filii isra el sūe dispersi per orbē narrabāt ea q̄ dn̄s fe cerat pro eis in egypto. Sequitur.(Auerta tur obsecro ira tua ꝛc.) methaphorica est lo cutio.de⁹ enim dicitur irasci qn̄ punit. qz ad modū hoīs irati se hz.Et sic daniel petit pu nitionis amotionem(a ciuitate tua hierusa lem)in qua vigebat cultus diuin⁹ ex diuina electione(Et a monti sācto tuo) in quo erat templum : qz illa pars ciuitatis hierusalem in qua erat templum erat montuosa. Sequi tur(Hierusalem ꝛ populus tuus in opprobri um sunt oīm per circuitum nostrum)hoc di cit in hac pte.qz non solum babilonii capti uauerunt filios israel : sz etiam assyrii et alii populi qui erant in circuitu eorū multos de tinebant captiuos de filiis israel(Et ostende faciem tuam)Hic ponitur scdm̄ quod est ma teria sue petitionis.s.boni collatio.(super sā ctuarium tuum ꝛc.)q.d.restitue ciuitatem et templum in statū pristinum (propter temet ipsum)hic scdo tangitur impetrandi fiducia qz innititur diuine bonitati et clementie et nō proprie iustice.Et hoc est quod dicit pro pter temetipsū.i.propter bonitatem tuam. (Inclina deus meus ꝛc)Exaudi dn̄e.Hic de scribitur orantis instantia:cum dicitur(Ex audi domine) scz preces nostras ipsas beni gne audiendo(et placare)s.offensam remit tendo(ostende et fac)scz nobis consolationē perfectam tribuendo. (Ne moreris)qz tem pus instat in quo promisisti consolationem dare nobis(propter temetipsum) vt scz veri tas tua cunctis appareat et bonitas et cult⁹ tibi debitus persoluatur. propter quod sub dit(quia nomen tuum est inuocatum super ciuitatem ꝛc.(o domine deus noster. Hic est huius presentis lectionis finis. sicut in pluri bus aliis.

¶ Feria tertia post dn̄icam scdm̄ in quadra gesime. Le.libri.regū.iii.ca.xviii.

IN diebus illis. Factus est sermo dn̄i ad helyam thes biten dicens. Surge et vade in sareptam sydoneorū.et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vi due:vt pascat te. Surrexit ꝛ abi it in sareptam sydonierū. Cumqz venisset ad portā ciuitatis ap paruit ei mulier vidua colligens ligna et vocauiteam.dixitqz ei. Da michi paululum aque in va sa vt bibam. Cumqz illa gurge ret vt afferret:clamauit post ter gum eius dicens. Affer miche ob secro et bucellā panis in manu tua. Que respondit. Viuit dn̄s deus tuus:qz non habeo panem nisi q̄ntū pugillus capere potest farine in hydria et paululū olei in lechito. En colligo duo ligna vt ingrediar et faciam illud mi chi ꝛ filio meo:vt comedamus ꝛ moriamur. Ad quā helyas ait. Noli timere:sz vade et fac sicut dixisti:Verumtamen michi pri mum fac de ipsa farinula subci nerium panē paruulum et affer ad me:tibi autē ꝛ filio tuo facies postea. Hec aūt dixit dn̄s deus is rael. Hydria farine non deficiet/ nec lechitus olei minuetur vsqz in diem in qua daturus est dn̄s pluuiam super faciem terre:que abiit ꝛ fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipse et illa:ꝛ domus eius tota. Et ex illa die hydria fa rine non defecit. et lechitus olei non est imminutus iuxta verbū dn̄i:quod locut⁹ est in manu he lye.

Postilla.

¶ In diebus illis. Factus est ser mo dn̄i ad helyam telbiten dicens. Surge ꝛc.) In toto capitulo a quo sumpta est hec epystola agitur de his que occiderant tpe io saphat regis iude sub quo continuatum fuit

regnū achab licz inciperit sub asa patre suo. Et qz achab super omnes reges qui eum precesserant malus fuit: ideo scriptura diligēter prosequitur circa eū diuinā prudentia eum a malis reuocando licet abusus fuerit: vt sic iustior appareat eius condēnatio Igitur primo reuocatur a malis suis signis celestibus scđo victoriis mirabilibus/et tercio diuinis cōminationibus. vbi circa primum Inducitur primo sterilitas. scđo helyas a coruis pascitur. et tercio a muliere vidua suscipitur. ibi Surge ꝛc. et hec tercia pars est lectio pñs.

IN diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: Et erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo mulier ad heliam. Quid michi & tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememorentur iniquitates mee et interficeres filium meum. Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuū. Tulitq; eum de sinu illius: et portauit in cenaculū vbi ipse manebat. Et posuit super lectulum suum: & clamauit ad dominum: et dixit. Domine deus meus etiam ne viduā apud quā ego vtcumq; sustentor afflixisti: vt interficeris filius eius. Et expandit se atq; mensus est super puerum tribus vicibus. Clamauitq; ad dominū & dixit. Domine deus meus reuertatur obsecro aīam pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem dn̄s vocem helie. et reuersa est anima pueri intra eū et reuixit. Tulitq; helyas puerū & deposuit eū de cenaculo in inferiorem domum & tradidit matri sue: et ait illi. Et venit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyam Nunc in isto cognoui. quoniam vir dei es tu. et verbum domini in ore tuo verum est.

Postilla.

¶ In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matris familias &c.) In hac presenti littera ponitur filii vidue que pauerat helyam prophetam. vt prius dictum est in vna alia lectione suscitatio/cuius infirmitas preponitur cum dicitur. (Egrotauit filius mulieris) et mors sequens: cum dicitur. (Ita vt non remaneret in eo halitus) Deficiente enim respiratione deficit vita in animalibus respirantibus cuiusmodi est homo. ¶ Ingressus est ad me vt rememorentur ini

quitates mee (pallidum enim iuxta album intensum videtur declinare ad nigredinem. Et eodem modo licz illa mulier esset deuota et sancta: tamen sanctitas eius erat modica respectu sanctitatis helie. Et hoc modo locutus est iob. Gen. xix. dicens (Non possum in monte saluari. i. iuxta abraham cuius sanctitas tanta est q iusticia mea delictum iuxta eum m: sicut ibidem exponitur scdm opi. hebreorum. Cetera vero patent vsq ibi (Et expandit se rc.) hoc enim fecit ex magno affectu ad suscitationem pueri (atq mensus est super puerum) per hoc enim ostendit q vellet sibi dare patrem vite sue si posset (tribus vicibus qz perfecto cuiuslibet negocii in tribus consistit. scz principio medio et fine. Ratio autem figuralis est. qz per istam extensionem prophete super puerum mortuum figurabatur q genus humanum a morte culpe esset suscitandum per incarnationis misterium (Tribus vicibus) Hoc fecit helyas ipso facto profitens fidem trinitatis. qz fides maxime operatur in operibus miraculosis: secundum quod dicit saluator. Luc. xviii. Si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis arbori huic. modo eradicare rc. et fiet. Cetera vero patent vsq ibi. Nunc in isto cognoui qm vir dei es rc) per filii sui suscitationem de presenti fuit certificata de dictis helye. & p futuro de multiplicatione olei et farine. & de datione super terram.

Sabbato post dominicam. iiii. in xl. Lectio ysaie prophete. xlix. cap.

Hec dicit dns. In tpe placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te: & dedi te in fedus populi vt suscitares terrã: & possideres hereditates dissipatas. vt diceres his qui vincti sunt exite. et his qui in tenebris sunt reuelamini. Viat pascentur & i oibus planis erunt pascue eorũ Non esurient neq sitient Et non percutiet eos estus & sol qz miserator eorum reget eos. & ad fontes aquarum potabit eos Et ponam omnes montes meas i viã & semite mee exaltabuntur Ecce isti de lõge venient et ecce illi ab aquilone et mari. et isti de terra australi. Laudate celi & exultet terra. iubilate mõtes laudem. qz cõsolatus est dns populum suum et pauperum suorum miserebitur Et dixit syon. Dereliquit me dns et dns oblitus est mei Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit ego tñ nõ obliuiscar tui. Dicit dns omnipotens.

Postilla.

Hec dicit dns. In tpe placito exaudiui te rc.) In capitulo precedenti facta est in mentio de liberatione iudeorum facta per cyrum In hoc capitulo loquitur propheta de liberatione non solum iudeorum: sz etiam gentilium facta p xpm. Unde dicit principio huius lectionis propheta loquendo in persona dei patris ad xpm dei filiũ. (In tpe placito) scz i lege gre que a xpo incepit (exaudiui te.) His enim oratio xpi ad patrem fuit exaudita que processit scdm deliberatiuam voluntatem (et in die salutis. i. in die passionis in qua operatus est salutem in medio terre (auxiliatus sum tui). s. dando constantiam patiendi (et seruaui te). s. recipiendo animã tuam in morte et preseruando corpus a corruptione (et dedi te in fedus populi) vt per te deo federaretur pplo (vt suscitares terram) .i. habitantes in terra a morte culpe ad vitã gratie (et possideres hereditates dissipates) .i. nationes gentium diuersis erroribus laceratas (vt diceres his qui vindicti sunt) scz cõsuetudine peccandi (Exite) per veritatem penitentie (et his qui in tenebris sunt) ignorantie (reuelamini). i. in obseruatione mandatorum et consiliorum (et in omnibus planis) i. in sanctorum exemplis que sunt ita plana q possunt ab omnibus videri (pascua eorum) qz magis edificant exempla q verba (Non esurient neq sitient rc.) Ex hoc enim patet q non intelligitur de reditu captiuitatis ba

bylonice: qꝛ nunquã sic est impletum. sed in
telligitur de redemptione facta per christũ /
que quidẽ habet effectũ in ꝯsecutione vite te
rne vbi nullum sentitur malũ. ⁊ habetur om
ne bonum. Ideo subditur (Et ad fõtes aqua
rum potabit eos) per quod designatur quies
appetitus in bono adepto (Et ponã omnes
montes ⁊c.) per hoc intelligitur remotio im-
pedimentorum publicationis euangelii per
discursum aplorum aliorumqꝫ discipulorum /
vt fuit dictum supra. xl. ca. ideo subditur (Ec
ce isti de longe venient: s; ad fidem per predi
cationem (et ecce illi ab aquilone ⁊c) i. de om
ni parte terre habitabilis aride ⁊ insularum
maris (Laudate celi ⁊c) Hic consequenter po
nitur huius beneficii gratiarum actio: cum
dicitur (Laudate celi ⁊c) in est angeli qui sũt
ciues celi: qui christo nato gratias agentes
cantauerunt. gloria in altissimo deo ⁊c. Luce
. ii. Et exulta terra. i. habitantes in terra quã
tum ad minores et mediocres (iubilate mon
tes laudem) quantum ad maiores. quia con
solatus est dñs populum suum) per modum
predictum. (Et dixit syon) Hic consequenter
tollitur motus desperationis. Et primo res-
pectu redemptionis fiende per cyrum. secun
do respectu redemptionis fiende per christũ
quia iste due simul tanguntur a propheta. vt
dictum est supra. Secunda ibi ibi. Lena in
circuitu que non ponitur in hac lectione. Cir
ca primum dicitur. (Et dixit syon). i. illi qui
fuerant habytatores syon (dereliquit me do
minus) hoc dicebant iudei in babylonem du
cti post destructionem ciuitatis et templi qꝺ
remouetur cum subditur (Nũquid obliuisci
potest ⁊c.) vt patet in littera vsqꝫ in finem
presentis lectionis. Cetera vero patent in
prosecutione huius capituli.

¶ Dominica in passione domini. Ad hebre
os. ix. capitulo.

FRatres xp̃s assistẽs
põtifex futurorum bo
norum pãplius et per
fectius tabernacu-
lũ non manufactũ
id est non huius creationis. Ne-
qꝫ per sanguinem hyrcorum aut vi
tulorum: sed per propriũ sanguinẽ
introiuit semel in scã eterna re-
dẽptione inuenta. Si eni sãguis
hyrcorũ aut vitulorũ ⁊ cinis vi-
tule aspersus inquinatos sancti-
ficat ad emundationem carnis:
quãto magis sanguis xp̃i: qui per
spiritumsanctũ semetipsũ obtu-
lit imaculatũ deo: emundabit cõ
scientienciam nostrã ab operibꝰ
mortuis ad seruiendũ deo viuen
ti. Et ideo noui testamenti medi
ator est vt morte intercedente in
redẽptione earum preuaricationũ
que erant sub priori testamento
repromissionẽ accipiant qui vo-
cati sunt eterne hereditatis. In
christo iesu domino nostro.

Postilla

¶ Fratres. xp̃s assistẽs põtifex
⁊c.) Ante initium illius epystole scribit san-
ctus paulus dicens qꝫ erat in veteri testamẽ
to tabernaculum factum primũ: in quo erãt
candelabra et mensa et propositio panum.
quod dicitur sancta. Post secundum taber-
naculum quod dicitur sancta sanctorum: au
reum habens thuribulum ⁊ archam habens
testamenti: circuntectam ex omni parte auro
in quo erat vrna aurea et manna: et virga
aaron que fronduit et tabule testamenti.
In priori quidem tabernaculo semper intro
ibant sacerdotes sacrificiorum officia consu
mentes. In secundo autem semel in anno so
lus pontifex non sine sanguine quem offerret
pro sua et populi ignorantia que parabola
est temporis instantis. Tunc postea sequitur
epystola hodierna: in qua agitur de christi sã
guinis aspersione et sue mortis passione. Et
ostenditur paulus efficaciam dominice pas-
sionis in redemptione humani generis di-
cens. (Christus assistens) scilicet deo patri ad
interpellandum pro nobis. Unde. i. iohan-
nis. ii. Aduocatum habemus apud patrem
christum iesum qui est propiciatio pro pecca
tis nostris (pontifex) Gor. ad hostiam pro no
bis offerendam et dator (futurorum bonorum)
scilicet gratie et glorie. ps. lxxxiii. Gratiam et

gloriam dabit dominus. (Iste introiuit tabernaculum) id est celum (peramplius) id est valde amplum quia plures capit scilicet omnes sanctos (et perfectius tabernaculum) quod fuit tabernaculum moysi. quia fuit mobile portabile de loco ad locum. Illud autē est immobile et eternum. (Nō manu factū) id est non huius creationis. id est humane factionis. scilicet opere diuino creatum est celum. (Neq; per sanguinem hyrcorum aut vitulorum) sicut intrabat pontifex veteris testamenti (sed per proprium sanguinem) quē pro nobis effudit (introiuit) in ascensione (in sancta. id est in celum (eterna redemptione inuenta) Vincen. que non poterat inueniri in veteri testamento. (Si enim sanguis hyrcorum aut thaurorum et cinis vitule (mixtus aqua (aspersus) qui significabat futuram passionem christi (inquinatos santificat ad emūdationem carnis) secundum legem. omnis anima que tetigerat morticinium immunda erat septem diebus: ita vt non liceret ei ingredi tabernaculum. Per aspersionem enī aque expiationis mundabatur quo ad emūdationem carnis. quia animam emundare non poterat (quantomagis sanguis christi q per spiritum sanctum) sup. iubentem (semet ipsum obtulit (voluntarie (immaculatum) i. absq; omni peccato (deo patri emundabit) i. perfecte mundabit (conscientiam nostram) id est non solum carnem sed etiam animam (ab operibus mortuis) Vin. id est a peccatis mortalibus que dicuntur opera mortua. quia auferunt vitam gratie: faciunt obnoxium morti eterne (ad seruiendum deo viuenti). id est simus apti et ydonei seruitores dei (viuentes) et ideo iesus christus noui testamenti mediator est inter deum et hominem (vt morte intercedente) Ly. id est christi morte instrumentaliter per quam nouum testamentum est confirmatum: quia passio christi est noui testamenti confirmatio (in redemptionem earum preuaricationum) i. transgressionum (que erant sub priori testamanto (. i. in veteri testamento. quas preuaricationes vetus testamentum auferre non poterat. sz per xpi mortem sunt ablate (repromissionem accipiant eterne hereditatis). i. eternam hereditatem sepe promissam accipiant per efficaciam passionis xpi (qui vocati sunt) Vin. i. qui predestinati sunt ad eternam vitam (in christo iesu domino nostro.

¶ Feria secunda post dominicam in passione Lectio ione prophete .iii. capitulo.

IN diebus illis Factū est verbū dñi ad ionā pphetā scđo dicens. Surge et vade in niniuē ciuitatē magnā et predica in ea predicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas et abiit in niniue iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierū triū. Et cepit ionas introire in ciuitatem: itinere diei vnius. Et clamauit: et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue subuertetur. Et crediderūt viri niniuite in dño. Et predicauerunt ieiunium: et vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorem Et peruenit verbū ad regē niniue: et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentum suū a se: et inductus est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis et principū eius dicens Hoies et iumēta et boues et pecora non gustent quicq̄: nec pascātur et aquā nō bibant: Et operiātur saccis hoines et iumenta clament ad dominū in fortitudine vitia via mala: et ab iniquitate qui est in manibus eorū. Quis scit si cōuertatur et ignoscat deus et reuertatur a furore ire sue et non peribimus? Et vidit deus opera eorū qr cōuersi sūt de via sua mala. Et misertus est populo suo dñs deus noster. Postilla

¶ In diebus illis. Factū est vbū domini ad ionam ec.) In duobus capitulis precedentibus ostenditur prophete ione inobedientia apud verbum domini sibi factum et deinde punitio subsecuta. In hac vero lectione ostenditur ipsius ione presentia. Et hoc ex duobus. Primo ex eius oratione. Secundo ex mandati diuini prosecutione & hoc maxime facit in presenti lectione. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hec executio. Secundo ione sequens afflictio sz hoc ponitur in capitulo sequenti. Circa primum premittitur mandati diuini reiteratio cum dicitur (Et factum est verbum domini ad ionam secundo (deinde subditur huius mandati executō. cum dicitur (Et surrexit ionas ec) surrexit sine dilatione (et abiit in niniuē iuxta verbum domini. (Et niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.) Dicunt aliqui q tres diete ponebantur circundo murum ciuitatis. Sed hoc non videtur verum. quia secundum sacram scripturā et hystoriographos babylonia excessit omēs alias ciuitates in magnitudine. in tātum q philosophus dicit q non erat proprie ciuitas sed regio clausa muris. Et tñ secundum hieronimum circuitus murorum habebat. xxxii. leucas tñ / que non faciunt tres dietes complete. Et ideo melius videtur dicendum q ille tres diete sunt accipiende procedendo per vicos ciuitatis vbiq. Sic enim habebat ionas facere denunciando populo subuersionem ciuitatis (Et cepit ionas introire ciuitatem diei vnius) dicunt hic aliqui q ionas ita prōpte exequebatur mādatum dei q iter trium dierū vna die compleuit. Sz hoc non videtur textui consonare. quia dr. (Et cepit ionas introire ciuitatem diei vnius) Si eñ hoc qd dictum est esset verum magis diceretur perexit ionas ciuitatē itinere diei vnius. Et ideo dicendū est q in prima die processit per vnā partem ciuitatis tñ. (Et clamauit et dixit). s. verbum domini nichil addendo. (Adhuc quadraginta dies et niniue subuerteretur) sic enim meruerant ciuium delicta vt dictū est supra. Et quia erat prophetia comminationis vt prius fuit tactum conditio erat subintelligenda. s. si non agerent penitentiam. sz illa conditio non erat a propheta exprimenda. vt dictum est (et crediderunt) hic consequenter ponitur conuersio populi ad predicationem ione. cum dr. (Et crediderunt viri niniuite in deum) qui prius tñ colebant ydola (et predicauerunt) i. solēniter indixerunt populo ieiunium ec. vt sz p carnis afflictionē in victu et vestitu placarent dei irā. Et nō solū fecerūt hoc populares sed etiā maiores. ideo subditur de rege. vt sui exemplo magis animarentur alii. (Et abiecit vestimentū suū) sz signa regalia deponendo (& indutus est sacco) in signum penitētie (et sedit in cinere) in signum humiliationis magne. (Et clamauit per os preconis (homines & iumēta ec.) huiusmodi eñ animalia sunt homini data in ad iutorium. et ideo afflictio eorum in homines redūdat propter qd ad ostendendum publicā penitentiā nō solū indixit rex afflictionē hominū sed etiā animaliū (Clament ad dñm in fortitudine) deficiente enim pastu mugiebant. qui mugitus dicebatur ad deum clamare inquātum per homines hoc ordinabatur ad placationnē sue offense (Et conuertatur vir). i. q̄cumq de populo de malo ad bonū. Et subditur ratio (Quis scit si conuertatur quasi dicat: sicut per peccata nr̄a est offensus / ita forsitā per nostrā penitentiā erit placat9. (Et vidit deus) Hic consequenter ponitur condescensis miserationis diuine: cū dicitur. (Et vidit deus opera eor̄) id est acceptauit et approbauit. Sicut Geñ. iiii. Et respexit deus abel et ad munera eius (Et misertus est) scilicet penā cōminatē nō inferēdo. Sciendum tamen q postea niniuite reuersi sunt ad vomitum. et sic ciuitas fuit subuersa / de qua subuersione prophetatum fuerat thobie. xiiii. ca.

¶ Feria tertia post dominicam in passione Lectio danielis prophete. xiiii. ca.

In diebus illis. Congregati sūt babilonii ad regē: et dixerunt ei. Trade nobis danielē qui bel destruxit. & draconem interfecit alioquin interficiemus te & domū tuam. Vidit ergo rex q irruerunt in eum vehementer et necessitate compulsus. tradidit eos daniellem: qui miserunt eum in lacum leonum et erat ibi sex diebus / Porro in lacu erant septem leonis: et da

bantur eis quotidie duo corpora
et due oues. Et tunc nõ data sũt
eis vt deuorarent danielẽ. Erat
aũt abacuc propheta in iudea: ꝛ
ipse coxerat pulmentum et intri
uerat panes in alueolo: et ibat in
campũ vt ferret messoribus. Di
xitqꝫ angelus dñi ad abacuc Fer
prandium quod habes in babilo
nem danieli: qui est in locum leo
num. Et dixit abachuc. Dñe ba
bylonẽ non vidi ꝛ lacum nescio.
Et apprehendit eũ angelus dñi
vertice eius: et portauit eũ capil
lo capitis sui posuitqꝫ eum in ba
bilone super lacũ in impetu spiri
tus sui. Et clamauit abahuc di
cens. Daniel serue dei: tolle pran
dium quod misit tibi deꝰ. Et ait
daniel recordatus est mei dñe deꝰ
meus: ꝛ non dereliquisti diligen
tes te. Surgẽsqꝫ daniel: comedit
Porro angelus dñi restituit aba
chuc confestim in locum suum.
Uenit ergo rex die septimo vt lu
geret danielem ꝛ venit in lacum
et introspexit. Et ecce daniel se
dens in medio liolũ. Et exclama
uit rex voce magna dicens. Ma
gnus es domine deus danielis.
Et extraxit eũ de lacu. Illos au
tem qui perdicionis eiꝰ causa fu
erant intromisit in lacum: et de
uorati sunt in momento coram
eo. Tunc rex ait. Paueant habi
tantes in vniuersa terra deũ da
nielis: quia ipse est liberator ꝛ sal
uator faciens cigna et mirabilia
in celo et in terra. Qui libirauit
danielem de lacu leonũ.

Postilla.

¶ In diebꝫ illis. Congregati sũt
babylonii ꝛc.) Hic debet notari hystoria to
talis de destructione duorꝫ ydolorꝫ babyloni
orum. s. belis ꝛ draconis: q̄ tangitur a princi
pio huiꝰ capituli vsqꝫ ad principiũ presentis
lectionis. Nũ sicut ibidẽ dr (indignati baby
lonii) de destructione duorꝫ predictorꝫ ydolo
rum ꝛ de morte sacerdotũ ꝯgregati sunt ad
interficiendum ipsũ danielem dicentes q re
gem eorꝫ iã ꝯuerterat ad iudaismũ. ꝛ dãna
eis fecerat infinita: id circo cũ ira maxima di
xerunt regi (Trade nobis danielẽ). s. vt mo
riatur (alioquin interficiemꝰ te ꝛ domũ tu
am). i. familiã tuã. Uidit ego rex q irruerẽt
in eũ vehementer) qꝛ furor multitudinis cõ
citate est valde irrõnabilis ꝛ periculosus (ne
cessitate ꝯpulsus tradidit eis danielem) non
enim poterat rex ita cito ꝯpescere exercitiũ
ad cohibendum multitudinis cõcitate impe
tum. ꝛ iõ oportebat q traderet eis danielem
vel q moreretur cũ tota familia. Item vide
bat q iñõ mortuo daniel nõ euaderet mortẽ
qꝛ propter ipsũ insurgebat multitudo cõtra
regem. Minus autẽ malũ videbatur prima
facie q solus daniel traderẽt morti q̃ q ipse
rex ꝛ sua familia morerẽtur. Ideo tãquã mi
nus malũ scdm suã estimationem tradidit
eis danielẽ. Et maxime qꝛ ꝯfidebat ipm per
diuinã potentiã liberari: sicut audiuerat li
berationem sociorꝫ danielis de camino ignis
(Qui miserunt eũ in lacum leonũ. ꝛ erat ibi
sex diebus ꝛc) Ex hoc pꝫ q hec missio danie
lis in lacum ab alia ab illa que facta est tpe
darii. de qua dr in capitulo. vi. qꝛ tunc non
fuit in lacu nisi per vnam noctem. vt pꝫ ibidẽ
hic aũt dr fuisse in lacu per sex dies. Simili
ter pꝫ hic alia de causa. qꝛ fuit positus in la
cu tpe darii eo q fuit imposita sibi transgres
sio regii adicti: q̄ vt ibidem dr posuerat edi
ctum vt nullus peteret aliquid a deo vel ho
mine nisi a rege vsqꝫ ad. xxx. dies daniel aũt
infra illud tps inuentus est adorare deũ pro
pter qđ missus fuit in lacum leonum. Causa
aũt quare hic dicitur positus in lacũ leonum
est alia. scꝫ destructio facta debet et interfe
ctio drachonis (Porro in lacu erant ꝛc.) his

Feria.iiii.post do.in passione. Epystola.

tāgitur pena famis. dimissus est in lacu p sex dies naturales sine cibo:et interim denegatus est leonibus cibus consuetus vt citius deuorarent danielē (Erat aūt abacuch) Hic cōsequēter ponitur liberatio ei⁹ a pena famis. scdo a pena missionis i lacū:ibi (Venit ergo rex ꝛc) In prima parte dicitur sic. (Erat aūt abacuch propheta in iudea) Hic est vnus de duodecim prophetis vt videtur hieronimus sentire in prologo (et ipse coxerat pulmentū et intriuerat panes in alueolo ꝛc.) nomē est vasis facti ad reponendum cibos. ꝛ dicitur a similitudine alui .i. ventris vbi cibi reponuntur:et inde alimentum ad singula membra virtute caloris naturalis defertur. Dixitqȝ angelus dn̄i ad abacuch fer prandiū qd̄ habes in babilonē danieli) quasi dicat ipse indiget:cibus est ei denegatus. (Et dixit abacuch. Dn̄e babilonē non vidi) et ideo nescirem illuc ire (et lacū nescio) et ideo dato q̄ iā essē in babylone nescirē danielē inuenire Ista dicebat se accusando. (Et apprehendit eū angelus dn̄i in vertice eius) angelus aūt apparebat in corpore assumpto. et idō dr̄ apprehendisse per caput: qꝛ posuit manū super caput eius et portauit eum capillo capitis sui) Nō est sic intelligendum q̄ virtus angeli solummodo tangeret capillos eius: sȝ totū corpus scd̄m qd̄ hic dr̄. qꝛ posuit manū super caput eius vt dictum est (posuitqȝ eum in babylonē super lacū in impetu sp̄s sui) .i. virtutis sue. Nec est mirum si angelus portauerit hoīem per tantū spaciū terre in modico tp̄e. qꝛ vnus angelus reuoluit orbem circulariter in vno die. ad quē tota terra comparata non est nisi quasi pūctus. Sequitur (Et ait daniel. Recordatus est mei deus (prius enim benedixit deū q̄ sumeret cibum. Hec est enī consuetudo laudabilis (Venit ergo) Deinde hic ponitur liberatio danielis de lacu. cū dr̄ (venit ergo rex dei septimo) qꝛ daniel erat condemnatus ad hoc q̄ staret ibi per sex dies naturales vt lugeret daniellem qꝛ probabiliter credebat ip̄m mortuum. (Et ecce daniel sedens) viuus et sanus (et exclamauit rex voce magna dicens Magnus es dn̄e deus danielis) viso enim miraculo ipse magnificauit diuinam potentiam (Et extraxit eū) tū ei transierat sedicio populi. ꝛ maxime qꝛ oēs videbāt per effectū virtutem dei ipsius (Porro illos qui perditionis eius causa fuerant) inuitando multitudinē populi ad clamorē predictū et sedicionem (intromisit in lacū). Illud eni fuit iustū scd̄m legē talionis ex quos declarata fuit innocentia danielis (Et deuorati sunt i momento) in quo apparuit saluatio danielis magis miraculosa. Tunc rex ait (Paueant habitantes ꝛc.) Viso enim miraculo predicto rex voluit magnificare diuinam potentiam non solum in babilone: sȝ in toto regno sibi subdito Et hoc est quod dicitur hic (Paueant) hoc est timeant blasphemare habitātes vniuersa terra. Hyperbole est ad reprimendum magnitudinem sui regni: qꝛ non omnis terra erat sibi subiecta (deum danielis) Licet enim sit deus omnium: dr̄ tū hic deus danielis per cultum specialem: et quia ipsum danielem specialiter saluauerat per cuius periculum. Et hoc est quod subditur. (quia ipse est liberator:et saluator faciens signa) .i. opera super naturam que inducunt homines ad cognoscendum diuinam excellentiam: quia diuina potentia et misericordia cognita est in liberatione danielis:et sua iusticia in suorum accusatatorum deuoratione. Et per hoc rex gentilis ex populus ei subiectus fuit inductus ad laudandum deum qui est benedictus in secula seculoꝝ amē.

¶ Feria quarta post dn̄icam in passione Lectio libri leuitici.xix.ca.

In diebus illis Locutus est dn̄s ad moysē dicens ego dn̄s deus vester. Non facietis furtum. non mentiemini nec decipiet vnusquisqȝ proximū suum. Non periurabis in noīe meo: nec polues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsqȝ mane Non maledices surdo: nec corā ceco pones offendiculum: sed timebis dn̄m deum tuū: quia ego dn̄s. Non facies quod iniquū est: nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores

vultum potentis. Juste iudica proximo tuo. Non eris criminator nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrem tuũ in corde tuo: sed publice argue eum: ne habeas super illo peccatum. Non queres vitionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuorum. Diliges amicum tuum: sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester.

Postilla.

¶ In diebus illis Locutus est dominus ad moysem dicens ꝛc. In hac lectione ponũtur precepta per que ordinatur affect⁹ rationalis ad omnes per innocentiam. Ratio enim naturalis dictat nulli esse nocendũ Et ideo primo prohibet nocumentum de facto et occulte: cũ dicitur (Non facietis furtũ) Secundo prohibet nocumentum verbo: cũ dicitur (Non mentiemini) Licet enim omne mendatium sit fugiendũ generaliter: tamen prohibetur mendatium perniciosum specialiter. Ideo sequitur. (Nec decipiet vnusquisq3 proximum suum (Consequenter prohibetur nocumentum verbo iuramento firmato: cũ dicitur (Non periurabis in nomine meo) quia per tale iuramentum non solum fit iniuria proximo qui leditur: sed etiam ipsi deo qui in testem falsitatis adducitur. Ideo subditur. (Nec polluas nomen dei tui) Cuius ratio subiungitur (Ego dñs) et ideo michi honor ꝛ reuerentia debetur. Consequenter prohibetur nocumentum facto aperto: cum dicitur (Non facies calumniam proximo tuo) Calumnia enim est extorsio rei aliene cum quadam apparenti ratione: sed non vera. (Nec vi opprimes eum) scz motu voluntatis inique absq3 rationis allegatione (Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsq3 mane) opus mercennarii tui. i. merces operis sui: q2 tales cõmuniter sunt pauperes de quotidiano labore viuentes ꝛ ideo nõ possũt expectare solutionẽ absq3 suo detrimẽto (Nõ maledices surdo) Hic accipitur surdus non solum pro priuato sensu auditus: sed etiam pro illo qui non audit quia est absens (Nec coram ceco pones offendiculum) Similiter hic accipitur cecus non solum pro priuato visu sed etiam pro non vidente vel non aduertente ad offendiculum Dicit etiam ra. sa. hic debet intelligi per cecum omnis ignorãs vel simplex: de quo prohibetur dari sibi scienter consilium in aliquo suo negocio. Ideo subditur (sed timebis deum tuum (quasi dicat licet non debeas tales personas timere tamen debes cauere a nocumentis eorum timore dei qui videt et vindicabit. Consequẽter ordinatur rationalis affectus quantum ad iudices: cum dicitur. (Nõ facies quod iniquum est) scilicet penã indebitam alicui imponendo. (Nec iniuste iudicabis) scilicet motus fauore vel odio sententiam iniustam pronunciando (Non considerès personam pauperis) Non prohibetur condescensio ad pauperes in his que possunt fieri absq3 lesione iusticie sed in his tantum per que iusticia lederentur. (Nec honores vultum potentis.) Licet enim potentes ratione sui status sint pre aliis minoribus honorandi in communibus: non tantum in his per que iusticia lederetur. (Non eris criminator) scilicet detegens crimen proximi tui manifeste. (Nec susurro) id est faciens hoc occulte) Nõ stabis contra sanguinem proximi tui) scilicet iũgẽs te illis qui machinantur mortem innocentis (Non oderis fratrem tuum ꝛc.) scilicet ꝛ rãcore et odio dissimulans peccatum tuum donec possis destruere eum (scilicet publice argue eum) id est voce expressa. Secundum illud math. xviii. Si peccauerit in te frater tuus/ vade et corripe eum ꝛc. Si autem per hoc quod dicitur publice intelligatur correctio facta in publico seu iudicio tunc est intelligendum de peccatis que possunt probari. et tunc talis correctio pertinet ad iudicem exequendo ad accusatum et testes denunciando et testificando. (Ne habeas super illo peccatum) Si enim correctionem fratris sui aliquis dimitteret vt in peniis remaneret faceret contra caritatem. (Non queres vitionem) scilicet liuore vindicte. potest tamẽ queri amore iusticie (Nec memor eris iniurie ciuium tuorum) scilicet ad vindicandũ liuore vindicte. potest tamen haberi memoria ad vindictam amore iusticie (Diliges amicum tuum sicut teipsum) Ly. sicut non importat equalitatem: sed imitationis similitudinem:

quia amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad seipsum. vt habetur Ethi. ix. Et sequitur. (Ego dominus) et tanq̄ dominus precipio qd̄ sequitur: scz (leges meas (vobis datas (custodite) nec quamq̄ earum diuitie.

¶ Feria. v. post dominicam in passione. Lectio danielis prophete. iii. cap.

In diebus illis Orauit Daniel ad dñm dicens Dñe deus nr̄ ne despicias populū tuū: et ne dissipes testamētum tuū. Neq3 auferas aīam tuam a nobis: propter abrahā dilectum tuum: et ysaac seruum tuū et israel sanctum tuum. Quibus locutus es pollicens q̄ multiplicares semen eorum sicut stellas celi: et sicut arenam que est in littore maris. Quia dñe imminuti sumus plusq̄ oēs gentes sumusq3 humiles in vniuersa terra hodie propter pctā nostra. Et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux. Neq3 olacaustum neq3 sacrificium neq3 oblatio: neq3 incensum: neq3 locus primiciarū corā te vt possimus inuenire miam tuā. Sed in aīo contritio et spū humilitatis suscipiamur: sicut in olocausto arietum et thaurorum et sicut in milibus agnorum pinguium. Sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie vt placeat tibi quoniam nō est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde et timemus te: et querimus faciem tuā ne confundas nos: sed fac nobiscū iuxta māsuetudinē tuam. et scdm multitudinē mie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis et da gloriā nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confūdantur in omnipotentia tua. et robur eorum conteratur. Et sciant quia tu es dñs deus solus. et gloriosus super oēm terrā dñe deus noster.

Postilla.

¶ In diebus illis Orauit daniel ad dominū dicens ec.) In principio huius capituli et ante hanc lectionē q̄ ponitur in medio ipsius capituli posita est scda visio regi nabuchodonosor facta per quā inducuntur babylonii et maxime iudei inter ipsos habitantes agnoscere q̄ nō est alius nisi deus adorādus per latriam. Igitur post ipsam hystoriam siue visionē in qua fit mentio de statua quā fecit erigere nabuchodonosor ad adorandam quā quidem noluerunt adorare hebrei. et maxime sydrac / misac / et abdenago propter qd̄ missi sunt in caminiū fornacis ardentis. Sz cū ibidē nichil mali sentirent. sz laudaret et bñdicerēt dñm azarias q̄ daniel dr̄ aperiens os suū orauit pro populo hebreorum qui socios suos eripuerat a flama: sicut ps in pñti lectione in qua dr̄ (dñe deus noster) scz hebreorum: q3 lz sit deus oīm p creationem dr̄ tñ hebreorum per singularē cultū (ne despicias). i. pro despecto siue derelicto habeas populum tuū. s. pplm hebreorum qui tunc dicebatur ppl's dei sicut nunc dñe xpiani (propter nomē tuū) q. d. non hoc facere debes propter merita nostra quia illa nulla sunt: cum grauiter peccauerimus in te. (Ne dissipes testamentū tuū). i. legē que dissipatur qñ tenētes eam occiduntur. sicut patet de illis tribz predictis q̄ missi sunt in cacuminū ignis fornacis ardentis (neq3 auferas miam tuam a nobis propter abraham dilectum tuum) quia fuit primus a deo electus ex ydolatris. Et primo facte sunt et promissiones aperte de christo / propter quod dicitur hic specialiter dilectus (et ysaac seruum tuum dicitur scz.

nus: quia vere obediens (Et patet hoc) cum
pater voluit eum immolare cu iam esset. xxx.
annorum. et per consequens fortis. Pater
autem eius erat senex et diebus: cui filius no
luit tamen resistere: sed etiam immolationem
voluntarie accessit vt dicit iosephus libro pri
mo antiquitatum (et israel sctm tuum). i. iacob
qui dicitur hic sanctus specialiter. quia speciali
cultu voluit colere deum. vt dicitur Gen. xxviii.
erit michi dns in deum rc. Illud autem pro
prie dicitur sanctum quod applicatur diuino cultui
(Quibus locutus est pollicens). i. promittens
Et ideo non potest frustrari promissio tua (quod
multiplicares semen eorum sicut stellas rc.
promissum est hoc abrahe Gen. xxii. (Quia
dne imminuti sumus) quia de filiis israel occi
si fuerant per bella et multi captiuati (sumus
quod humiles). i. viles in conspectu aliorum (in vni
uersa terra rc.) quia iam dispersi erant in mul
tis terris per captiuitatem assyriorum et chal
deorum et egyptiorum (Et non est in tempore hoc
princeps). s. super filios israel qui possit eos
defendere. quia sedechias iam erat captus.
(Et dux) scilicet ex populo nostro quasi di-
cat virtute humana non possumus saluari
seu liberari de manibus inimicorum. Simi-
liter eis non erat via ad placandum deum
per viam sacrificiorum. Et hoc est quod po-
stea dicit. (Et propheta) qui denunciat futu
ram consolationem (neque olocaustum) que
erat oblatio tota incensa ad honorem diui-
num (neque sacrificium) quod partim incende
batur. et partim ad vsum sacerdotum reser
uabatur (neque oblatio) que scilicet offertur ex de
notione (neque incensum) hoc est timyama odo
ris suauissimi: quod offerebatur super alta-
re timyamatis ad consummationem sacrificii
vt habetur ad hebreos. ix. Ratio omnium istorum
est. quia non erat ipsis licitum talia offerre
nisi in hierusalem que iam erat destructa.
Et hoc est quod dicitur (neque locus primitia
rum coram te) quia iam erat destructus vt vi
sum est (vt possimus inuenire misericordiam
tuam) scilicet per talia sacrificia et oblationes
(Sed in animo contritio) quasi dicat loco sa-
crificiorum suscipias illud quod possumus ti
bi offerre. scilicet cor contritum et humilia-
tum. vt scribitur psalmo. l. Unde super illud
Gen. xxv. ysaac amabat esau. Dicit ra. sa.
dilecte sunt magis tribulationes quam sacrificia
Nam sacrificia sunt de diuitiis hominis tri
bulationes vero de corpore ipsius tribulati:
quod est magis carum sibi. Secundum quod dici
tur. Job. ii. Pellem pro pelle et cuncta que
habet homo dabit pro anima sua (et sicut in milli-
bus agnorum rc.) quia tribulatio in qua isti
erant propter deum est magis accepta deo quam
sacrificia: vt dictum est (quoniam non est con
fusio confidentibus in te) quod est verum
de confusione vera que est coram deo per pec
catum in conscientia mala. Licet sancti bene
sustineant confusionem coram hominibus:
sed ista non est vera confusio. Unde dicit chri
sostomus super math. Leuis est consolatio si
homo in seipso confusus sit: non tamen coram ho-
minibus per contrarium leuis est confusio. i.
modica vel nulla si tamen coram hominibus est
et non coram deo (Et nunc sequimur te) Hic
consequenter azarias allegat in sua oratio-
ne consuetam dei misericordiam quam inue
niunt reuertentes ad ipsum. Et hoc est quod
allegat dicens (et nunc sequimur te in toto
corde rc.) qualitercumque autem peccaueri-
mus tempore preterito: nunc sequimur te per
contritionem et confessionem nostrorum pec-
catorum et per emendationem quia non am
plius reuertemur ad peccata priora (ne con
fundas nos) id est confusibiles in conspectu
hominum diuitias (sed fac nobiscum iuxta man
suetudinem tuam rc.) quia proprietas tua
est misereri et parcere. (Et erue nos rc.) Hic
consequenter azarias inuocat liberatricem
dei potentiam que solet assistere in casibus
desperatis secundum viam humanam. et
hoc est quod dicit (et erue nos in mirabili-
bus tuis (hoc est per opera supra virtutem
nature fienda: quod factum est in liberatio
ne eorum de fornace (et da gloriam nomini
tuo (vt infideles videntes potentiam tuam
mirabilem glorificent nomen tuum (Con-
fundantur omnes qui ostendunt seruis tuis
mala (Et loquitur hic de confusione per peni
tentiam qua homo confunditur coram deo
de peccato perpetrato. et hoc est quod subdi
tur. (Et sciant quia tu es dns deus solus rc)
hoc factum est per hoc quod nabuchodono
sor viso miraculo glorificauit deum per to-
tum regnum suum.

¶ Feria sexta post dominicam in passione.
Lectio hieremie prophete. xvii. cap.

In diebus illis dixit hieremi
dne omnes qui te derelin-
quunt confundantur. Recedentes a
te in terra scribentur quoniam dereliquerunt
venam aquarum viuentium dnm

Sana me dñe et sanabor: saluũ me fac: et saluꝰ ero qm̃ laus mea tu es. Ecce ipse dicũt ad me. Ubi est verbum domini? Ueniat. Et ego non sum turbatus te pastorẽ sequens: et diem hoĩs non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit Non sis michi tu formidini: spes mea in die afflictionis. Confundantur qui me persequũtur ꝯ non ꝯfundar ego: paueant illi: et non paueam ego Induc super diem afflictionis: et duplici contritione contere eos dñe deus noster. Postilla.

¶ In diebus illis. Dixit hieremias ꝛc.) Propheta in principio descripsit circa populũ regni iude malicie grauitatem deinde vero ipsius incorrigibilitatem seu irreparabilitatem propter multas causas. In hac vero lectione ostendit propheta quod dictum est propter peccatum ydolatrie. et dicit (Dñe omnes qui te derelinquunt scꝫ per ydolatriam. et alia opera mala (confundentur) quia confusibiliter punientur. Et modus punitionis subditur (Recedentes a te in terra scribentur). i. in inferno qui a doctoribus esse sub terra dicitur (quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium) id est dominũ a quo fluunt omnes gratie que dicuntur aque viue eo ꝙ deducunt ad vitam eternam. Jo. iiii. qui biberit ex aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam (Sana domine ꝛc.) Hic consequenter ponitur ipsius hieremie deprecatio. et secundo domini responsio. ibi. Hec dicit. Sed non ponitur in presenti lectione nisi deprecatio tm̃ (Sana me domine) scilicet ab infirmitate culpe (et sanabor (quasi dicat. de hac infirmitate non possum sanari nisi per te. Licet enim esset iustus: tamen non fuit immunis ab omni culpa saltem veniali (Saluũ me fac ab insidiantibus michi iudeis (et saluus ero) quia ipsi nichil possunt contra te (quoniam laus mea tu es). i. obiectiue et finaliter (Ecce ipsi dicũt ad me) scilicet derisorie (vbi est verbum domini) i. vbi est pena captiuitatis quã in nomine dei denunciasti nobis (Ueniat) quasi dicat certi sumus ꝙ non veniet: quia tu es falsus propheta (Et ego non sum turbatus) turbatione rationem subuertẽte propter verba eorum (te pastorem sequens) mãdata tua exequendo (et diem hominis) id est vitam carnalẽ ꝛ deliciosam (non desideraui tu scis) qui secreta cordiũ cognoscis (Quod egressum est de labiis meis (peccatores arguendo (rectum in conspectu tuo fuit) hoc enim feci de mandato tuo. (Non sis michi in formidini) id est pena quam super populum inducere disposuisti non veniat super me. ideo subditur (spes mea tu in die afflictionis) futura per chaldeos quam per te spero euadere: sed super malos veniet. ideo subditur. (Confundantur ꝛc) id est confundentur ita ꝙ non loquitur optatiue. sed magis denunciatiue de malo futuro. potest etiam dici ꝙ loquitur optatiue non sitiens populi penam sed approbans diuinam iusticiam. secundũ illud. ps. lvii. Letabitur iustus cum viderit vindictam (et duplici contritione) . s. mortis et captiuitatis. quia aliqui fuerunt interfecti et alii captiuati (contere eos) . i. contere vel optando diuinam iusticiã: vt dictum est.

¶ Sabbato post dominicam in passione. Lectio hieremie prophete. xviii. cap.

In diebus illis. Dixerunt impii in die adinuicem. Uenite cogitemus cõtra iustum cogitationes Non enim peribit lex a sacerdote: neqꝫ consilium a sapiente nec sermo a propheta Uenite percutiamus eum lingua: ꝛ non attendamꝰ ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: et audi vocem aduersariorum meorũ. Nũquid redditur pro bono malũ quia foderũt foueam anime mee? Recordare

q steterim in cõspectu tuo vt loquerer pro eis bonũ: et auerterẽ indignationẽ tuam ab eis. Propter ea da filios eorum in famẽ: & deduc eos in manus gladii. Fiant vxores eorũ absq; liberis et vidue & viri earum interficiantur morte. Juuenes eorum confodiantur gladio in prelio & audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enĩ super eos latronẽ repente: q; foderunt foueam vt caperent me et laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne cum filium eorum aduersum me in morte. Ne propiciens iniquitati eorum et pctm eorum a facie tua non deliatur. Fiant corruentes in conspectu tuo in tpe furoris tui: domine deus noster. Postilla.

¶ Jn dieb⁹ illis. Dixerũt impiĩ iudei ad inuicem rc.) Jn principio huius capituli ponitur sexus modus ostendendi peccatum iude irremediabile per similitudinẽ figuli vas dissipatum reformantis eo q latũ non resistebat ei. sz populus iudei in peccato obstinatus resistebat diuine gratie. Jn presenti vero lectione que in fine ipsius capituli sita est ponitur obstinatio iudeorum et eorum mala voluntas contra dñi nuntium. s. hieremiam prophetam (Dixerũt impii iudei ad inuicẽ) s. conferendo (Uenite & cogitem⁹ contra hieremiam cogitationes) .i. vias conuenientes ad eum occidendum tamquam prophetam falsum. Cuius causa subditur. (Non enim peribit lex a sacerdote (quin possit de ea populum docere (Neq; consilium a sapiente) id est a sapientibus ponendo singulare pro plurali. Sicut exodi. viii. Uenit musca grauissima. id est multitudo muscarum. Et dicuntur hic sapientes. lxx. senes electi de omni populo (nec sermo a propheta) quia dominus instituit ista. Et isti male arguebant quia sicut deus dat beneficia perseuerantibus in bono. Ita data abstrahit obstinatis in malo. (Percutiamus eum lingua) accusãdo eũ prophetã falsum esse. & sic moriatur (et nõ attendamus ad vniuersos sermones ei⁹) Hec est littera transposita: et sic est ↄstruẽda. (Et vniuersos sermones eius nõ attẽdam⁹) scilicet vt sic negatio sequatur signũ vniuersale que facit suo ↄtrario equipollere. q; omnis non. et nullus equipollent. Et sic est sensus ad nullos sermones eius attẽdamus cuz sint friuoli & nullius momẽti. Hic ↄsequẽter ponitur hieremie deprecatio dicẽtis (Attẽde dñe ad me) liberandum de meis inimicis (et audi vocẽ aduersariorum meorum) ad eam puniendũ. (Numquid redditur) scz michi (pro bono malũ) quasi dicat. sic (q; foderunt foueã anime mee) querentes eã educere de corpore maliciose (Recordare rc) .i. q laborauerim pro bono eorum (propterea da filios eorum in famẽ rc.) qđ dupliciter exponit. Uno modo denũciatiue tantũ sic (da) .i. dabis. Alio modo deprecatiue nõ sitiẽdo populi penã: sed magis diuinã iusticiã sicut dictũ est in lectione precedenti (Audiat clamor de domibz eorum) scz familie fame & gladio ibidẽ moriẽtis (adduces enĩ super eos latronẽ) .i. nabuchodonosor cũ suo exercitu populũ depredantẽ occidentẽ et captiuantẽ. Cetera vero per se patẽt vsq; ibi. (Ne ppicieris iniquitati eorum) .i. nõ dimittas tantũ dedecus culpe sine decore iusticie (in tẽpore vultus tui) .i. vindicte a te inferende.

¶ Do. in ramis pal. Ad philippenses. ii. cap.

Fratres hoc enĩ sentite ĩ vobis qđ & ĩ xp̃o iesu. Qui cum ĩ forma dei esset nõ rapinam arbitrat⁹ est esse se equalẽ deo: sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinem hoĩm factus & habitu inuentus vt hõ: Humiliauit semetipsũ factus obediens vsq; ad mortẽ: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: et donauit illi nomen

quod est super omne nomen: vt in noīe iesu: omne genu flectatur celestiū terrestriū et infernorum. Et oīs lingua confiteatur: q3 dñs iesus xp̄s in glīa est dei patris.

Postilla

¶ Fratres. Hoc eni sentite in vobis rc.) Ante initium illius epystole scribit sanctus paulus di. Implete gaudiū meū vt idem sapiatis eandem caritatē hñtes nichil per contentionem agentes: neq3 per manē gloriam. s3 in humilitate superiores sibi inuicē arbitrantes. Tunc sequitur epystola hodi. (Hoc enim sentite in vobis qd̄ in xp̄o iesu. (Ubi sciendu3 q̄ sequens septimana maior vocatur. eo q̄ maius et prolixius h3 officiū. 7 per hoc nobis datur intelligi q̄ isto sacratissimo tp̄e magis q̄3 aliis tp̄ib3 deo seruire debem⁹. Item dr̄ sancta. qm̄ in ea impii iustificantur quia in ea penitentes absoluuntur et ecclesie recōsiliantur. Itē dicitur penosa. q3 dñs noster iesus xp̄s in ea laborauit et penas pro nobis sustinuit. et nos per suam amaram passionem redemit. idcirco apl's paul⁹ in hac epystola hortatur nos ad xp̄i imitationem di. (Frares hoc enim sentite (Gor. i. experimento agnoscite (in vobis). i. membris. q3 membra debent sentire dolorem capit:s (quod in christo iesu) sup. qui fuit humilis quā humilitatem habere debetis interius in corde 7 nō solum exterius sicut ypocrite. (Qui) sc3 xp̄s (cum in forma dei esset) .i. vnus in essentia cum deo patre (non rapinam arbitratus est (dicendo esse se equalem deo) sc3 patri scd̄m diuinā naturam. sicut angelus lucifer 7 primi parentes. qui s3m angu. voluerunt rapere diuinitatem. et perdiderunt felicitatē (sed semetipm̄ exinaniuit). i. maxime humiliauit (formam serui accipiens) Uin. i. humanitatem assumens in qua nobis seruiret (in similitudinem hoim̄ factus) passibilis et mortalis similis aliis hominibus et alios defectus nature humane assumendo (et habitu) id est conuersatione (inuentus) sc3 est (vt homo) q3 inter homines duxit vitam eadem. Lu. vi. Uenit filius hominis manducans et bibens (humiliauit semet ipsum) Ly. ad dandum nobis exemplum (factus obediens) scilicet deo patri (vsq3 ad mortē: mortē aūt crucis) Gor. q̄ est pena latronū. Sap. ii. Morte turpissima condennemus eū (propter qd̄ et deus) sc3 pr̄ (exaltauit illū) Ly. i. sua resurrectione et ascensione xp̄s glorā sui corporis et ei⁹ exaltationē ad celos meruit per suā passionē (Et donauit illi nomē qd̄ est sup omne nomē) Gor. hoc nomē sc3 deus. vt sc3 ille qui est homo dicatur deus et veraciter sit (vt in nomie iesu omne genu flectatur / celestiū terrestriū 7 infernorum) Ly. vt oēs sibi exhibeant reuerentiā angeli (homines) et demones (et oīs lingua cōfiteatur) sc3 corporalis et spūalis. i. humana et angelica (quia dñs noster iesus xp̄s in gloria est dei patris) Ly. quia se vndū deitatem est vna gloria patris et filii.

¶ Feria secunda post dominicā in ramispalmarum. Lectio ysaye prophete. l. cap̄.

In dieb⁹ illis: dixit ysayas Dominus deus apperuit michi aurem ego autem non cōtradico retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciam meā non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. Domine deus auxiliator meus et ideo non sum confusus Ideo posui faciam meam vt petram durissimā: et scio qm̄ non confūdar Iuxta est qui iustificat me: quis cōtradicit michi? Stem⁹ simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus de⁹ auxiliator me⁹. Quis est qui cōdēnet me? Ecce omnes quasi vestimentū conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timēs dn̄m audiens vocē serui sui quis ambulat in tenebris et non est lumen ei? Speret in nomine dñi et innitatur super dn̄m deū suum.

Postilla.

Feria.iii.post do.in ramispal. Epystola.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñs deus ꝛc.) In pꝛecedenti ca. denunciata est populi dei liberatio: in pꝛesenti ca. et in sequentibus ponitur impedimẽti remotio. Impedimẽtum aũt posset esse ex pte saluatoꝛis tꝑaliter. vt pote si esset nolẽs vel nesciẽs aut impotens ad saluandum. et oẽs isti defectus excludũtur tã in isto capitulo ꝙ in tribus capitulis sequentibus. Sꝫ qꝛ vnũ ꝑdictoꝝ impedimentoꝝ est de volũtate iõ dẽ in pñti lectione ad ostendendũ ꝙ volũtas xp̄i a natiuitate sua fuit parata ad liberandũ genus humanũ (Dñe deus). s. deus pater (aperuit michi aurẽ) insinuando michi futuram pꝛo populo passionem meam (ego aũt non ꝯtradico) immo dicit fiat voluntas tua. Mat. xxv. loquens ꝺ passione sua (retroꝛsum non abii) immo querẽtibus sua moꝛtẽ iait eis obuiã Jo. xviii. (Coꝛpus meum dedi percutientibus) vt patet in euangeliis (et genas meas vellẽtibꝫ) licet nõ sit scriptum in euangeliis ꝙ euellerẽt eius barbã: tñ paratus fuit illud sustinere sicut alia maioꝛa ꝛ foꝛtiã sustinuit quia non oĩa sunt scripta (Faciẽ meã ñ auerti) hoc pꝫ ex euangeliis (Domine deus). s. deus pater (auxiliatoꝛ meus) pꝛebens michi voluntatem et ꝯstantiã patiendi (et ideo nõ sũ ꝯfus⁹) quia per passionem suam transiit ad gloꝛiam sue resurrectionis. coꝛpus etiam ei⁹ moꝛtuum fuit honoꝛifice sepultum. Ideo posui ꝛc). i. me exposui ad sustinendum quecũqꝫ aspera (iuxta est) hic soluitur quedã obiectio. Judei enim dixerunt xp̄o. Jo. viii. Tu de te ipso testimoniũ perhibes: testimoniuꝫ tuum non est veꝝ. Et saluatoꝛ r̄ndit. Testimoniũ perhibet de me qui mecum est pater. Et ista rñsio pꝛemissa in sp̄ũ sctõ ponitur hic. cũ dẽ (iuxta est qui iustificat me) pẽ qui dẽ esse iuxta filiũ pꝛopter vnitatẽ essentie et distinctionem persone. Pater iustificauit filium. sꝫ faciendo opera diuina per ip̄m pꝛopter qꝺ ibidem saluatoꝛ. Jo. x. Opera que ego facio in nomine patris mei illa testimonium perhibent de me (Quis contradicet michi) sꝫm veritatem. q. d. nullus vestꝛuꝫ xp̄s enim frequẽter legitur imposuisse iudeis silentiũ pꝛopter veritatis euidentiam (Ecce dñs auxiliatoꝛ meus). s. in mea passione modo ꝑdicto. Quis est qui ꝯdemnet me). s. iustus. q. d. nullus. Fuit enim iniuste ad moꝛtẽ ꝯdemnatus pꝛo per sacerdotes / postea ꝑ pylatũ sꝫ ex hoc depoꝛtanerũt exterminiũ intñ ꝙ pylatus ꝑ tyberiuꝫ imperatoꝛẽ fuit missus in exilium et ibi ignominiose moꝛtuus. Et sacerdotes per tytũ fuerunt interfecti in destructiodem tẽpli. Dicit enim iussũ esse sacerdotes cũ templo perire. ideo subditur. (Ecce oẽs quasi vestimentum ꝯterentur) quantũ ad moꝛtuos in exilio (ꝛ tinea comedet eos) quantũ ad interfectos gladio: sicut tinea ꝯsumit vestimentum quadã violentia (Quis ex vobis) Sꝫ ꝯsequenter ꝯcluditur incredulitoꝝ interitus: ꝛ arguit eoꝝ culpam dicens (Quis ex vobis timens dñm audiens vocẽ serui sui). i. xp̄i ratione foꝛme serui assumpte (Quis ãbulat in tenebꝛis). s. ignoꝛantie (et non est lumẽ ei) si credidit verbis xp̄i: quasi dicat nullus. ideo subditur (speret in nomine dñi) sꝫ quilibet fidelis (et innitatur). i. omnia agat (super). i. dñm deum tuum. quia sic nullo modo poterit decipi.

Feria.iii.post dominicã in ramispalmaꝝ. Lectio hieremie pꝛophete. xi. ca.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine demonstrasti michi ꝛ cognoui tu ostendisti michi studia eoꝛum ꝛ ego quasi agnus mansuetus qui poꝛtatur ad victimã ꝛ non cognoui qꝛ cogitauerunt consilia super me dicẽtes. Venite mittam⁹ lignum in panem eius: ꝛ eradamus eũ de terra viuentium ꝛ nomen eius non memoꝛetur amplius. Tu aũt dñe sabaoth qui iudicas iuste: ꝛ pꝛobas renes ꝛ coꝛda videam vltionẽ tuã ex eis. Tibi enim reuelaui causã meam dñe deus meus.

Postilla.

In dieb⁹ illis Dixit hieremias (Domine demonstra michi ꝛc). A pꝛincipio huius capituli reuocatur populus iudaicus per pꝛophetam a legis transgressione. in hac vero lectione que in fine ipsius capituli posita est plangit pꝛopheta imminentem ex hoc sibi iniuriam dicens (Tu autem dñe demonstrasti ꝛc) et ego cognoui certitudinaliter per tuã reuelationem et quid sit illud subditur (Tu ostẽdisti michi studia eoꝛum) qꝛ ꝑ vias

occultas querebant interficere eū. ideo subditur (Et ego quasi agn⁹ mansuetus ꝛ non cognoui).i. ante reuelationem tuam factam michi (qꝫ cogitauerunt super me cōsilia) que subdūtur (dicentes) istud non est de textu: sꝫ intelligitur (Mittamus lignū in panē eius ꝛc.) est eni in terra illa arboꝛ noīe tax⁹ venenata et inde dr̄ toxicum.i. venenum. et toxico/cas.i. venenare. Et de veneno illius arboꝛis minutatim inciso volebant ponere in cibo hieremie q̄ cibus noīe panis intelligitur vt sic moꝛeretur et amplius eos nō argueret (Tu aūt dn̄e sabaoth).i. exercituū per qđ angeli designātur (videam vltionē tuā ex eis) hoc non videbat zelo vindicte sed amoꝛe iusticie: et maxime quia volebant verbum diuinum impedire (tibi enim reuelaui causam meā) hoc est non quero ex ipsis iusticiam fieri michi per iudices tales cū illi essent foꝛsitan ipsi⁹ ꝓphete maximi inimici: ꝛ odio ducti nō ministrassēt iusticiā debitā (Sed tibi dn̄e de⁹ meus) qui es scrutans coꝛda et renes.

¶ Feria quarta post dn̄icam in ramispal. Lectio ysaie prophete. lxii.

Hec dicit dn̄s de⁹. Dicite filie syon. Ecce saluatoꝛ tuus venit: ecce merces eius cum eo: quis est iste qui venit de edon tinctis vestib⁹ de bosra: Iste foꝛmosus in stola sua: Gradiens in multitudine foꝛtitudinis sue. Ego q̄ loquoꝛ iusticiā. et ꝓpugnatoꝛ sū ad saluādū. Quare ergo rubꝛum est indumentū tuū: ꝛ vestimēta tua sicut calcantium in toꝛculari: Toꝛcular calcaui solus ꝛ de gentibus nō est vir mecū. Calcaui eos in furoꝛe meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eoꝛum super vestimēta mea ꝛ oīa indumēta mea inquinaui. Dies enim vltionis in coꝛde meo: annus retributionis mee venit. Circumspexi et non erat auxiliatoꝛ. q̄siui ꝛ nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi bꝛachiū meū. ꝛ indignatio mea ipa auxiliata ē michi. Miserationū dn̄i recoꝛdaboꝛ: laudem dn̄i super oībus que reddidit nobis dn̄s deus noster.

Postilla.

¶ Hec dicit dn̄s deus. Dicite filie syon ꝛc.) In pꝛincipio pꝛecedenti istud quod est.lxi. ostenditur clementia saluatoꝛis in consiliationibus et beneficiis ecclesie exhibitis. In hoc autem capitulo ex consimilibus ostenditur eius potentia. Et ponitur pꝛincipium huius lectionis in fine huius capituli. residuū vero lectionis ab illo loco. Quis est iste ꝛc. est totum de capitulo.lxiii. Dicit ergo (Dicite filie syon).i. congregationi fidelium (ecce saluatoꝛ tuus venit.) id est veniet ad iudicium sicut per incarnationem iam venit i mūdum (ecce merces eius cum eo) ad reddēdum penam vel pꝛemium scđm merita et demerita hoim. Et vocabunt: scilꝫ angeli sancti qui erant executoꝛes diuini iudicii eos.s. electos. populus sanctus: eos ad gloꝛiam deducendo (tu autem) scꝫ ecclesia (vocaberis ciuitas quesita) scꝫ a domino et angelis sanctis: et non derelicta in manibus demonuum cū repꝛobis. Quis est iste qui venit de edon ꝛc.) doctoꝛes catholici cōmuniter exponunt istud de chꝛisto post ascensionem suam redeunte ad patrem. (Quis est iste et cetera. verbum est angeloꝛum chꝛistum ascendentem admirantium et de eius misterio plenius doceri ꝛ illuminari petentium. aliter tamen: qꝫ scđm hiero. est verbū angeloꝝ inferioꝝ querentiū edoceri a superioꝛibus scđm Dyonisium vero. vii. ca. celestis hierarchie est verbū oīm: qꝫ etiam supꝛimi angeli quesierunt de pꝛedictis plenius edoceri. Sꝫ istis videtur obuiare dictū augustini. v. super. Gene. ad litteram vbi dicit ꝙ angeli a pꝛincipio cognouerunt omnia mysteria xp̄e sienda. Cui dicta respondetur ab aliis ꝙ lꝫ cognouerint dicta misteria in generali: non tū q̄tū ad oēs questiones particulares et de istis quesierunt plenius edoceri (Quis est iste qui venit de edon ꝛc.) intelligendus est loc⁹ vn̄ xp̄s ascendit.s. mons oliueti vel hierusalem q̄ est iuxta eū (et aspexi⁹

est sanguis eoꝝ sup vestimenta mea) verbū
est xp̄i de sua passione loquentis (Et aspersꝰ
est sāguis eoꝝ) .i. sāguis meꝰ q̄ dr̄ sāguis eoꝝ
eo ꝙ fuit effusus p̄ p̄curationē iudeoꝝ. Uel
sic exponendo litterā de xp̄o ⁊ anti xp̄o in fi-
ne mūdi .i. de victoria quam accipiet xp̄s ab
oibus nota de ipso antichristo ꝫ propter quā
cōuertētur omēs iudei ad fidē xp̄i. Quis est
iste .i. q̄ victoriosus (qui venit de bosra) .i. de
hierusalē ciuitate munita in qua antixp̄s se
debit in tēplo tāq̄ sit deus. (de edom) Ad cui
dentiā huiꝰ littere ꝯsiderandū est ꝙ edom et
bosra in hebreo sunt nomina ꝓpria aliquā
do et appellatiua. Edom est nomē filii ysaac
q̄ alio noīe vocatur esau. Gen̄. xxv. Et etiam
terre multe ab eo fuerunt denominate: q̄ la-
tine dicuntur idumea. Bosra vero vel potiꝰ
bisre sic enim scribitur in hebreo nomen est ci
uitatis vnde fuit ioab rex edom. Gen̄. xxxvii.
Prout vero sunt nomina appellatiua edom
signat rubedinē ⁊ bosra munitionem (tinctis
vestibus) .i. rubricatus sicut dicitur infra)
Quare ergo rubrum est indumentum tuū)
et per hoc designatur. interfectio antichristi:
quem dn̄s iesus interficiet spū oris in mon-
te oliueti iuxta hierusalem. Et loquitur hic
propheta de xp̄o ad modum hoīs victoris cu
ius vestimenta sunt rubricata sanguine vi-
ctoꝝ ab eo. (Ipse formosus in stola sua glori
osa: que est quasi vestimentū diuinitatis. Ad
phili. ii. ca. In similitudinem hoim factus et
habitu inuentus vt homo (gradiens in mul
titudine virtutis sue) quia nunc apparebit
cum angeloꝝ multitudine. Deinde poni-
tur christi responsio ad questionem prophete
dum dixit. (Ego qui loquor iusticiam spū
oris mei) scꝫ interficiendo impium et magnā
partem sibi adherentium (et propugnator sū
ad saluandum) scꝫ electos de persecutiōe an-
tichristi. Et ꝯñe querit propheta iterum.
(Quare ergo rubrum est indumentum tuū
⁊c.) et p3 ex dictis sententia. Et subditur chri
sti responsio dicentis (Torcular calcaui so-
lus) et accipitur hic continens pro contento
.s. torcular pro vuis in torculari calcatis per
quas hic intelligitur antixp̄s et satellites eiꝰ
(et de gentibus non est vir mecum) quia nul
lus de hoībus poterit deuicere antichristum.
(Calcaui eos in furore meo). i. vindicta iu-
sticie mee (et aspersus est sanguis eoꝝ ⁊c.)
et p3 ex dictis sententia (dies enim vltionis)
scꝫ sanctoꝝ de imperio antichristi interfe-
ctoꝝ (in corde meo) scꝫ est firmiter disposi
ta (annus retributionis mee venit) reddē-
do sibi et satellitibus suis penam debitam
pro peccatis. Uel aliter annus retributionis
id est iudicii generalis. (Circumspexi et non
erat auxiliator) exponatur sicut supra (de
gentibus non est vir) mecum (et saluauit mi
chi) scilicet electos meos de persecutione anti
christi (brachium meum) id est potentia mea
(indignatio mea) contra antichristi mala (ip
sa auxiliata est michi) inquantum est de esse
tia diuine iusticie procedet ista vindicta. Lo-
quitur hic propheta de futuro per modum
preteriti. vt frequenter fit in prophetis pro-
pter certitudinem prophetie (et conculcaui
populos) antichristo adherentes (et inebria
ui eos) auferendo eis sensum et potentiam
euadendi (et detraxi virtutem eoꝝ in ter
ram (annichilando ipsum antichristum) Mi
serationum domini recordabor (Hic in fine
huius lectionis ponitur finalis conuersio iu
deorum ad christum. Ubi primo pro gratia
impetranda recolantur beneficia antiqua
deinde ponitur in prosecutione capituli: sed
non in hac lectione eorum deuota petitio.
Et est de se patens littera vsq3 in fine.

¶ Eodem die. Lectio ysaie ꝓphete. liii. ca.

In diebꝰ illis. Dixit ysaias
Domine quis credidit au-
ditui nostro: ⁊ brachium domini
cui reuelatum est. Et ascendit si-
cut virgultū corā eo et sicut ra-
dix de terra sitienti. Non est spe-
cies neq3 decor. Et vidimꝰ eū ⁊ nō
erat aspectus. Et desiderauimꝰ
eū despectū ⁊ nouissimū viroꝝ.
virū doloꝝ ⁊ scientē infirmitatē.
Et quasi abscōditus vultus eiꝰ
⁊ despectus. vn̄ nec reputauimꝰ
eū. Uere languores nr̄os ip̄e tu-
lit: ⁊ dolores nr̄os ip̄e portauit.
Et nos putauimꝰ eū quasi lepro
sū ⁊ ꝑcussū a deo: ⁊ humiliatū. Ipse
autē vulneratus est ꝓpter iniquita-
tes nr̄as: attritꝰ est propter scele-
ra nr̄a. Disciplina pacis nr̄e sup

eũ: et liuore eius sanati sumus. Omnẽs nos quasi oues errauimꝰ vnusqsqꝫ viã suã declinauit. Et dñs posuit ĩ eo ĩiquitatẽ oĩm nostrũ. Oblatus est qꝛ ipse voluit: ⁊ nõ apuit os suũ. Sicut ouis ad occisionẽ ducet: ⁊ quasi agnus corã tõdente se obmutescet/ ⁊ non apiet os suũ. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est. Gñationẽ eiꝰ quis enarrabit: Qꝛ abscitus est de terra viuẽtiũ: ꝓpt scelus populi mei percussi eũ. Et dabit impios pro sepultura: ⁊ diuitẽ ꝓ morte sua eo ꝙ iniquitatẽ non fuerit neqꝫ dolꝰ fuerit in ore eius/ ⁊ dñs voluit conterere eũ ĩ infirmitate. Si posuerit pro pctõ animã suã videbit semẽ lõgeuũ. ⁊ volũtas dñi ĩ manu eiꝰ diriget. Pro eo ꝙ laborauit aĩa eiꝰ: videbit ⁊ saturabit. In scientia sua iustificauit ipse iustus seruos meos multos ⁊ ĩiquitates eorꝫ ipse portauit. Ideo dispertiã ei plurimos ⁊ fortiũ diuidit spolia ꝓ eo ꝙ tradidit ĩ mortẽ aĩaꝫ suã ⁊ cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multorꝫ tulit ⁊ pro trãsgressionibꝫ rogauit vt non perirent.

Postilla.

¶ In diebus illis. Dixit ysayas. Dñe quis credidit ⁊c.) Hec electio ponitur in principio capituli. et tangitur in ea vnum remediũ pro iudeis ꝑcipiendi fructũ redemptionis xp̄i. cuius passione sufficit ad delendum oĩe pctm̃ quãtũ ex se dicẽs (Dñe quis credidit auditui nostro) i. passionis xp̄i mysteria qđ ego et alii prophete audiuimus a spũ sancto. Preuidit eñ Isayas propheta iudeos pro maiori pte nõ creditur. sm̃ quod dr. io.xii. Cũ aũt tanta signa fecisset corã eis nõ credebãt in eum. vt sermo ysaye impleretur quẽ dixit (dñe quis credidit auditui meo ⁊c.) Et sequitur (propterea non poterant credẽ) qꝛ iterꝫ dixit ysayas (Excecauit oculos eorꝫ et indurauit cor eorum ⁊c) Et sequitur) Hec dixit ysayas (qñ vidit gloriam eius et locutus est de eo (Et brachiuꝫ dñi). i. filius. Cui reuelatum est quasi dicat. paucis valde et incomplete (Et ascẽdit) Hic xp̄i ꝓsequitur dicẽdo ruꝫ ordinẽ. Et primo qñtũ ad modũ nascẽtis eũ dicitur. (Et ascendit sicut virgultũ coram eo). i. corã deo patre (et sicut radix) sursũ fructificans (de terra sitienti). i. de virgine non humectata vel fecundata humano semine. (Non est) Hic ꝯsequenter ponit ordinẽ suũ quantũ ad tolerantiã patiẽtis. Et primo describitur eius passio ignominiosa. Scđo nobis fructuosa: ibi. Ipse autem. Tercio sibi finaliter gloriosa. ibi. De angustiis. Circa primum dicit (Non est ei species neqꝫ decor) Quãuis eñ secundũ veritatẽ xp̄s in humanitate assumpta fuerit speciosus pre filiis hominũ. ꝑ. xliiii. tñ ista speciositas fuit deturpata alapis in facie eius inflamaturã et liuorẽ causantibus. ⁊ sputis eã fedantibus (Et vidimus eum ⁊ non erat aspectus) qꝛ pre horrore auertebant homines faciem (et desyderauimus eũ) Hic loquitur in persona sui propheta ⁊ aliorũ sanctorum aduentũ christi desyderantium scđm quod dicitur mat. xiii. Multi prophete ⁊ iusti desyderauerunt videre que vos videtis ⁊ non viderũt ⁊c. (et nouissimũ virorꝫ). i. valde abiectum et (Virum dolorũ multi et magni doloris expertum passiue: sicut vir sanguinũ dr̃ qui est effusor multi sanguinis actiue (Et scientẽ infirmitatẽ). i. carnis per experientiam absqꝫ tñ pctõ. et quasi absconditus vultus eius ꝓ verecundia) Vñ nec reputauimus eum) non tñ. i. saluatorem sꝫ nec etiã alicuius valoris hoiem. (Et loquitur hic propheta in ꝑsõa iudeorũ tp̄e xp̄i existentium ⁊ ꝯnumerat se eis inquantũ erat de populo iuda: sicut daniel ꝯnumerat se peccatoribus enormibus qui fuerũt in regno iude ix. c. quamuis pticeps non fuisset (Vere languores nr̃os ipse tulit). i. infirmitates carnis vt famẽ sitim ⁊ silia q̃ vere fuerunt in eo sicut et humanitas vera. (Et nos reputauimus eum quasi leprosum). i. vilẽ et abominabilem ad moduꝫ leprosi (et percussum a deo

et humiliatū) propter pctā sua propria. Im-
posuerunt enim ei iudei q̄ haberet demoniū
et q̄ subuertebat populum ⁊ multa alia cri-
mina vt pz ex discursu euangeliorum (Ipse
autem) Hic ꝯsequenter ostenditur passio christi no-
bis fructuosa: qz passus fuit pro peccatis no-
stris expiandis. et hoc est quod dicit (Ipse au-
tem vulneratus est propter iniquitates no-
stras) et est patens littera. (Omnes nos qua-
si oues errauimus) quia nullus quantumcū
q̄ iustus potest euitare omnino peccatuz sal-
tem veniale (Et posuit dominus in eo iniqui-
tatem oīm nostrum) .i. penam pro iniquitati-
bus oīm expiandis. Et quia christus hanc pe-
nam ex maxima caritate. sustinuit. ideo sub-
ditur (Oblatus est) .s. ad passionem (qz ipse
voluit) propter obedientiam dei patris et li-
berationem humani generis (et non aperuit
os suum) verbis recalcitrando. ⁊ iniurias pro
iniuriis reddendo. sed magis coram false ac-
cusantibus ⁊ iniuste iudicantibus tacendo si-
cut patet ex euangeliis. Cetera vero patent
vsq̄ ad hunc locum (De angustia) Hic conse-
quenter ostenditur eius passio finaliter glo-
riosa. quia per eam transiuit ad resurrectionis
gloriam Lu. vlti. Oportuit pati xp̄m et resur-
gere a mortuis et ita intrare in gloriam suā.
et hoc est quod dicitur de angustia .s. mortis
(de iudicio) quo omnes descendentes ex diui-
na sententia detinebantur in lymbo (subla-
tus est) per potentiam sue resurrectionis. Ge-
nerationem eius quis enarrabit. Quod secū-
dum hieronimum super mat. intelligitur de
generatione diuinitatis que inenarrabilis ⁊ in-
comprehensibilis est: non tantum ab homini-
bus sed etiam ab angelis. Ambrosius. Im-
possibile est scire generationis secretum: mēs
deficit / vox silet / non mea tm̄. sed etiam an-
gelorum videtur tm̄ michi saluo meliori iudi-
cio q̄ melius exponatur de generatione tēpa-
li per multiplicationem fidelium: ideo subdi-
tur. (Qz abscisus est de terra viuentiuz) per
mortem corporalem ad quam secuta est mul-
tiplicatio fidelium. sm̄ quod dr̄ ioh. xii. Nisi
granum frumenti cadens in terram mortu-
um fuerit ipm̄ solum manet. Si autem mor-
tuum fuerit multum fructum affert. Ad ge-
nerationem vero eternam filii non videtur
habere aliquam ꝯm̄ illud quod dicitur qz
abscisus ⁊c. (Propter scelus populi mei) expi-
andum (percussi eum) .i. percuti permisi (⁊ da-
bit impios pro sepultura sua ⁊c) .i. iudeos im-
pios ⁊ auaros dabit in manibus romanorū
in penā mortis sue. quod tpe tyti fuit adim-

pletum (eo q̄ iniquitatem non fecerit ⁊c.) et
sic mors eius fuerat punitione digna. (Et
dn̄s) scz pater (voluit ꝯterere eum in infir-
mitate) .s. carnis. qz q̄ diuinitas patiatur est
impossibile (Si posuerit aīam suam pro pec-
cato) accipitur si pro qz / qz xp̄s posuit aīam
suam pro peccato mundi (videbit semē lon-
geuum) .i. multiplicationem fideliuz qui sūt
semē xp̄i: et hec multiplicatio secuta est ad mor-
tem eius vt predictum est (et voluntas domi-
ni) scz de salute mundi (in manu eius dirige-
tur) .i. per ipm̄ ꝯplebitur (Pro eo q̄) labora-
uit aīa eius ieiunādo / predicando / mortem
sustinendo videbit resurrectionm̄ suam. et
saturabitur. Tunc enim ⁊ non habuit glori-
eiam in morte ⁊ sic fuit satiatus ex omni par-
te in scientia sua diuina et humana. (ipse iu-
stificabit ⁊c.) quia nullus iustificabitur nisi p
ipsum. Sz quia multi reddunt se indignos
ið dicitur hic) multos. i. non omnes (et iniqui-
tatum
eorum) .i. penam pro iniquitatibus (ipse por-
tabit) ex obedientia ad patrem ⁊ caritate ad
hominem (Ideo dispertiam ei plurimos) .i.
reddam ei plures gentibus q̄ reciderunt de
iudeis (Et fortium) id est demonum. de quo-
rum fortitudine dicitur iob. xli. Non est po-
testas super terram que comparetur ei ⁊c.
(Diuidet spolia) .s. extrahendo patres de lym-
bo. quod fecit christus in sua resurrectione
(pro eo q̄ tradidit) .s. animam suam ex ma-
xima caritate (in mortem) valde acerbam et
cum hoc confusibilem. ideo subditur. (Et cū
sceleratis reputatus est) quia inter latrones
fuit crucifixus: vt per hoc particeps malefici-
orum a vulgaribus reputaretur. Ad hoc enī
impetrauerunt iudei a pylato. vt duo latro-
nes cum eo crucifigerentur. sed ex dei ordina-
tione etiam hoc factum est. vt hec scriptura
impleretur. vt dicitur marci. xv. Et ipse pec-
cata multorum tulit non quantum ad effica-
ciam omnium sed bene quantum ad suffici-
entiam (et pro transgressoribus rogauit) Lu.
xx. xiii. Pater ignosce illis ⁊c. Et ex hoc patet
expositio ra. sa. falsa: quia populus iudaicus
non erat pro gentilibus immo quotidie erat
pro destructione romani imperii. Et maxi-
me post aduentum christi et eius resurrectio-
nem semper nisus est destruere discipulos
christi. secundum quod dicit hieronimus.
Et per discipulos possumus intelligere om-
nes christianos.

¶ Feria quinta in cena domini. Lectio
epystole beati pauli apostoli. i. ad corinthios.
xi. capitulo.

Fratres: Cõuenientibus in vnum: iã nõ est dñicã cenã manducare. Unusq̃sq; enim suã cenã p̃sumit ad manducãdũ. Et alius quidẽ esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad mãducandũ & bibendũ: aut ecclesiã dei contẽnites et cõfunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? Laudo vos in hoc non laudo. Ego enim accepi a dño: qđ & tradidi vobis. Qm̃ dñs iesus in qua nocte tradibatur accepit panẽ: et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meũ: qđ pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ: postq; cenauit dicens. Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunq; bibetis in meam cõmemorationem. Quotienscũq; manducabitis panẽ hunc et calicem bibetis: mortẽ dñi annũciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; manducauerit panẽ hunc et biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet aũt seipsũ homo & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudiciũ sibi manducat et bibit: nõ diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi et inbecillis & dormiũt multi. Quod si nosmet ipsos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autem a dño corripimur vt non cũ hoc mundo damnemur.

Postilla.

¶ Fratres. Conuenientibus vobis in vnum &c.) In hac epystola arguit apostolus corinthios de hoc q̃ male se habeant circa sacramentũ eucaristie q̃tum ad cibum: q; aliqui eorũ pransi sumebant corpus xp̃i. sumentes argumentum ex hoc q̃ christus post cenam hoc sacramentum instituit & discipulis dedit. Qđ tunc fuit rationabile: q; ibi debuit inchoari veritas vbi cessauit figura. Huius autẽ sacri figura fuit imolatio agni paschalis. & iđ post illius agni esũ xp̃s rationabiliter instituit hoc sacramentũ. et plures alie causa possũt assignari: q̃ hic omittunt causa breuitatis. Postea vero rationabiliter statuit ecclesia in reuerentiam tanti sacramenti q̃ non sumatur nisi a ieiunis nõ solum ieiunio ecclesie: sz etiam nature. Qđ soluitur per oẽ illud qđ sumitur per modum cibi et potus siue per se nutriatur vt corpus mixtũ: siue etiã cum alio: sicut aqua pura. Dies aũt incipit a media nocte: et ideo qui post mediam noctẽ aliquid sũpserit dicto modo redditur inydoneus ad sumendum hoc sacramentum. Infirmi tñ ab hoc excusantur. Dicit igitur apostolus (Conuenientibus vobis in vnum) .i. ad percipiendum eucaristie sacramentũ (Iã non est dñicam cenam manducare) .i. non licet vobis. Et subditur iam causa cum dicitur postea. (Unusquisq; enim suam cenam presumet ad manducandum) ante sumptionem sacramenti. preparabant enim sibi sua cibaria et portabant ad ecclesiã comedentes antequã sumerent sacramentum. & sic diuites laute comedabãt et bibebant: pauperes aũt esuriebant. iđ dicit (Alius quidem esurit &c.) In hoc erat etiam contemptus ecclesie q̃ cõsecrata est diuinis vsibus: propter qđ non est talibus applicanda ideo dicit (Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendum &c.) .i. domos non cõsecratas in quibus dñi exercere talia conuiuia (Aut ecclesiã dei cõtẽnites) Ibi accipitur aut pro certe: quasi dicat. certum dignaliter est in hoc cõtẽptus ecclesie (& confund

ditis eos qui nõ habent).s.pauperes nõ ha
bentes q̃d comederẽt honeste corã tanta mul
titudine. Quid dicam vobis super hoc facto
(Laudo vos) Interrogatiue respondet (in
hoc non laudo)immo vitupero. Minus dicẽ
do plus significat(Ego enim ⁊c) Postq̃ apo
stolus reprehendit corinthiorũ errorẽs circa
eucharistie celebritatẽ.hic xñe ostendit hui⁹
sacramenti dignitatem dicens. (Ego enim
accepi a dño)michi reuelante (quod et tradi
di vobis:qm̃ dñs iesus ⁊c.)Circa hanc lĩam
est sciendum ꝙ sicut in vita corporali primo
est generatio.scdo geniti nutritio: sic in vita
spũali precedit baptismus qui est spũalis re
generatio.⁊ sequitur eucharistia que est spũalis
nutritio.in generatione vero naturali gene
rans nõ coniungitur genito scdm substanti
am:sz scdm virtutem. In nutritione vero ci
bus coniungitur nutrito scdm substantiã.Et simi
liter in vita spũali xp̃s in sacramento baptis
mi solũ est scdm virtutẽ:sz in sacramento eu
charistie quod est alimentũ spũale est scdm
subãm.Cõtinetur autẽ ibi xp̃s sub specie pa
nis et vini:ne fidelibus esset horribile si car
nem humanã ⁊ sanguinẽ sumerent sub hũa
na specie et propria:⁊ ne infidelibus esset de
risibile.et vt meritũ augmẽtetur hominũ cre
dentiũ ꝙ sub speciebꝰ panis ⁊ vini corpꝰ xp̃i
⁊ sanguis contineatur. Datur etiam hoc sacra
mentum sub duplici specie.s.panis et vini vt
per hoc perfecte spiritualis refectio designe
tur.Et qz memoriale passionis xp̃i in qua sã
guis xp̃i fuit separatus a corpore.propter q̃d
primo tangitur institutio huius sacramenti
quantum ad corpus siue carnẽ.scdo quantũ
ad sanguinẽ ibi. Similiter et calicẽ. Igitur
circa primũ dicit. (Qm̃ dñs noster iesus)q̃
est institutor sacramẽtorũ ⁊ nõ alius (in qua
nocte tradebatur).s.vt sic post institutionem
sacramenti iret ad passionẽ rõne predicta(ac
cepit panẽ)vt p hoc designaret voluntarie se
ire ad passionem:cuius hoc sacramentum est
memoriale(gr̃as agens)vt doceret nos in oĩ
bus deo gr̃as agere(fregit)non antequã ver
ba consecrationis proferret sz post.Vñ cum dẽ
fregit.anticipando dẽ.qz consecrauit vt nos
Nam sacerdos nõ profert verba consecratõis
in glosa propria:sz in persona xp̃i.math. ve
ro xxvi.dẽ.(Accepit panem ⁊ benedixit ⁊c)de
qua benedictione apl̃s mentionem nõ fecit:
qz matheus p illam nichil aliud intellexit q̃
prolationẽ verborũ:scz(Hoc est corpus meũ)
Sciendũ etiã ꝙ cũ subdit(fregit) non est in
telligendũ ꝙ corpus suũ fregit. qz non est in

sacramento fragibili modo .sz fregit species
panis remanentes(et dixit accipite ⁊ mandu
cate) In hoc .angitur vsus huius sacramen
ti quod a fidelibus sumitur. vt christo p aug
mentum gratie magis incorporẽtur(Hoc est
corpus meum) Ista sunt consecrationis ver
ba:et est sensus(hoc est corpus meum).i. con
tentum sub his speciebus panis est verũ cor
pus meum quod fit virtute diuina per conuer
sionem substantie panis in verũ corpus xp̃i
solis accidentibus remanentibus.quod fit di
uinitus:ne caro xp̃i sub ipsa specie quod vide
retur horrendum si a fidelibus sumeretur.
Vñ considerandum ꝙ hoc sacramentum perfi
citur in consecratione materie:non in vsu ipsi
us.alia vero sacramenta nõ perficiantur in
consecratione materie. sz in vsu. Sicut baptis
mus ⁊ confirmatio nõ perficiuntur in bñdicti
one aque et crismatis: scz in ambulatione et
vnctiõe cũ determinatis verborum formis.
(Hoc facite in meam commemorationem)quia
sacramentum hoc est memoriale dñice passio
nis(Similiter), Hic consequenter agitur de in
stitutione sacramenti eucharistie quantum
ad sanguinem.quia sicut christus conuertit
panem in corpus suum:ita ⁊ vinũ in sangui
nem. Est enĩ vtrũq3 de perfectione huius sa
cramenti.Tũ qz per vtrumq3 simul expzimi
tur perfecte passio xp̃i cuius est memoriale.
Tũ qz vtrumq3 significat perfecte refectionẽ
(Similiter et calicẽ).i. vinũ in calice contentũ
consecrauit in sanguinem suũ(postq̃ cenauit)
in quo tangitur institutionis hora(hic calix)
.i.contentum in hoc calice(nouũ testamentũ)
Vetus enim testamentum promittebat bo
na corporalia:nouum autem promittit bona
spiritualia de quo dicit hieremias phopheta
xxxi.Ecce dies venient dicit dñs et feriam do
mui israel et domui iuda fedus nouum non
scdm pactum quod pepigi cum patribus ve
stris ⁊c .(est in meo) Vetus enim testamen
tum confirmatum fuit per aspersionem sangui
nis victime brutalis.vt habetur exodi.xxiiii.
Nouum vero testamentum sanguinis chri
sti effusione. vt dicit apostolus hebre.ix . Et
per hoc ostendit excellantiam noui testamen
ti(Hoc facite ⁊c.)per hoc iniungitur ecclesie
huius sacramẽti vsus. Dz autem poni aqua
quia probabile est ꝙ dñs apposuit / in terra
emilia propter vini fortitudinẽ consuetũ est sic
bibere vinũ cum aqua (in meam commemora
tionem)Consecratio enim vini spũaliter re
present at effusionem sanguinis xp̃i. Conse
quenter apostolus exponit verba xp̃i dicens

(Quotienscunq̧ enĩ manducabitis panem hunc) dicit panẽ propter species panis remanentes (hunc) propter .i. numero corpus xp̄i significatũ et contextum (mortẽ dñi annunciabitis) xp̄m representando per hoc sacramẽtũ (donec veniat) ad iudiciũ. Per hoc datur intelligi q̄ celebratio huius sacramenti non deficiet in ecclesia vsq̧ ad finem mundi. Vñ dicit saluator math. vlti. Ecce vobiscum sum oībus diebus vsq̧ ad cõsummationẽ seculi: qz in hoc sacramento est totus christus scd̃m humanitatẽ et deitatẽ. vt pz in precedentib⁹ (Itaq̧ ꝛc. (Ostensa dignitate hui⁹ sacramẽti. hic consequenter apostolus inducit fideles ad debitam eius sumptionẽ dicens (itaq̧ quicunq̧ mãducauerit panẽ hunc) i. hoc sacramẽtũ in quo sub specie panis cõtinetur verũ corpus xp̄i: et sub specie vini verus sanguis eius (indigne) q̄ indignitas tripliciter põt contingere. Uno mõ ex ipsa celebratione: vt si quis nõ obseruet ritum a xp̄o institutũ. Alio modo ex parte celebratis vel sumentis hoc sacramentũ sumendo. s. cũ voluntate peccandi mortaliter de futuro vel impenitens de preterito (reus erit corporis ꝛ sanguinis dñi scd̃m glosa) penas mortis xp̄i exoluet. hoc est punietur ac si xp̄m occiderit qđ non est intelligendũ scd̃m equalitatẽ: sed scd̃m quandã similitudinem. Alio mõ accipitur indignitus ex parte sumentis ex defectu deuotionis. vt pote qz distracta mente et occupatione tēpalium accedit ad hoc sacramentum. Tñ habitualiter retinet debitã reuerentiã et talis indignitas non facit sumentem reũ corporis ꝛ sanguinis dñi: impedit tñ fructũ sacramenti saltem in parte. Et qz nichil nutritur nisi viuũ. Secundo de aīa: propter qđ in sumentibus hoc sacramentum requiritur vita gratie Ideo sequitur (Probet aũt ꝛc.) vbi apostolus adhibet remedium cõtra dictum periculum dicens (probet aũt seipsum hõ). s. propriam conscientiam diligenter examinando et emundando (ꝛ sic de pane illo edat ꝛc.) .i. tunc fructuose põt hoc sacramẽtum sumere. Et est notandum qz hic fit mentio de duplice specie q̄ i primitiua ecclesia sic dabatur fidelibus. Sz ꝓpter periculum effusionis sanguinis modo datur tñ sub specie nõ tñ pro se sed etiam pro aliis (Qui enĩ mãducat et bibit indigne) modo supra dicta (iudiciũ sibi manducat et bibit) .i. ad suam condemnationem sumit (non diiudicans corpus dñi) .i. nõ discernens ab aliis cibis sz sumẽs eodẽ modo sicut alios cibos (Ideo inter vos) hic consequenter manifestat quoddã dãnũ .s. q̄ sumens indigne iudicium sibi mãducat et bibit (ideo) .i. propter indignam eucaristie sumptionem (inter vos multi infirmi) .i. puniti diuinitus infirmitate corporali (et imbecillis) longa valitudine laborantes (ꝛ dormiunt multi) .s. somno mortis corporalis a deo subito interfecti. Et hoc fuit necesse in primitiua ecclesia sicut patet de anania de saphira vxore sua. et de istis cum multis aliis. quos statim deus puniuit post pctm̃ eoꝝ ad terrorem alioꝝ: quemadmodũ et iam fecerat ipse deus in principio legis scripte ꝛ in adoratione vituli: vbi tot milia perierant (Qđ si nos metipsos diiudicarem⁹) cõsciencias nostras examinando et purgando añ sumptionem sacramenti (non itaq̧ iudicaremur) .i. puniremur a domino per modum talẽ (Dum iudicamur autem in domino) i. punimur dicto modo (corripimur) qz talis pena ad correctionem inducitur. et hoc dupliciter. Uno modo ad correctionem non punitorum qñ punitio est ad mortem corporalem. Alio modo ad correctionem punitorũ: et etiam non punitorũ scz quando punitio est per infirmitatem ꝛ imbecillitatem (vt non cum hoc mundo) id est. cum hominibus mundane viuentibus (damnemur) scz eternaliter.

¶ Feria. vi. in parasceue. Lectio osee ꝓphete. vi. capitulo.



Ec dicit dñs. In tribulacione sua mane cõsurgẽt ad me. Uenite et reuertamur ad dñm quia ipse cepit ꝛ sanabit nos percutiet ꝛ curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: et in die tercia suscitabit nos et viuem⁹ in cõspectu ei⁹ sciemus sequemurq̧ vt cognoscamus dñm. Quasi diluculum ꝑparat⁹ est egress⁹ ei⁹. et veniet quasi ymber nobis tēporaneus ꝛ serotinus terre. Quid faciam tibi effraym: Quid faciã tibi iuda: Misericordia vr̃a quasi nu-

bes matutina: et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolavi in prophetis et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur/ qz misericordiam volo et non sacrificium et scientiam dei plus quam holocaustum.

Postilla.

¶ Hec dicit dominus. In tribulatione sua zc.) Hic per prophetam ponitur divine misericordie declaratio. Et ostenditur primo quibus misericordia concedatur. Secundo quibus denegatur: ibi. Quid faciam tibi zc). Circa primum sciendum quod dei misericordia in adventu christi fuit declarata propter quod merito pars ista de adventu eius exponitur a catholicis et hebreis diversimode. Sed omittendo expositionem hebreorum que falsa est: solam catholicam insequamur (Dixit enim deus In tribulatione sua) i. peccatorum suorum penitentia. qz veris penitentibus redditur misericordia (mane consurgent ad me) et istud fuit tempore iohannis baptiste qui predicavit baptismum penitentie. et multi ad eius doctrinam egerunt veram penitentiam ut patet in quattuor evangelistis. Et dicitur tempus eius mane. qz pertinet ad principium temporis gratie. quod dicitur/ dies. ad ro. xiii. Nox precessit. dies autem appropinquavit (Venite et revertamur) Baptizati enim a iohanne invitabant alios ad penitentiam baptismi. qz ipse cepit. In hebreo habetur. diripuit. i. temporibus preteritis punivit nos quasi in peccatis nostris captos (sanabit nos) spiritualiter et temporaliter percutiet nos et repetitio est eiusdem sententie ad maiorem affectionem. (Vivificabit nos zc) quia post duos dies mortis sue et sepulture resurrexit christus Cuius resurrectio est principium resurrectionis nostre ad vitam immortalem. i. ad corinthios xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam per hominem mors. et per hominem resurrectio mortuorum Et sicut in adam omnes moriuntur: ita in christo omnes vivificabuntur. Et hec expositio magis consonat littere quam precedens. que est Ra. salo. et non fuit hic apposita causa brevitatis. et maxime cum ista sit verior. Et sequitur (Et vivemus in conspectu eius) vita gratie et postea glorie (sciemus) noticia fidei (sequemurque) scilicet imitando opera christi (Ut cognoscamus dominum) scilicet facie ad faciem videndo. Consequenter ponit ut modus vivendi et conversandi. cum dicitur. (Quasi diluculum preparatus est egressus eius) quia ipse est lux vera. Io. i. Et veniet quasi ymber temporaneus. Et in hoc significatur doctrina christi sub methaphora ymbres terram fecundantes. Licet autem ortus christi et eius predicatio et conversatio precesserint eius mortem et resurrectionem. tamen hic post scribuntur: qz frequenter in sacra scriptura prius facta scribuntur postea. ut patet in novo et veteri testamentis (Quid faciam tibi) Hic consequenter ostenditur quibus misericordia dei denegatur dicens. quod ypocritis et apte malis. Et ostendit hoc primo in duabus domibus. scilicet israel et iuda simul. Secundo in regno israel per se. Sed hoc non ponitur in presenti lectione neque in capitulo presenti sed sequenti. Circa primum dicit. (Misericordia vestra quasi nubes matutina zc) quasi dicat Sicut nubes matutina aliquando dissolvitur oriente sole sine pluvia. et ros matutinus sine humectatione terre ut quando est multum parvulus. Sic misericordia vestra est sine effectu et per consequens ficta Et ista ypocrisis notabiliter viguit tempore christi in iudeis. ut patet ex decursu evangelii. (Propter hoc dolavi in prophetis). i. per prophetarum correctionem volui eos reducere ad rectitudinem sicut ligna per dolationem (et occidi eos in verbis oris mei). i. occidendos predixi per prophetas qui sunt os meum verba mea proferendo (et iudicia tua). i. punitiones tibi inferende (quasi lux egredientur) i. manifeste apparebunt iuste (qz misericordiam volui) i. acceptavi (et non sacrificium et scientiam dei zc.) Sacrificia enim veteris legis non erant accepta de se sed tantum ex offerentium devotione. Sed ista tamen de se sunt acceptabilia inquantum sunt bone de genere: tamen non sunt meritoria vite eterne. nisi fiant ex caritate.

¶ Eodem die. Lectio libri exodi. xii. capitulo.

In diebus illis. Dixit dominus ad moysem et aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensium. primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cetum filiorum israel: et dicite eis. Decima die mensis huius tollet uniusquisque

quisqꝫ agnum per familias et domos suas. Sin autem minor em minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnū: assumat vicinum suū qui cōiunctus est domui eius: iuxta numerum animarū q̄ sufficere possit ad esū agni. Erit autē agnus absqꝫ macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedū: et seruabitis eū vsqꝫ ad quartam decimā diē mensis huius. Immolabitqꝫ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperum. Et sumēt de sāgine eius ac ponent super vtrūqꝫ postem: et in superliminarib⁹ domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū quid nec coctū aqua. sed assum tantū igni. Caput cū pedibus et intestinis ei⁹ vorabitis: et os eius nō confringetis: nec remanebit ex eo quicq̄ vsqꝫ mane. Si quid residuum fuerit: igni comburetis. Sic autē comedetis illum. Renes vestros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manib⁹/ et comedetis festinātes. Est enim phase id est transitus domini.

Postilla.

¶ In diebus illis. Dixit domin⁹ ad moysem etc.) Hic inter comminationem mortis primogenitorum et eius executionem interponitur preceptum de celebratione paschali. quia illa celebratio instituta est in memoriam percussionis primogenitorum egypti et saluationis filiorū israel nocte sequente diem decimam quartam mensis primi. Et in crastino exiuerunt filii israel de egypto. Ubi notandum q circa immolationem agni paschalis et alia sacrificia duo sunt attendenda. Unum est de presenti. s. status populi qui designabatur per passionem xpi que in illis prefigurabatur. quia secundum quod apostolus dicit. i. ad corinth. decimo. Omnia in figura contingebant illis. Et ideo in immolatione agni paschalis duplex est sensus. Un⁹ est status populi exeuntis de egypto. et est litteralis et primus. Alius vero est prefiguratio christi passuri: qui licet sit vltimus in prosecutione: est tamen primus in intentione: sicut finis respectu eorum que sunt ordinata ad illum. Sciēdum est etiam q prima celebratio pasche et alie sequentes non sunt vniformis conditionis omnibus. Nec etiam celebratiōes sacramētorum noue legis sunt vbiqꝫ vniformes. et maxime quantum ad ea que sunt de solennitate. Unde in primitiua ecclesia pri⁹ erant cathecumini faciendi: deinde baptizandi: non autem nunc. Similiter inueniebantur eo tempore plures baptizati in nomine xpi: quod nunc prohibitum est. Et in multis aliis sacramentis variationes facte sunt ex causis emergentibus. Primo describitur sacrificium agni paschalis. Scdo mod⁹ comedendi. Circa primū dr (Dixit quoqꝫ dñs etc.) Hoc aūt dixit et scdm aliquos antequā moyses denunciaret pharaoni plagam decimam scdm alios quod verius videtur dixit et post (Mensis iste). s. martius qui apud hebreos vocatur nisan (vobis principium mensium) Et dicit vobis. quia apud latinos ianuarius est primus. Similiter et apud grecos. similiter etiam apud hebreos ante exitum ab egypto september erat primus. quia in eo creatus fuit mundus. et vsqꝫ ad illud tempus vocabatur primus apud hebreos. et adhuc in pluribus locis ita reperitur vocari (Primus erit in mensibus anni) ac si diceretur per hoc intelligi q ante illud notabile beneficium qd deus suo populo prestitit martius non erat primus mensis anni (decima die etc.) Ex ista littera et ex sequentibus patet q non erat alia immolatio agni et hedi: sed vna que debebat fieri de agno si poterat haberi bono modo: et si non tunc poterat fieri de hedo. Agnus tū vel hedus. xiiii. die immolandus in singulis domibus precipitur hic accipi a decima die

mensis et seruari vsq; ad decimamquartam
diem. Et sic debet intelligi presens littera: cū
sequenti. Tamen cessante causa de sollicitu
dine pro exitu: cessauit effectus talis videlicet
preparatio agni vel hedi in decima die (Assu
met vicinū suum). i. iudeū. gentilis enī vici-
nus iudei non poterat ad hoc assumi: qz nul-
lus admittebatur nisi circūcisus (Iuxta nu-
merū aīar̄ ꝛc.) excipiuntur infirmi qui non
possunt comedere carnes sine periculo (Erat
aūt agnus sine macula) macula q̄ est in va-
rietate pellis non intelligitur hic. qz non im-
pediebat immolationem: sz illa q̄ erat ex de-
fectu alicuius partis corporis (Masculus) qz
femella immolari non poterat in hoc sacrifi
cio: sz requirebatur ad hoc sexus masculinus
qui est perfectus: qz ea q̄ sunt perfecta debent
deo immolari: a quo emanat oīs humana per
fectio. Tñ in aliquibus hostiis et pro petō be
ne immolabantur femelle (anniculus). i. in-
fra annū primum. Ab octaua eni die natiui
tatis vsqz ad cōpletionem anni ꝛ non post po
terat immolari (et seruabitis vsqz ad. xiiii. di
em) qz talis immolatio erat quedā dispositio
ad exitum de egypto que fuit. xv. die in ma-
ne. Et ideo expectabatur immolatio illa vsqz
ad vesperam immediate precedentem diem
exitus (immolabitqz eum vniuersa multitu-
do) Multitudo enī nō tenet hic collectiue sz
magis diuisiue. i. multitudinis q̄libet dom⁹.
nisi qñ domus erat ita parua ꝙ non sufficie-
bat pro totius agni: et tunc persone de dua-
bus domibus simul coniungebantur: vt pz
in littera (ad vesperā). i. ab hora diei septima
post ortū solis: que est post horā primā post
meridiē. Nā tunc incipit tendere ad occasū.
Et ab illa ora vsqz ad principiū noctis potest
immolari phase sm hebreos (Et sument de
sanguine eius). s. agni immaculati (ac ponēt
super vtrumqz postem). i. super duo ligna in
tra que clauditur hostiū scdm longitudinem
suam. Et in superliminaribus) superlimina
re dr̄ lignū transuersale quod est super po-
stes hostii: et vocatur limen superius domo-
rū in quibus comedent illū. In domibus eni
in quibus non habitabant homines sicut est
grangia vel stabulum non erat sanguis po-
nendus (Et edent carnes) Ex hoc dicunt he-
brei ꝙ non est eis licitum comedere ossa vel
cartilagines ꝛ neruos agni predicti (assas ig
ni) immolatio enim illa significabat disposi
tionem populi ad recedendum de egypto ve
lociter: et ideo illo modo precipitur decoqui
quo expeditius potest fieri (Et azymos panes)
eadem ratione. qz tales panes statim possūt
fieri ex cōmixtione aque et farine (cū lactucis
agrestibus) in hebreo tñ habetur cū amaritu
dinibus. Et per hoc intelligūtur herbe ama
re indifferenter Nec plus fuit preceptum de
lacticis q̄ de aliis herbis vt dicūt hebrei. Hoc
aūt fiebat ad designandum amaritudinem
quam filii israel sustinuerūt in seruitute egy
pti. (Non comedetis ex eo crudum quid) In
hebreo habetur semicoctum et hoc ad detestati
onem ydolatrie precipiebatur (Non coctum
aque) ratione predicta qz non ita expedite si
cut assando (Caput cū pedibus eius et inte-
stinis vorabitis) et sic ista littera scdm hebre
os non refertur ad comestionem: sed ad assa
tionem de qua immediate predicitur (sz assū
tm̄ igni) et sequitur (Caput cū pedibus ꝛc.)
et est sensus ꝙ caput de corpore abscisum vel
pedes non debebant per se assari. sed capud
iunctum corpori: et pedes similiter. Intesti-
na autem amouebatur vt lauarentur. et lo-
ta reponebatur assanda cum corpore (et os
eius non confringetis) Hoc non est in hebreo
sed postea eodem capitulo eius sententia po-
nitur. (nec remanebit quicq̄ ex eo vsqz ma-
ne) ad designandum ꝙ mane sine reditu ex
egypto debebant recedere (Sic autem come
detis illum) Hic describitur modus comeden
di: cum dicitur (Renes vestros accingetis ꝛc.)
Ista tria que hic exprimuntur designant ꝙ
debebant esse parati ad exeundum de egyp-
to (et comedetis festinantes) ex quo designa
tur ꝙ deberent ire expedite et non desidiose.
(Est enim phase) id est transitus. Transit⁹
non est in hebreo sed est expositio huius no-
minis phase que est addita a translatore a
transitu egypti quem fecerunt filii israel.
vel a transitu domini quem fecit per totam
egyptum. scilicet interficiendo omne primo-
genitum.

¶ In vigilia pasche. Lectio libri geñ. i. ca.

IN principio creauit
deus celum ꝛ terram
Terra autem erat in
anis ꝛ vacua et tene-
bre erant super faciē
abyssi: et spiritus dñi ferebatur
super aquas. Dixitqz deus. Fiat
lux. Et facta est lux. Et vidit de-
us lucem ꝙ esset bona: et diuisit

lucem a tenebris. Appellauitq lucem diem et tenebras noctem. Factumq est vespere et mane dies vnus. Dixit quoq deus. Fiat firmamentum in medio aquarũ et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum diuisitq aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq deus firmamentum celũ Et factum est vespere et mane dies secundus. Dixit vero deus Cõgregentur aque que sub celo sũt in locum vnum: et appareat arida Factumq est ita. Et vocauit deus aridam terram. congregationesq aquarũ appellauit maria Et vidit deus q esset bonum: et ait. Germinet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferũ faciens fructũ iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem & afferentem semen iuxta genus suum: lignũq faciens fructũ/ & habens vnũ quodq sementem secundum speciem suam. Et vidit deus q esset bonum. Factumq est vespere & mane dies tercius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento celi et diuidant diẽ ac noctem / et sint in signa et tempora & dies et annos vt luceant in firmamento celi & illuminent terrã Et factũ est ita. Fecitq deus duo magna luminaria. Luminare maius vt preesset diei: et luminare minus vt preesset nocti et stellas. Et posuit eas in firmamento celi: vt lucerent super terram et preessent diei et nocti & diuiderent lucem ac tenebras. & vidit deus q esset bonũ. Et factũ est vespere & mane dies quartus. Dixit etiã deus. Producant aque reptile aĩe viuentis et volatile super terrã sub firmamento celi. Creauit deus cete grãdia & oẽm aĩam viuentẽ atq motabilẽ: quã produxerant aque in species suas/ & oẽe volatile secũdum gen⁹ suũ Et vidit deus q esset bonũ: benedixitq eis dicens. Crescite & multiplicamini et replete aquas maris auesq multiplicentur super terrã. Et factũ est vespere et mane dies quintus Dixit quoq de⁹ Producat terra animam viuentem in genere suo: iumenta & reptilia & bestias terre secundũ species suas. Factũ q est ita. Et fecit deus bestias terre secundũ species suas/ et iumẽta et omne reptile terre in genere suo Et vidit deus quod esset bonum: et ait Faciamus hominẽ ad ymaginẽ et similitudinẽ nostrã: et presit piscibus maris et volatilibus celi et bestiis vniuerse terre / omniq

reptili q̄d mouetur in terra. Et
creauit deus hominem ad imagi
nem suam: ad ymaginē dei crea
uit illū masculū & feminam crea
uit eos Benedixitq̄ illis deus: &
ait. Crescite et multiplicamini &
replete terram: et subiicite eā Et
dominamini piscibꝫ maris & vo
latilibus celi & vniuersis animā
tibus que mouentur super terrā
Dixitq̄ de⁹. Ecce dedi vobis om
nē herbam afferentem semen su
per terram & vniuersa ligna que
habent in semetipsis sementē ge
neris sui: vt sint vobis in escā et
cūctis animantibꝫ terre omniq̄
volucri celi / & vniuersis que mo
uentur in terre / et in quibus est
aīa viuens vt habeant ad vescē
dum. Et factum est ita. Viditq̄
deus cūcta que fecerat: et erant
valde bona. Et factum est vespe
re et mane dies sext⁹. Igitur per
fecti sūt celi & terra: et omnis oꝛa
tus eoꝛum Compleuitq̄ deus die
septimo opus suū quod fecerat:
et requieuit die septimo ab vni
uerso opere quod patrarat.

Postilla

¶ In pꝛincipio creauit deus celū
et terram ⁊c.) Circa hanc lectionem ꝯsideran
dum est q̄ tota coꝛpoꝛalis creatura facta est
pꝛopter hoīem. Nam elementa sunt propter
mixta. et mixta inanimata ꝑpter mixta ani
mata. et imperfecta pꝛopter perfecta vt plan
te propter animalia: animalia vero pꝛopter
hominem quantum ad eius nutritionem et
iuuamentum. Coꝛpoꝛa etiam celestia facta
sunt quodammodo pꝛopter hominem. vt pꝫ
deutero. iiii. ca. Et ideo pꝛimo describit moy
ses coꝛpoꝛalis creature pꝛoductionem gene
raliter. Secundo hominis foꝛmationem spe
cialiter. ibi. Et ait. Faciamus hoīem. Circa
pꝛimum tria facit scriptura. quia pꝛimo expo
nit opus creationis. Secundo opus distincti
onis seu foꝛmationis. ibi. Dixitq̄ deus. Fiat
lux. Tercio opus oꝛnatus seu dispositionis.
ibi. Dixit aūt deus. Fiant luminaria. Opus
distinctionis pꝛimis tribus diebus. Opus au
tem oꝛnatus seu dispositionis aliis tribus di
ebus sequentibus. Et septimo die requieuit
deus a nouis creaturis ꝯdēdis. Unde est no
tandum q̄ scđm doctrinam sacre theologie
quattuoꝛ coequeua in pꝛincipio creata sunt
a deo ex nichilo: i quo relucet creatoꝛis sum
ma potentia. Hec aūt sunt celum empireū /
angelica natura / materia quattuoꝛ elemen
toꝛum / et tempus. ⁊ hoc vocant opus creatio
nis quod factum fuit ante omnē diem. Post
sequitur opus distinctionis in quo relucet sū
ma creationis sapientia: quod factum fuit in
tribus pꝛimis diebus Deinde sequitur opus
oꝛnatus in quo relucet creationis summa
bonitas quod factū fuit in tribus diebus se
quentibus vt sꝫ in litterā. Quibus visis ve
niamus ad litteram (In pꝛincipio creauit de
us celum et terram. Dicit enim augustinus
q̄ maioꝛ est huius scripture auctoꝛitas q̄ om
nis humani ingenii perspicacitas. Et est ibi
notandum q̄ illud quod ibi dicitur. Factum
ante oīm diem debet sic intelligi q̄ per illud
ante non accipitur duratio sed naturam fu
um sicut sonus pꝛecedit vocem. Dicit igitur
(In pꝛīcipio) scꝫ tempoꝛis vel pꝛoductionis
rerum (creauit deum). i. de nichilo pꝛoduxit
quod est pꝛopꝛium ipsius dei (celum) i. coꝛpo
ra celestia omnia in suis foꝛmis substantiali
bus distincta: licet adhuc in aliquib⁹ pꝛopꝛie
tatibus accidentalibus essent in foꝛma vt pa
tebit infra (et terram) in sua foꝛma substan
tiali distinctam et aliquibus pꝛopꝛietatibus
foꝛmam substantialem necessario ꝯmitanti
bus. quia tamen adhuc quantum ad aliqua
erat infoꝛmis. ideo sequitur (inanis) inuisibi
lis. quia erat vndiq̄ aquis coopertā (et va
cua) q̄ non erat adhuc plantis ⁊ herbis oꝛna
ta. Sequitur (et tenebꝛe ⁊c) abyssi. i. super fa
ciem elementoꝛum. Abyssus enim dicitur ab
a quod est sine. ⁊ byssus quod est genus lini
candidissimi. Unde abyssus quasi sine can
doꝛe vel splendoꝛe. q̄ coloꝛ candidus hꝫ plu
rimum de luce. Et ideo ꝯgeries elementoꝛū
pꝛedicta vocatur abyssus. quia lux non erat

adhuc producta. dicitur etiam abyssus alio modo illud qđ importat quandā ꝯfusionem ⁊ ꝯmixtionem. Totum enim qđ est infra circulum lune erat ꝯfusum. q2 licet elementa essent producta in suis formis substantialibus non tamen adhuc habebant oēs proprietates accidentales debitas usq3 ad terciam diē in qua fuerunt distincta elementa. Et ideo usq3 tunc aqua ipsa non habuit debitam densitatē sed quasi vaporaliter eleuabatur per totum spacium aeris et ignis. Cooperiebat enim terrā et sic quedā ꝯfusio ⁊ ꝯmixtio erat in elementis. et ideo hoc vocabatur abyssus (Et spūs ⁊c. aquas). i. super illā ꝯgeriem ⁊ ꝯmixtionem elementorum predictam. Et vocatur nomine aquarum. q2 sicut dictum est ipsa aqua cooperiebat terram. et aliis duobus elementis ꝯmixta erat modo predicto. Et accipitur hic spūs dei. i. voluntas que ferebatur super illā ꝯgeriem elementorum: sicut voluntas artificis super materiam quā formare ⁊ ornare intendit (Dixitq3 deus) Hic incipit opus distinctionis. Et primo ponitur distinctio diei ⁊ noctis. Secundo distinctio corporum celestium ibi. Dixit quoq3 deus. Tercio distinctio elementorum: ibi. Dixit vero deus ⁊c. Circa primum ꝯsiderandum ꝙ dies ⁊ nox distinguūtur per lucem que est quoddam positiuum. ⁊ per tenebras que importat priuationem lucis.

vitã enim ligauerit ysaac eñi iam erat trigintaquinq annoꝝ: vt dicit iosephus. Et per cõsequens per iam erat centum trigintaquinq annorum: et sic filius erat fortior patre. Et ideo super hunc locum dicit iosephus q edificato altari ꝛ omnibus paratis habraham dixit filio suo quõ magnis precibus fuerat impetratus a deo. ꝛ quõ fuerat conceptus miraculose/ et quõ natus gaudiose/ et quomodo dñs precepit eum immolari sibi adiungens quõ dñs nolebat eum mori egritudine vel peste vel in bello: sz cum precibus deuotis deo offeretur. Et sic deus acciperit secũ aiam eius perpetuo. Et ex hac obedientia deus regeret senectutem abrahe loco filii. Quibus auditis ysaac voluntarie accessit vt immolaretur ad implendum voluntatem dei et patris sui. Lz aũt dem iosephi sit verũ q̃tũ ad hoc q ysaac obediens deo ꝛ pr̃o suo voluit immolari. nõ tñ q̃tum ad hoc q abraham crederet animã filii sui cum deo manere: vt dictum est. Nauz .xvii. c. dẽ Reges orientur ex eo ꝛc. Aduertẽdum etiam q abraham ligauit filiũ: non propter hoc q timeret eum fugere vel rebellare. vt patet ex predictis: sed vt immolare eum sicut ꝛ alia animalia q̃ offerebantur in olocaustum que ligata offerebantur: et vt per hoc xp̃i ligatio significaretur ante immolationẽ ipsius in cruce (Et ecce angelus dñi ꝛc.) Hic ponitur p̃cepti reuocatio: qz factum erat ad declarationem obedientie abrahe: et iõ ipsa declarata reuocatur. ideo subditur (Non extendas ꝛc.) Lz eñi iam esset triginta annoꝝ tñ vocatur puer: qz ad huc erat sub cura patris. In sacra eñi scriptura subditi et famuli licet sint etatis prouecte. tñ vocantur pueri. (Nunc cognoui) .i. alios cognoscere feci. ꝛc. vsq ibi (videtq post tergum arietem) Dicũt hebrei q ibi fuit paratus a principio creationis mundi. s. certa die in qua formauit deus animalia. Sed hoc non ratione nec scriptura habet apparentiam. et ideo reputandum est facticium. propter qõ dicendum q fuit ibi aductus ministerio angelico (Quẽ assumẽs ꝛc) Orabat eñi abrahã in immolatione arietis q dominus acceptaret. ita acsi filius eius fuisset propter deum imolatus. Ex liberatione vero ysaac et immolatione arietis pro eo faciunt iudei festum turbatum in principio mensis septimi. s. septembris. propter qõ tũc clangunt in cornibus pecoꝝ in memoriã arietis immolati pro isaac (Appellauitq ꝛc) eo q dominus vadit abrahe et filii eius obedientiam/ et ysaac liberauit a morte. Unde vsq hodie dicitur. Hoc est prouerbium deductũ est in monte dominus videbis. Quando eñi iudei sunt in angustia constituti dicũt in mõte dominus videbis. i. sicut in monte vidit afflictionem ysaac eũ liberando: sic nos liberet (Uocauit autem. ꝛc.) Hic 2ᵒ repetitur promissio prius facta abrahe ꝛ magis explicatur et iuramento diuino confirmatur (Per memetipsum ꝛc.) Omnes enim per maiores suos iurant: vt dicitur ad hebreos. v. Non potest autem aliquid esse maius deo: ꝛ ideo per semetipsum iurauit (Multiplicabo ꝛc) hoc dicit q̃tum ad bonos religiosos. (Et velut arenos: ꝛ maxime q̃tum ad filios esau. Unde et esau dictus est edon. i. terrenus (Possidebit ꝛc.) hoc impletum fuit tp̃e iosue qui debellauit vnum et triginta rege: et ciuitates et terras eorum dimisit possidendas filiis israel. Et benedicetur ꝛc.) hoc exponunt iudei dicẽtes: q quando quis bona imprecatur alicui dicit benefaciat tibi deus sicut fecit ysaac filio abrahe. Catholici autem melius exponunt de christo qui de semine abrahe descendit secundum carnem et in christo benedicuntur omnes gentes terre. i. aliqui de omnibus gẽtibus: quia nullus consequitur salutem nisi per christi benedictionem.

¶ Eodem die. Lectio. iiii. Exodi. xiiii. ca.



IN diebus illis Factũ est in vigilia matutina: ꝛ ecce respiciens dñs super castra egyptioꝝ per columnã ignis ꝛ nubis interfecit exercitum eorũ: et subuertit rotas curruum ferebantur qz in profundũ. Dixerunt ergo egyptii. Fugiamus israelẽ: dñs eñi pugnat pro eis cõtra nos. Et ait dominus ad moysem. Extende manum tuã super mare: vt reuertantur aq̃ ad egyptios super currus et equites eorũ. Cũq extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locuz

Fugientibusque egiptiis occurrerunt aque: et inuoluit eos dominus in mediis fluctibus Reuerseque sunt aque et cooperuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filii autem israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris Liberauitque dominus die illo esrael de manu egyptiorum. Et viderunt egyptios mortuos super littus maris et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos: Timuitque populus dominum: et crediderunt domino et moyses et filii israel carmen hoc domino et dixerunt

Postilla.

¶ In diebus illis Factum est etc. In presenti lectione describitur submersio egyptiorum dum persequerentur hebreos euntes in desertum (Respiciens dominus etc.) scilicet rebellionem et indurationem cordis egyptiorum per columnam ignis et nubis. ex quo generata sunt tonitrua et fulgura (interfecit exercitum eorum). id est magnam partem exercitus et tunc egyptii voluerunt fugere et reuerti. Et patet littera vsque ibi (Fugientibusque egyptiis occurrerunt aque) Ex timore enim erant turbati et stupefacti quod non currebant ad littus sed magis contra aquas super se venientes. Sequitur (Et viderunt egyptios mortuos super littus maris) Ex hoc dixerunt aliqui doctores quod filii israel transeuntes mare non venerunt ad littus oppositum sed ad littus per quod intrauerant: ita quod mare fuit eis diuisum quousque transierunt montem asperum de quo in precedentibus capitulis / quia pro magna parte intrabat mare. Et tunc diuisio per modum se miraculi reddit ad littus tamen vltra montem. Cuius rationem assignant / quia natura maris est eiicere mortuos ad littus propinquitus. Egypti autem fuerant submersi prope littus. vnde intrauerant / quia non fuerant multum elongati a littore vt dicunt isti. Et ex hoc concludunt quod filii israel redierunt in idem littus quia dicitur hic quod viderunt egyptios mortuos super littus maris Ad hoc autem adducunt illud quod habetur numeri. xxxiii. c. quod post transitum maris rubri filii israel fuerunt in deserto ethan. et illud desertum erat ad littus quod est ex parte egypti. Josephus autem dicit expresse contrarium. scilicet quod filii israel transierunt ad terram contra appositam. Et hoc videtur magis probabile. quia non est verisimile quod deus reduceret eos ad terram aduersariorum. Quod autem dicitur de mortuis non valet / quia non habetur de textu quod essent propinquiores vni littori quam alteri. Tum quia sicut dicit iosephus dei ordinatione factum est vt eiicerentur ad littus oppositum ad consolationem filiorum israel: ita quod de cetero eos non timerent cum viderent eos. Et vt haberent arma eorum ad defendendum se contra hostes insurgentes. Ad secundum potest dici quod desertum ethan. de quo fit sermo numeri. xxxiii. non est illud de quo dicitur capitulo precedenti: quod est ex parte egypti: quia post transitum maris non leguntur filii israel appropinquasse egypto. Unde capitulo sequenti dicitur. Tulit autem moyses israel de mari rubro et ingressi sunt desertum sur. Et non dicit in desertum ethan. Et tamen si ingressi fuerant ad eripam egypti ingressi fuissent desertum ethan vt patet ex dictis. Et ideo ethan de quo fit sermo numeri. xxxiii. est aliud desertum eiusdem nominis. sicut in veteri testamento frequenter diuerse ciuitates et loca eodem nomine nominantur. (et magnam magnum) scilicet iustitie siue potestatem: quam exercuerat dominus contra eos scilicet egyptios. Cetera patent vsque ibi. (Tunc cecinit moyses etc.) in fine huius lectionis ponitur gratiarum actio que licet non ponatur in ipsa lectione ponitur tamen in responsorio sequenti in quo dicitur. Cantemus domino etc. Quod fuit canticum tunc factum per moysem et per filios israel. Unde est notandum in ipso cantico quod viri primo canticum vnum fecerunt et cantauerunt: deinde vero mulieres aliud canticum fecerunt et cantauerunt / Ut patet per totum. xv. Capitulo.

¶ Eodem die. Lectio ysaye prophete. iiii. capitulo.

HEc est heriditas seruoꝝ do
mini: ⁊ iustitia eoꝝ apud
me dicit dñs. Oẽs sitientes veni
te ad aquas: ⁊ qui nõ habetis ar
gentum ꝓperate emite ⁊ come
dite. Venite emite absq; argento
et absq; vlla cõmutatione vinũ
et lac. Quare appenditis argentũ
non in panibus: et laborẽ vestrũ
non in saturitate? Audite audien
tes me et comedite bonum. et de
lectabitur in crassitudine anima
vestra. Inclinate aurẽ vestram
⁊ venite ad me: audite et viuet
aĩa vestra. Et feriam vobiscum
pactum sempiternum: misericor
dias dauid fidelis Ecce testẽ po
pulis dedi eum: ducem ac precep
torẽ gentibus Ecce gentem quã
nesciebas vocabis: ⁊ gentes que
non cognouerunt te ad te currẽt
propter dñm deum tuum: ⁊ san
ctum israel quia glorificauit te.
Querite dñm dum inueniri po
test: inuocate eũ dũ prope est. De
relinquat impius viam suam: ⁊
vir iniquus cogitationes suas: ⁊
reuertatur ad dñm ⁊ miserebitur
eius/ et ad deũ nostrũ qm̃ mult͛
est ad ignoscendum. Non enim
cogitatiões mee cogitatiões vr̃e
neq; vie mee vie vestre dicit dñs
Quia sicut exaltantur celi et ter
ra. sic exaltate sũt vie mee a viis
vestris ⁊ cogitationes mee a co
gitationibus vestris. Et quomo
do descendit ymber et nix de celo
et illic vltra non reuertitur/ sed
inebriat terram ⁊ infundit eam/
et germinare eam facit/ et dat se
men serenti et panem comedenti
sic erit verbũ meum quod egre
dietur de ore meo. Non reuertet
ad me vacuum sed faciet quecũ
q; volui/ et prosperabitur in his
ad que misi illud Dixit dñs oĩps.

Postilla

¶ Hec est hereditas seruorũ do
mini ⁊c.) Presens lectio ꝑ suo principio poni
tur i fine ꝑdicti ca. liiii. sed ab illa littera. Oẽs
sitientes ⁊c. vsq; in fine est de ca. lv. Dicit er
go hec hereditas de qua locutus est in toto.
liiii. ca. per quã intelligim⁹ paradisũ celestẽ
est hereditas seruoꝝ dñi qꝛ pacto iudicio vni
uersali beati celestẽ hereditatẽ possidebũt in
corpore ⁊ aĩa (Oẽs sitientes ⁊c.) Hic autẽ po
nitur celestis iudicis magnifica liberalitas.
(Oẽs sitiẽtes venite ad aquas) scꝫ gratie in
ꝑsenti. ⁊ glorie in ciuitate celesti per ipsũ xp̃s
donãdas: scḋm qḋ ipe dicit. io. iiii. Qui autẽ
biberit ex aqua quã ego dabo ei: fiet in eo fõs
aque salientis in vitã eternã (⁊ qui nõ habetis
⁊c.) q. d. ista nõ cadunt sub ꝑcio tẽpali: sed dã
tur ex mera liberalitate diuina (vinũ ⁊ lac)
per ista q̃ in nutribilibꝫ sũt ꝑcipua intelligũ
tur bona gratie ⁊ glorie spũalia aĩe nutriti
ua. qꝛ ꝓpriũ est hoibꝫ ad cognitionẽ spũaliũ
per sensibilia deuenire. (Quare appenditis
argentũ ⁊c) i. ponitis studiũ ⁊ laborẽ vr̃m cir
ca bona tẽpalia transitoria ⁊ deceptoria q̃ nõ
reficiũt: sꝫ magis famẽ ⁊ sitim faciũt. qꝛ cupi
ditatẽ augẽt vñ dicit poeta. Crescit amor nũ
mi quantũ pecunia crescit. Et idẽ dicit am
bro. super lucã de ydropico. Et idẽ est de am
bitione honoruꝫ ⁊ huiusmodi. (Et delectabi
tur in crassitudine aĩa vestra) id ẽ anima ve
stra delectationẽ accipiet in pinguedine gra
tie et non corpus quod non sentit talia (incli
nate aurem vestram) ad euangelicam veri
tatem (et viuet anima vestra) scꝫ vita gratie
in hoc seculo/ ⁊ postea glorie i patria. Et vn
de ista ꝓueniãt subdit (Et feriã vobiscũ pa
ctum sempiternũ) i. legem euangelicam cui
alia nõ succedet (misericordias dauid fidelis

Hic est i hebreo. Misericordias ipi fideliter adipiscendas. Quis aūt in hac lr̃a per dauid i telligatur xp̄s pȝ osee. iii. Reuerentur filii isrł requerent d̄n̄m deū suū ⁊ dauid regē suū vbi translatio chaldaica habet. Et obedient messio filio dauid regi suo. Et hieremie. xxx. Seruient dn̄o deo suo ⁊ dauid regi suo. quē suscitabo eis. glosa hebraica. Obedient messie filio dauid. Certū est tñ ꝙ dauid diu erat ante defunctus ꝙ̄ isti prophete essent. Et ideo non intelligitur hoc de ip̄o. sed xp̄o ab eo descensuro. Scd̄m qd̄ dicitur ad ro. i. Qui factus est ei ex semine dauid scd̄m carnem. Et eodem modo hic per dauid intelligitur xp̄s. Hoc etiam pȝ per paulum apostolum qui actuum. xiii. allegat hanc scripturam de xp̄o dicam dicens. Dabo vobis sancta dauid fidelia. Ubi enim translatio nostra habet hoc. Misericordias dauid fidelis. translatio. lxx. quam allegat paulus habet sctā dauid fidelia vbi dicit glosa actuum. xiii. Ex quo etiā vlterius pȝ ꝙ sententia totius isti⁹ capituli ad litteram reducenda est ad tp̄s xp̄i. Hoc etiam sēsit ra. sa. vt pȝ ex supradictis (Ecce testem ꝛc. Hic p̄ho describitur ipsius xp̄i sublimitas. Et primo in doctrina cū dicitur (Ecce testem populis dedi eū) .i. in veritatis diuine testimonium. propter qd̄ dicitur io. xviii. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Secundo in potestatis eminentia: cum subditur. Ducem ac preceptorem gentibus) scd̄m quod dicitur mathei vltimo. Data est michi oīs potestas in celo et in terra. (Ecce gentem ꝛc) Hic mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam qd̄ frequenter fit in prophetis. Et dirigit sermonem ad xp̄m dicens. (Ecce gentem) i. populum gentilem (quem nesciebam) per approbationem propter eius ydolatriā. eo modo loquendi quo dicitur fatuis virginibus. Nescio vos. Math. xxv. (Et gentes que nō cognouerūt te) per fidem (Ad te current) per celerem conuersionem ad predicationem discipuloꝝ et apostolorum (propter dn̄m deū tuū. i. propter dn̄m deū patrem qui est deus ipsius xp̄i hoīs (et sctm̄ israel) .i. deum sctificantē israel (Qȝ glorificauit te) ꝙ̄tum ad gloriam corporis in resurrectione quam tunc habuit christus et non añ. Et ꝙ̄tum ad cessionē ad dexteram patris in humanitate quam habuit in ascensione. Et ꝙ̄tum ad operationem miraculorum per apostolos factorum i noīs xp̄i inuocatione: que videntes populi gentilis ad christum conuertebatur: vt habetur in actibus apostolorum in pluribus locis (Querite ꝛc.) Hic consequenter excitatur humana sedulitas ad querendum tempore gratie ex cō sideratione sue liberalitatis ⁊ maiestatis Et primo fit propositum. Secundo declaratur dictum: ibi. Non enim. circa primum dicitur Querite dominum deum inueniri potest) .i. anteꝙ̄ veniat seueritas iudicii. (Inuocate eum) per deuotam orōem (dum prope est) .s. ad exaudiendum paratus. Et qȝ petoris oratio non est exaudibilis. ideo subditur (Derelinquat impius viam suam) .i. opera sua mala (et vir iniquus cogitationes suas) Et hoc pȝ falsitas iosephi dicentes ꝙ cogitationes intra manentes non sunt pctā. (et reuertatur ad dominum (per veram penitentiam (⁊ miserabitur eius) dando ei gratiam (qm̄ multus est ad ignoscendum) .i. pronior ꝙ̄ ad condemnandū. (Non enim ꝛc.) Hic p̄ho declarat dictum sum. Et primo de diuina pietate dicit (Non enim cogitationes mee ꝛc) Cogitatiōes enim humane sunt ad iniurias vindicandum cogitationes diuine sunt magis ad miserandum (Qȝ sicut exaltantur celi et terra) qȝ celum sursū est terra deorsum. sic cogitationes diuine ⁊ opera sunt eleuata ad superiora scd̄m qd̄ dicitur prouer. xvi. Uniuersa ꝓpter semet ipsum operatus est dominus. Cogitationes autem humane ⁊ eorum opera tendunt deorsum gen̄. viii. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescētia sua scd̄o ꝙ̄tum ad verbi sui stabilitatem: cū dr̄ (Et quō descendit ymber ꝛc.) absq̄ effectu. iō sequitur. Sȝ inebria terream. ꝛc. Et pȝ littera vsq̄ ibi. (Sic erat verbum meum) per ꝓphetas dictum. vel aliter (verbum meum) .i. fili⁹ meus de quo dr̄ ioh. i. In principio erat verbum ꝛc. Quod egredietur de ore meo (qȝ filius in diuinis semper nascitur a patre. ista enī natiuitas mēsuratur. eternitate q̄ complectitur oē tempus (non reuertetur vacuum) Filius enim procedens a patre et veniens in mūdum non rediit vacuus in celum: sȝ patris detentos in limbo adduxit secum. ideo subditur (Sed faciet quecunq̄ volui) .i. quecunq̄ per ipsum fieri disposui. Similiter si hoc referatur ad verbum domini per prophetas dictū: non frustratur effectu a deo intento. Dicit dominus omnipotens.

¶ Eodem die. Lectio baruch prophete. capitulo. iii.

Audi israel mandata vite auribus percipe vt scias

prudentiā. Quid est israel q in terra inimicorū es? Inueterasti i terra aliena: coinquinatus es cū mortuis/ deputatus es cū his qui sūt in iferno/ dereliquisti fōtē sapientie. Nā in via dei ambulasses habitasses vtiq in pace super terrā. Disce vbi sit sapientia: vbi sit prudentia/ vbi sit intellectus vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victus vbi sit lumen oculorū et pax. Quis inuenit locū eius et quid introiuit in thesauros illius? Ubi sūt principes gentiū: et q dominātur bestiis que sunt super terrā? Qui in auib celi ludūt q argentū thesaurizant/ et aur i quo cōfidunt hoīes/ et non est finis possessionis eorū. Qui argentū fabricant et solliciti sunt: nec est inuentio operū illorū. Et tamē exterminati sunt: et ad inferos descenderūt/ et alii in locū illorū surrexerūt. Juuenes viderunt lumē et habitauerūt super terrā. Uiā aūt discipline nescierūt: neq intellexerunt semitas eius/ neq susceperunt eā filii eorū a facie eorū lōge facta est. Non est audita in chanaan: neq visa est i theman. Filii quoq agar qui exquisierūt prudentiam q de terra est negociatores terre et theman: et fabulatores et exquisitores prudentie et itelligentie. Uiā aūt sapie nescierunt: neq memīnerūt semitarū eius

O israel q magna est domus dei et ingens locus possessionis eius Magnus et nō habens consūmationē excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes noīati illi q ab initio fuerunt statura magna: scientes bellū. Non hos elegit dns: neq viam discipline inuenerūt: propterea perierūt. Et quoniam nō habuerunt sapientiam interierunt propter suam isipientiam Quis ascēdit in celū et accepit eā et eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare et inuenit eā et attulit eam sup aurū electum? Nō est qui sciat vias eius. neq q excogitet semitas illius. Sed qui scit vniuersa nouit illam. et adinuenit eam prudentia sua Qui perfecit terram i sēpiterno tēpore. et repleuit eam pecudibus Uocauit q eam. et obaudiuit ei in tēpore. Stelle aūt dederunt lumē in custodiis suis. et letate sunt. Uocate sūt et dixerūt assumus. Et luxerūt ei cū iocūditate. q fecit illas. Hic est deus noster et non estimabit alius ad eū. Hic adiuenit oēm viā discipline. et tradidit illam iacob puero suo et israel dilecto suo Post hec sup terrā visus est. et cū hominibus cōuersatus est. Postilla.

¶ Audi israel mandata vite et c.

Postq pmissa ē humilis deprecatio prophetie ad deum i capitulo precedenti: hic cōsequenter subditur vtilis informatio. Et primo propheta populum israel ad bonū hortatur. scdo cum multis

pliciter consolatur. et hoc ca.liiii. Quantum vero ad hanc lectionem que continet hoc totum tercium ca. in principio hortatur propheta populum ad sapientie desyderium. et fideles ad hoc inuitat: deinde infideles excludit. et tandem quibus hoc conceditur ostendit. dicit ergo (Audi israel mandata vite) i. mandata dei quorum obseruatio inducit in vitam eternam math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata (Auribus percipe vt scias prudentiam) non quidem humanam: cuius finis est felicitas politica: sed diuinam et infusam cuius finis est felicitas superna (Quid est israel quod in terra inimicorum es) detentus i captiuitate (inueterasti i terra aliena) ibi existens iam a longo tempore: quia regnum israel fuit captiuatum anno. vi ezechie. et iechonias rex iuda cum nobilibus et potentibus regni sui anno primo sedechie. et sedechias cum reliquis anno. xii. regni sui (Coinquinatus es cum mortuis) i. cum infidelibus qui dicuntur mortui. math. viii. Dimittite mortuos sepelire mortuos suos. filii enim israel inter eos captiuitati communiter inquinabantur cibis eorum. vt dicitur thobie. i. (Deputatus es cum descendentibus in infernum) i. cum ydolatris inter eos commemorando. Premisit ergo propheta quid est israel. i que est causa istorum malorum super te venientium. Et postea respondet. (Dereliquisti fontem sapientie). i. quia dereliquisti deum tuum (Nam si in via dei ambulasses) tibi ostensa per legem et prophetas habitasses vtique in pace super terram) a deo tibi concessam. Patet enim ex decursu veteris testamenti quod quamdiu in via dei ambulauerunt in terra promissionis pacifice habitauerunt. (Disce vbi sit prudentia infusa (vbi sit virtus) etiam infusa. Nam sicut virtutes politice ex actibus acquisite generantur prudentia politica vt habetur. vi. ethicorum. sic virtutes morales infuse nectuntur prudentie diuine vel infuse (vbi sit intellectus) Est autem intellectus proprie habitus principiorum: articuli vero sibi sunt principia omnium credibilium. Et ideo fides que est virtus intellectualis est huiusmodi intellectus (vt scias simul) i. per infusam fidem que est substantia rerum sperandarum argumentum. i. certitudo non apparentium. (Ubi sit longiturnitas vite. i. vita eterna (et virtus). i. finitio bona (vbi sit lumen oculorum) per aptam patrie veritatis visionem. (Et pax) pax enim dicit omnimodam appetitus quietatem per fidem enim cognoscimus certitudinaliter quod ista sunt in deo obiectiue. et in beatis spiritibus subiectiue. (Quis inuenit) Hic contra infideles ab hac sapientia excludit dicens. (Quis inuenit etc.

q. d. nullus de infidelibus quantumcumque potens et magnus. ideo subditur (vbi sunt principes gentium.) Tempore namque ipsius prophete qui loquitur et captiuitatis regni israel et iuda omnes principes terre erant ydolatre et infideles (qui dominantur super bestias que sunt super terram) per venationes exercitium (Qui in auibus celi ludunt) per aucupium (Qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines) per hec enim sperant obtinere super alias regna dominium (Et non est finis acquisitionis eorum) quia quanto plura acquierunt: tanto ad alia acquirenda ardentius anhelant (Qui argentum fabricant) vt inde faciant monetam vel ydola (et solliciti sunt). i. in obtinendo quod cupiunt (nec est inuentio operum illorum) quia frequenter preueniuntur morte antequam possunt opus inventum perficere ideo dicit (Exterminati sunt etc.) iuuenes. i. moribus et etate (viderunt lumen) hominis sensibilibus suum in illis ponentes finem (Uiam autem discipline ignorauerunt Delectationes enim sensibiles hanc notitiam impediunt (neque intellexerunt semitas eius). i. modum acquirendi eam (neque filii eorum male nutriti et insensibilibus delectabilibus occupati sicut patres eorum (Non est audita etc.) in terra enim chanaan ante filios israel habitauerunt idolatre pessimi. vt patet in libris nu. et deute. (Neque visa est in theman) nomen est terre de qua fuit eliphat themanites: qui non ponebat nisi presentem vitam: vt dicitur super libro iob. Et idem dicitur fuisse de aliis habitatoribus illius terre. Nam iste fuit de maioribus et potentioribus propterea exclusi erant a sapientia diuina que felicitatem ponit in felicitate future vite eterne (filii quoque agar). i. agareni qui modo dicuntur saraceni sibi vsurpantes nomen a sarra libera: cum tamen descenderint ab agar ancilla abrahe (qui exquisierunt prudentiam que de terra est) Sunt enim tales astuti in terrenis lucris (et fabulatores) ad decipiendum in mercibus homines (et exquisitores intelligentie) que proprie est de presentibus tantum. (Uiam autem sapientie) que magis attendit ad bona futura. Nescierunt). i. scire non curauerunt (O israel) hic consequenter ostenditur quibus conceditur sapientia diuina: cum dicit. (O israel considera quam magna est domus dei). i. celum empireum quod est locus bonorum est enim celum supremum. et per consequens maxime extensum quantomagis distat a centro mundi. (Magnus est non habet finem). i. terminationem siue finitionem a parte post. Nam est incorruptibilis (excelsus) quia est locus supremus vt dictum est. (et immensus) non simpliciter quia

nulla creatura sic est immensa: sed per cōpa-rationē ad nos qui eius quātitatē metiri nō possumus (Ibi fuerunt gigantes) hoc non re-fertur ad litteram immediate precedentem. Nā in celo empireo non fuerunt gigantes ꝙ fuerūt hoīes incōpositi moribus: sꝫ refertur ad hoc qḋ predicitur non est audita in terra chanaā in qua habitauerūt gigātes. vt habe-tur nu. xiii. Ibi vidimus monstra quedā filio-rum enoch ḋ gñe gigantes. quibus comparati quasi locuste videbamur (scientes bellū). i. artem bellandi. (Non hos elegit dñs) in po-pulū sibi peculiarem sicut elegit israel (neqꝫ viam discipline inuenerunt) nam incōpositi moribus fuerunt (propterea perierunt) filii enim israel eos interfecerunt vt habetur in libros iosue ⁊ iudicū. (Quis ascendit in celū ⁊c.) q. d. nullus hoim sꝫ ante xp̄i aduētū. Et de tp̄e illo loquitur propheta iste (Quid trāſ-fretauit mare ⁊c.) q. d. nullus per talē trāſfer-tationē potuit inuenire sapientiam diuinam (Nō est ꝙ possit scire vias eius naturali vir-tute sicut est inuenta sapientia philosophica (Sꝫ qui scit vniuersa nouit eā). s. deus. (⁊ in-uenit eā prudentia sua). i. hꝫ eā per seipm̄ et non per doctorē aliū (qui preparauit terram eterno tp̄e) nā in eternum durabit a pte post sicut et alii mundi partes principales melio-rabuntur: tñ in suis qualitatibus in mundi innouatione (et repleuit eā bipedibus ⁊ qua-drupedibus). i. auibus hoibus ⁊ aialibus. Lꝫ eīn aues habitent in aere: cibus tñ alimentū accipiunt in terra (Qui emittit lucernā et va-dit.) Nā scḋm eius ordinationē lumē solis et lune diffunduntur per aerem (Et vocauit illud ⁊c.) scḋm eīn ꝙ ipse ordinauit lumen so-lis ⁊ lune quodā mō reuocatur qñ certis tp̄i-bus eclipsantur (Stelle dederunt lumē) sꝫm dic ordinationē (⁊ letati sūt) locutio est me-tha. secūt dr̄ partum eius: qꝫ corpora celestia nō sunt animata sꝫm damas. (Vocate sunt ⁊ dixerunt ⁊c.) illud dicere. non est aliud ꝙ cur-sū suū sꝫm ordinationē dei perficere (Hic est deus noster) cui obediunt corpora celestia et terrestria (et nō estimabitur alius aduersus eū) nā oēs alii sūt dii falsi (hic adinuenit oēm viā discipline) ducentē ad vitā glie. (⁊ tradi-dit illā iacob ⁊c.) iacob aūt et israel idē hō fu-it sꝫ primo vocatus est iacob et supplantator postea israel. i. videns deū vel directus deo. gen. xxxii. per qḋ designatur: ꝙ in via perfecti-onis oportet hoiem prius luctari cum passioni-bus ipas subiiciendo per exercitientiā virtu-tis postea pficit in ꝯtēplatione veritatis. vt dicit gregorius sup ezechielē. Qui ꝯtēplati-onis arcē desiderant tenere prius necesse est vt in cāpo actionis se p exercitia pbent ⁊ phi-losophus. vii. phi. sedēdo ꝗescendo. i. sedatis passionibus fit aīa sciens et prudens et id co-bene dr̄ ꝙ sapientiā diuinam dedit deus ia-cob et israel: qꝫ passionibus supplantatis da-tur homini contēplatio veritatis (Post hec in terris visus est) qḋ potest dupliciter intelligi vno modo vt sit relatio preteriti: quia post il-luminationem iacob patriarche et dationem legis descendentibus ex suo semine. Exodi. xx. Deus apparuit illi pplō. Exodi. xxiiii. As-cenderuntqꝫ moyses et aaron nadab et abiud et septuaginta ex senioribus israel ⁊ viderūt dñm deū. Et subditur ibidem. Necnon sup eos qui procul recesserant de filiis israel mi-sit manum suam (videruntqꝫ deum ⁊c. Cum illis etiam conseruatus est quadraginta an-nis prebens eis manna et alia beneficia mul-ta: scḋm qḋ dicitur psalmo. xciiii. scḋm trāſla-tionem. lxx. interpretum. Quadraginta an-nis proximus fui generationi huic ⁊c. Alio mo-do potest intelligi hec lr̄a vt sit prophetia de futuro: qꝫ post tp̄s istius prophete. s. baruch xp̄s deus ⁊ hō cū hoibus conuersatus est. io. primo. Verbū caro factū est: ⁊ habitauit in no-bis ⁊c. Et hec est pfectior ⁊ etiā verior expositi-o: qꝫ cōuersatio prima fuit huius figura.

¶ Eodē die. Lectio ezechielis prophete. xxxvii.

In diebus illis. Facta est super me manus domini ⁊ eduxit me ī spū dñi: ⁊ dimisit me ī medio cāpi qui erat plenus ossibus ⁊ circūduxit me per ea in girum. Erant aūt ossa multa valde super faciem campi sicca vehementer. Et dixit ad me Fili hominis: putas ne viuent ossa ista? Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticina-re de ossibus istis ⁊ dices eis. Ossa arida audite verbum dñi. Hec dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromittā ī vos spm̄ ⁊

viuetis. et dabo super vos neruos
et succrescere faciam sup vos car
nem super extendam in vobis cu
tē. Et dabo ī vobis spm̄ et viuetis
et scietis q2 ego dn̄s Et propheta
ui sicut preceperat michi. Fact9
est autē sonitus pphetante me. et
ecce cōmotio Et accesserūt ossa
ad ossa. vnumqdqz ad iuncturā
suā. Et vidi et ecce sup ea neruí
et carnis ascenderunt et extensa
est in eis cutis desuper/ et spm̄ nō
habebant. Et dixit ad me. Uati
cinare ad speritum. vaticinare
fili hoīs et dices ad spiritum. Hec
dicit dn̄s deus. A quattuor vētis
veni spiritus. et insuffla super in
terfectos istos et reuiuiscant. Et
propvetaui sicut preceperat mi
chi. Et ingressus est in ea spirit9
et reuixerunt. Et steterunt super
pedes suos exercitus grandis ni
mis valde Et dixit ad me. Fili ho
minis ossa hic vniuersa domus
israel est Ipsi dicunt. Aruerūt os
sa nostra. periit spes nostra/ et ab
scisi sumus. Propterea vaticina
re. et dices ad eos Hec dicit dn̄s de
us. Ecce ego aperiam tumulos
vestros/ et educam vos de sepul
chris vestris populus meus/ et in
ducam vos in terram israel. et sci
etis quia ego dominus cum ape
ruero sepulchra vestra et eduxero
vos de tumulis vestris populus
meus et requiescere vos faciam
dicit dn̄s omnipotens.

Postilla.

¶ Facta est sup me man9 dn̄i &c
Hic describitur liberatio populi ymaginaria
et prophetica visione. Et primo describitur
liberatio ppl'i captiuati. describit deinde vnio
ppl'i dispersi. Dicit enim propheta. s. ezechiel
(Facta est super me manus domini &c.) vide
batur enim prophete ymaginatoria visione
q' per manus cuiusdam effigiei deum represẽta
tiōs portaretur in campum plenum ossibus
mortuorum (et circumduxit me per ea i giro)
ita q' non intrabat inter ossa: sed circuibat ex
tra. erat enī ezechiel sacerdos: qui non debe
bat cōtaminari ex tactu ossium alicuius mor
tui (siccaqz vehementer) quasi hoīm iam diu
mortuoꝝ (Dn̄e deus tu nosti) qui habes sciē
tiā non solū preteritorum et pn̄tium: sz etiā
futuroꝝ (ossa arida audite verbum dn̄i) qui
potest imperare vobis sicut viuentibus crea
turis (Ecce ego intromittam in vos spm̄) licz
hoc ponatur prius: tn̄ fuit vltimū q2 precessit
coniunctio ossium ad iuncturas debitas. et ex
tensio neruoꝝ et carniū et cutes desuper: vt
postea subditur (Et dabo super vos neruos.
&c.) Et vltimo ponitur (Et dabo vobis spm̄
et viuetis) Factus est aūt sonitus &c. (q2 ex cō
motione ossiū ad suas iuncturas appropin
quātiū: videbatur ymaginarie sonitus pre
dere. Cetera patent vsqz ibi. (A quattuor vē
tis). i. quattuor mundi plagis vn̄ fiant quat
tuor venti principales q2 habeant virtutē vi
uificandi: sed q2 flantib9 illis videbant yma
ginarie a deo dari eis tp̄s vite (et dixit &c.)
Hic 2ſr ponitur huius visionis intellectio. et
dicunt aliqui q' visio ista intelligenda est de
resurrectione gn̄ali tp̄e iudicii. sz saluo meli
ori iudicio nō videtur hoc michi q2 statim ex
ponendo dr̄. Ossa hec vniuersa domus isra
el est. Resurrectio aūt gn̄alis non solū erit fi
lioꝝū israel: sz oim gn̄aliter. Itē q2 subdit (ip
si dicunt. Aruerunt ossa nr̄a et periit spes no
stra.) Si aūt intelligeretur de resurrectione
gn̄ali istud dictum ita se extenderet ad prius
defunctos sicut ad viuentes et futuros. Iu
sti autē defuncti a principio mundi vsqz ad
tp̄s ezechielis et vsqz ad resurrectionem xp̄i
habitabant certam spē resurgendi in parte
electorum. Impii autē existentes in inferno
sciunt se esse resurrecturos ad augmentum
sue pene: q2 tunc punientur in anima et corpo
re. Et ideo videtur q' hec visio intelligenda
sit ad litteram de liberatione populi israel

a babilonica seruitute que est mors ciuilis et ideo talis liberatio conuenienter dicitur viui ficatio et loca in quibus detinebantur serui illi dicuntur sepulchra et tumuli. Hic igitur ex ponenda est hec lra (Ipsi dicunt). i. iudei in captiuitate detenti (Aruerunt ossa nra) i. vir tus nra defecit: que per ossa designatur in quib9 consistit robur corporis (et periit spes nra) scz redeundi in iudeã (et abscisi sumus). i. a ter ra natiuitatis nre (Propterea vaticinare ad auferendũ ab eis hanc desperationẽ (Ecce ego aperiã tumulos vestros). i. loca in quibus estis serui (et carceres) in quibus aliqui erant liga ti (et educam vos) per licentiam regis cyri qui dedit licentiam populo redeundi. scz esdre (et dedero spm meum in vobis). i. constantiam redeundi in iudeã et propositum meliorandi vitam vestram. Notandũ est prorat ad plenũ continetur in additionibus factis sup isto ca pitulo que visio predicta de ossibus mortuorũ debet intelligi de resurrectione generali. Et in predictis addicionibus soluuntur argumẽ ta que in oppositum fieri possent.

¶ Eodem die. Lectio isaye prophete. iiii. ca.

APprehendent septẽ mu lieres virũ vnũ i die illa dicentes. Panẽ nostrum comede mus: et vestimentis nostris ope riemur. Tantummodo inuoce tur nomen tuum super nos. au fer opprobrium nostrum. In die illa erit germen dñi in magnifi centia et gloria: et fructus terre su blimis et exultatio his qui salua ti fuerint de israel Et erit oĩs qui relictus fuerit in syon et residu9 in hierusalem sãctus vocabitur oĩs qui scriptus est in vita in hie rusalem. Si abluerit dñs sordes filiarũ syon et sanguinem hieru salem lauerit i medio eius: in spũ iudicii et spiritu ardoris. Et crea bit dñs deus super omnem locũ montis syon. Et vbi inuocatus est nubem per diem et fumum et splẽdorẽ ignis flamãtis i nocte Super omnem enim gloriã pro tectio: et tabernaculũ erit in vm braculum diei ab estu et in securi tatem et absconsionem a turbine et a pluuia.

Postilla.

¶ Apprehendent septẽ mulieres rc.) In tribus capitulis precedentib9 prophe ta descripsit regni iude deiectionem. et hoc per multa bella. et deinde regni xpi. i. ecclesie ere ctionẽ. et hoc idẽ facit in hac lectione. Et quia in tertio capitulo locut9 est de interfectione multo rum iudeorum in bello: et de solatione terre pro pter interfectos. io dicit (Et apprehẽdẽt septẽ mulieres virũ vnũ i die illa) qd quidẽ dictũ est vnũ correlariũ qd sequitur ex bello dicto. Ex hoc enim qd dictũ est que multi viri interficien tur in prelio: sequitur que multe remanebunt mulieres sine viris: quia mulieres non sic inter ficiuntur in preliis sicut viri. Ex hoc est qd dr Et apprehendent rc. querentes eum habere sponsũ. Et quia ad sponsũ ptinet puidere vxo ribus et filiis de necessariis qd est difficile pro tot vxoribus: et sic vnus vir renueret coniu gi tot vxoribus. Ideo hoc remouetur: cũ sub ditur (Panẽ nrm comedemus rc.) i. prouide bimus nobis et filiis nostris de victu et vesti tu (Tñ modo inuocetur rc.) i. que simus vxo res tue: et sic non simus absque viro et marito (Aufer opprobriũ nostrũ) scz sterilitatis: et ni chil plus petimus a te Hic incipit capitulum in hebreo. In die illa rc. Superius enim des cripta est punitio malorum. Hic autem ponitur cõ solatio bonorum fienda per xpm: quia sicut dictũ est supra modus isaye est cũ aliis qui tractat si mul describere misteriũ xpi qd intendit prin cipaliter Et hebrei residuum huius capituli referunt ad tps messie. vñ qd dr hic. (In die illa erit germen dñi rc) In translatione chal daica que apud hebreos dicitur targum: et est autentica apud eos dr (In tpe illo erit mes sias dñi rc.) Et ideo expositores latini hoc ex ponentes de prosperitate redeuntium de ca ptiuitate babilonica magis iudaizant quantum ad hoc que hebrei Igitur scdm hanc suam. Hec lra in duas partes diuiditur: quia primo poni tur dicta consolatio bonorum quantum ad eorum ex altationem. Scdo quantum ad diuinã protectionẽ Circa primum dr (In die illa) i. in tpe gre

quod vocatur dies propter claritatem noticie ad ro. xiiii. Nox precessit dies autem appropinquauit (germen domini). i. christus qui dicitur germen domini. quia non fuit conceptus virili semine: sed virtute spiritussancti. (In magnificentia) in miraculorum operatione in sua resurrectione et ascensione (fructus terre). scilicet virginis de qua dicitur esaye. xlv. Aperiatur terra et germinet saluatorem (et exultatio his qui fuerunt &c.) . i. apostolis et aliis fidelibus qui post resurrectionem domini gauisi fuerunt. io. xx. et in die penthecostes receperunt spiritumsanctum. actuum. ii. Omnis qui relictus fuerit in syon &c). i. in ecclesia sed hoc est intelligendum de illis qui sunt in ecclesia numero et merito. ideo sequitur (Omnis qui scriptus est in vita). i. in libro vite propter quod ra. sa. sic glosat. Omnis scriptus. scilicet seculi venturi. (Si abluerit). Hic accipitur si pro quia (sordem filiarum syon) i. ecclesie in spiritu iudicii (quia christus per viam iusticie pro nobis satisfecit (et spiritu ardoris) quia hoc fecit ex maximo feruore caritatis. (Et creauit &c) Hic consequenter ponitur consolatio bonorum quantum ad diuinam protectionem. Circa quod sciendum quod in exitu de egypto dominus protexit filios israel per columnam ignis et nubis. Exo. xiiii. Tollensque angelus domini qui precedebat castra filiorum israel abiit post eos. et cum eo pariter columna nubis. Sequitur Et erat nubes tenebrosa die et illuminans noctem ita quod ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent Fuit etiam postea columna nubis in protectione contra estum solis de die. et columna ignis contra tenebras de nocte. Et hoc fuit in figura gratie spiritussancti dande christi discipulis in signo visibili. act. ii. que protegit contra ardorem concupiscentie: et illuminat contra tenebras ignorantie. que tanto melior est illa columna ignis et nubis: quanto veritas est melior vmbra et ad litteram signum illud fuit gratie apostolis date. Habuit enim speciem ignis lucentis non comburentis. Potest etiam probabiliter dici quod apparuit ibi nebula lucida in signum diuine presentie spiritualis per gratiam. Sicut in dedicatione templi salomonis. .iii. reg. viii. et in erectione tabernaculi. Exo. xl. De quo potest exponi quod dicitur. act. secundo. Et impleuit totam domum vbi erant sedentes. Secundum hoc igitur dicitur (Et creabit dominus). i. creabit. loquendo de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie (super omnem locum &c). i. ecclesie militantis que syon dicitur Et quia ad litteram in monte syon fuit missio spiritussancti in signo visibili super apostolos in die penthecostes vt dicit hieronimus in epystola ad paulinum de omnibus sacre scripture libris. (Et vbi inuocatus est) a fidelibus. quia est locus orationis (nubem per diem &c.) gratiam spiritussancti modo predicto protegentem (Super omnem enim gloriam) columne ignis et nubis date filiis israel protectio). scilicet spiritussancti: quia excedit eam vt veritas vmbram (et tabernaculum erit) scilicet spiritussancti (in vmbraculum) contra concupiscentie estum (et in securitatem &c). scilicet superbie (et a pluuia carnalis lasciuie. vel a turbine persecutionis quam non timebant apostoli et discipuli spiritusancto roborati (et a pluuia) prosperitatis temporalis: ne per eam mollificetur homo ad vicia. Ra. sa. dicit hic: quod per turbinem et ignem et huiusmodi intelliguntur gehenne pene. inducens ad hoc illud. ps. x. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur et spiritus procellarum &c. Quantum ad hoc conuenit mecum quia gratia spiritussancti protegit ab illa pena. et maxime gratia consummata que est in ipsa gloria.

¶ Eodem die. Lectio libri exodi. xii. capitulo.

¶ In diebus illis. Dixit dominus ad moysem et aaron &c) Hec lectio posita est supra in parasceue. Require illam ibidem tam in textu quam in glosa.

¶ Eodem die. Lectio ione prophete. ca. iii. Predicta lectio posita est ad longum et in textu et in glosa supra in feria secunda dominice in passione. Require illam ibidem.

¶ Eodem die. Lectio libri deuterono. xxxi. ca.

In diebus illis. Scripsit moyses canticum. et docuit filios israel. Precepit quoque dominus iosue filio nun: et ait. Confortare et esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terram quam pollicitus sum eis: et ego ero tecum Postquam ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atque compleuit precepit leuitis qui portabant archam federis domini dicens. Tollite librum istum et ponite illum in latere arche federis

tis dñi dei nostri: vt sit ibi contra te in testimoniū. Ego em̄ scio cōtentionem tuā et ceruicem tuam durissimā. Ad huc viuente me et ingrediente vobiscū sēper contē(n)tione egistis cōtra dñm: q̄to magis cū mortuus fuero? Congregate ad me oēs maiores natu p tribus vr̄as atq̄ doctores: et loquar audientibus eis sermones istos & inuocabo contra eos celū et terrā. Noui enī q̄ post mortem meā inique agetis: & declinabitis cito de via quā precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tp̄e: qn̄ feceritis malū in cōspectu dñi / vt irritetis eū per opera manuum vestrarū. Locutus est ergo moyses audiēte vniuerso cetu filiorū israel verba carminis huius: et ad finē vsq̄ compleuit.

Postilla.

¶ In diebꝫ illis. Scripsit moyses canticū ℞c. (Patet in principio hui⁹ capituli qd̄ quidē principiū nō est in hac lectione quō postq̄ senuerat moyses et esset centū et xx. annorū exaltauit se corā oī pplō ampli⁹ duceret ipsū etiā ex mādato dñi sed acciperet iosue in locum illi⁹ moysi qui esset dux eorū. Pꝫ etiā ibidē quō dn̄s dixit moysi q̄ ipse dormiret i illa terra. i. moreretur cū patrib⁹ suis. Et qualiter populus eius fornicaretur post deos alienos derelinquendo legē sibi a deo: et per moysē datā. Et vt nullā haberent causā ignorantie: precepit deus vt scriberent: deinde docerent alios / vt memoriter tenerent et ore decantarent quicquid deus ipsis predixerat. Et sequitur (Scripsit moyses canticū) qd̄ q̄dē canticū non ponitur hic: sed ponitur in capitulo sequenti: et est illud canticū qd̄ cōmuniter ponitur in fine psalterii. Et cantatur in ecclesia quādo fit de feria in laudibus in die sabbati: et incipit. Audite celi que loquor ℞c. Et est satis prolixū (Docuit filios israel). i. vt in bilādo cātarent pronunciando oīa que continentur in predicto cantico (Precepitq̄ iosue ℞c) Pꝫ circa principiū hui⁹ capituli quō moyses ex precepto dñi vocauit iosue. Patet ibidē quō idē precepit ea que volebat circa regimen populi. Ex q̄bus potest elici q̄ illi qui se ingerunt ad aliquod regimē et nō sūt ad hoc apti scd̄m quod dicitur ad hebreos. v. Ne quisq̄ sumit sibi honorē: sed q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron. Sed humiles q̄ non veniūt ad hoc nisi inducti et vocati: illi sunt digni. Et hoc notatur in iosue modo prius dicto. (Precepit igitur moyses iosue). i. auctoritate dñi. Et ait. (Confortare et esto robustus) ad sustinendū tanti regiminis onus. hoc autē dixit moyses q2 iosue ex humilitate sua formidabat tm̄ onus accipere: maxime q2 moyses q̄ erat talis et tantus onore populi grauatus peccauerat in aquas contradictionis: vt patet nūeri. xx. (Tu enī introduces filios israel ℞c) Pꝫ i hoc capitulo et ante hanc lectionē quō deus tradiderat oīa que volebat fieri moysi per modū legis: et moyses tradidit aaron et sacerdotibus qui tenerentur eā intelligere et populum docere (in terrā quā pollicit⁹ sū) nō solū moysi: sed abrahe ysaac et iacob. (et ego ero tecū) Quid in multis apparuit et demōstratū est. Non toto tp̄e ipsius iosue filii israel non recesserūt notabiliter a lege dñi: et idec sēper obtinuerūt victoriā de suis inimicis. Sequitur (Precepit leuitis q̄ portabāt archā dñi) vocantur autē hic leuite non ratione officii: sed ratione generis: q2 erant de tribu leui sed erant officio sacerdotes. (Tollite librum istū et ponite eum in latere arche (Dicunt aliqui hebrei q̄ erat in latere tm̄ exterius super quandā tabulam in latere arche prominentem. Alii autē dicūt q̄ erat interius iuxta tabulas (vt sit ibi contra te in testimoniū (Hoc est vt non habeas causā ignorantie q̄ ego non predixeri tibi punitionē grauissimā quā sustinebis si a lege tibi p me data recesseris (Ego enī scio ℞c. nā deus a theoros qd̄ est videre dicitur eo q̄ preterita p̄ntia et futura videt (ceruicē tuā durissimā). i. malam voluntatē et malū animū et induratū ɔtra precepta tibi data. (Adhuc viuēte me ℞c.) nō dicit hoc q̄ mortuus loqueretur sꝫ q2 erat preparat⁹ mori tanq̄ q̄ condit testamentum: et ordinat vt corpus eius tradatur sepulture in tali ecclesia vel cimiterio et bona eius: sic et sic distribuantur / ac si iam esset mortuus sic loquitur moyses (Cū

tentiose egistis ꝯtra dominum) vt pz in exo. et libro numeri (Congregate ad me omnes maiores natu) nam talib⁹ debebatur honor duplex. scilicet sacerdotii et etiam duplicis patris in bonis paternis vt patz diffuse in glo. super. xxv. gen. prope finem (per tribus vestras). s. duodecim filiorum israel (Noui enim quod post mortem meam inique agetis) Hoc enim cognouit moyses per spiritum prophetie. Cetera vero contenta omnia in residuo huius lectionis per se patent.

¶ Eodem die. Lectio danielis prophete. iii. capitulo.

IN diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorū sexaginta et latitudine sex. Et statuit eam in campo duram prouincie babylonis Itaqꝫ nabuchadonosor rex misit ad congregandos satrapas magistratus et iudices ⁊ duces tyrannos et perfectos. Omnesqꝫ principes regionum vt conuenirent ad dedicationem statue quam erexerat nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt sattrape magistratus ⁊ iudices duces et tyranni: et optimatis qui erant in potestatibus constituti. Et vniuersi principes regionum: vt conuenient ad dedicationem statue quam erexerat nabuchodonosor rex. Stabunt autem in conspectu statue quā posuerat nabuchodonosor rex: et preco clamabat valenter. Vobis dicitur populis et tribubus et linguis in hora qua audieritis sonnitum tube ⁊ fistule cythare et sambuce; et psalterii et symphonie / et vniuersi generis musicorū cadētes adorate statuā auream: quam constituit nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit: eadē hora mittetur in fornacim ignis ardentis. Post hec igitur statim vt audierunt: omnes populi sonitum tube: fistule et cythare / sambuce et psalterii / et symphonie ⁊ omnis generis musicorū cadentes omnes populi. Et tribus ⁊ lingue adorauerunt statuam auream: quam cōstituit nabuchodonosor rex. Statimqꝫ in ipso tempore accedētes viri chaldei accusauerunt iudeos. Dixeruntqꝫ nabuchodonosor regi. Rex in eternum viue. Tu rex posuisti decretū vt omnis homo qui audierit sonitum tube fistule ⁊ cithare: sambuce et psalterii / et symphonie et omnis generis musicorum prosternat se ⁊ adoret statuam auream. Si quis autē non procidens adorauerit: mittatur in fornacē ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei quos constituisti super opera regionis babylonis sydrac misac et abdenago: viri isti rex contimpserunt decretum tuū Deos tuos non colunt: ⁊ statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc nabuchodonosor in furore ⁊ in ira precepit vt adducerentur sydrac misac et abdenago.

Qui confestim adducti sunt ĩ cõspectu regis. Pronũciasq; nabuchodonosor rex: ait. Vere sidrac misac & abdenago deos meos nõ colitis & statuam aureã quã constituit non adoratis? Nunc ergo sitis parati quacunq; hora audieritis sonitum buccine fistule et cythare sãbuce et psalterii et symphonie: omnisq; generis musicorũ prosternite vos et adorate statuam aureã quam feci. Quod si non adoraveritis: eadẽ hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? Respondentes sydrac misac et abdenago: dixerũt nabuchodonosor regi. Nõ oportet nos de hoc respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus potest nos eripere de camino ignis ardentis: et de manibus tuis o rex liberare. Quod si noluerit notum tibi sit rex quia deos tuos non colimus: & statuã auream quam erexisti non adoramus Tunc nabuchodonosor repletus furore & aspectus faciei illius immutatus est super sidrac misac et abdenago. Et precepit vt succenderetur fornax septuplũ q̃ succendi solebat. et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis manibus et pedibus sydrac mysac et abdenago: mitter eos ĩ fornacem ignis ardentis Et confestim viri illi vincti cũ brachiis suis et thyaris et calciamentis & vestibus missi sunt in medio fornacis ignis ardẽtis. Nam iussio regis vrgebat. Fornax autẽ succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant sydrac misac et abdenago interfecit flama ignis Viri autẽ hi tres id est sydrac misac et abdenago ceciderunt in medium camini ignis ardentis colligati. Et ambulabant in medio flame: laudantes & benedicentes deum.

Postilla.

¶ In diebus illis. Nabuchodonosor rex &c.) In secundo capitulo danielis quod immediate precedit istud ponitur prima visio demonstrata danieli vt ipsam exponeret: per quã expositionem babylonii inducti sunt ad cognoscendum dei potentiã oĩa regna conterentẽ. sicut patet per totum predictũ capitulũ. In hoc autem lectione ponitur secunda visio: per quã ipsi fuerunt inducti ad cognoscendum q̃ quocũq; metu dato etiam mortis non est alius nisi deus adorãdus per latriam. Circa hoc cõsiderandum q̃ materia huius visionis est de statua aurea et de puerorum constantia de fornace ardente / et de angelo pueros liberante. Causa finalis cũ vt xpi incarnatio panderetur: cultus dei amplificaretur et populus ei serviens consolaretur et. Describitur autem hec visio ad modum sententie iudicialis inique. Et habet tres partes. quia primo ponitur puerorum indigna cõdẽnatio secundo eorum benigna liberatio. Et tercio eorum condigna exaltatio. Sed hec pars nõ ponitur in hac lectione: neq; ad plenum in secunda: q̃uis ponatur in toto illo tercio capitulo. Circa primum considerandum q̃ nabuchodonosor per suam superbiam propter monarchie adeptionem voluit sibi vsurpare honorem divinum. & ideo fecit fieri statuam magnam auream in qua adoraretur altitudine cubitorum. lx. In hac altitudine computatur basis super quã erat posita. aliter non

responderet sibi latitudo que dicitur esse sex
cubitoꝝ tantũ. Cetera patent vsq; ibi. Itaq;
Si aũt queratur quare daniel qui erat fa-
miliaris regi: vt patere potest ex dictis in pre
cedenti ca. non prohibuit eum a tali insania
Dicendũ est ꝙ erat absens ⁊ occupatus ꝑ ne
gociis regis forsan in extremis finibus regni
vel ꝙ erat infirmitate detentus vel aliqua
ꝯsimili causa. Vel dicendum ꝙ vidit regem
obstinatum in malicia sua. ⁊ iõ tacuit: vidẽs
se nichil proficere posse in eius reprehẽsione:
sꝫ magis regẽ ad deteriora excitare ⁊ hoc vi-
detur glosa interlinearis dicere infra eodem
ca. sup illum locum precepit vt adducerẽtur
sydrac ⁊c. vbi dr̃ sic. de daniele non fit men-
cio: q2 regi assistebat qui propriã statuã non
adorabat (Itaq; ꝯhic describitur statue dedi
catio: voluit enim nabuchodonosor ꝙ primo
adoratio sue statue que vocatur hic dedica-
lefactoribus / ac si essetis malefactores (ex bo
nis operibz) q̄ facitis (vos ꝯsyderantes). i. dili
genter intuentes (glorificēt deū) ois boni au
ctorē (in die visitationis). i. in die iudicii que
erit in futuro qn̄ visitabūtur boni p̄mio ma
li supplicio (Subiecti estote oi humane crea
ture). i. oi hoi in potestate ꝯstituto (propter de
um) Ut in. i. in cognitione illi⁹ qz ois ptās sit a
deo (siue regi quasi precellenti). i. q̄ est maior
& precellēs alio in dignitate & ptāte (siue du
cibz). i. inferioribz rectoribz (tanq̄ ab eo). i. a re
ge missus ad vindictā). i. ad penā (malefacto
rū laudē vero bonor̄). i. remunerationis glīe
qz sic est volūtas dei). s. vt ita faciatis (vt be
ne faciētes). i. bene ꝯseruātes (obmutescere
faciatis). i. subtrahendo illis materiā loquē
di & detrahēdi (imprudētiū hoim ignorātiā)
qz ignorātes bonitatē vestrā detrahebant vo
bis (quasi liberi) s. ex amore non ex timore ser
uitutis (& nō quasi velamē habētes malicie li
bertatē) vt sic libertas esset vobis occasio & ex
cusatio mala in pctīs vt. s. tāto libertus pecca
tis ꝙto minus iugo seruituti premimini (sz si
cut serui dei) s. tis hūiliter seruientes. (Oēs
honorate) vnūquēqz scdm statū suum honore
reuerentie) fraternitatē diligite). i. fratribus
affectuose im corde & ope exhibite (Deum time
te. i. timore filiali non seruili (regem honorifi
cate) Ly. i. inquantū gerit personā dei (serui
su bdi) i. obedientes (estote in timore). i. in
reuerētia (dn̄is) supple vestris (nō tātū bonis)
. i. virtuosis (& modestis. sed etiā discolis) i. in
disciplinatis (Hec est ei gr̄a dei) Ly. i. res gra
ciosa corā deo (In christo iesu dn̄o nr̄o)

¶ Dominica. iiii. post pascha Jacobi. i.



Arissimi Omne datuz
optimū: & omne donū
perfectum desursū est
descendens a patre lu
minū apud quem nō

est transmutatio: nec vicissitudinis obūbzatio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliqđ creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem oīs homo velox ad audiēdum: tardus autem ad loquēdū/ & tardus ad irā. Ire eni viri: iusticiā dei non operetur. Propter quod abiicientes omnem immundiciam & abundantiam malicie & mansuetudine suscipite insitū verbū qđ potest saluare animas vestras.

Postilla

Carissimi Omne datū optimū et oē donū perfectum &c. Ante initium illius epystole scribit sctūs iacobus dicens. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Nolite ergo errare fratres mei dilectissimi. Sequitur statim pńs epystola in qua scā mater ecclesia ostendit per verba beati iacobi apostoli q medicina spūalis nullibi querēda sit nisi apud deum datorem eius a quo descendit. Et hec medicina est optima qz ad optimam & eternam sanitatem perducit/ vite eterne vbi est clara visio eterne trinitatis in qua omnia cognoscuntur. Ubi dicitur (Omne datum optimum) quod est bonum meritorium faciens hoiem vite eterne dignum (et oē donum perfectuz) .i. bonū glorie: quo habito nil remanet imperfectuz (desursum est) Gor. a deo non ab hoie (descendens a patre luminū) Uin. a quo ois hō illuminatur. ioh. .i. Erat lux vera que illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū (apud quē non est transmutatio) qz oino immutabilis est. Malach iii. Ego deus & non mutor (nec vicissitudinis obumbratio) Uin. i. obscuratio intelligentie per successiones cognitionum sicut fit in bonis: qz ipse vna & eadem sententia et cognitione omnia intelligit Gor. non enim succedunt in eo vicissim bona et mala. quia sola bona dat: mala autem culpe non dat. Glosa interli. vbi vicissitudo ibi & bona et mala: sed ipse sola bona dat (voluntarie) id est gratia sine meritis (genuit nos) filios gratie qui prius eramus filii ire (verbo veritatis) .i. euangelii xpi qui veritatis est (vt simus initium aliquod) . id est caput (creature eius) scilicet principatum habendo in omnibus creaturis eius inferioribus recuperando principatum per gratiam: quam primi parentes perdiderunt per culpā (Scit) .i. scire debetis (fratres mei dilectissimi) .s. hoc q (sit omnis hō velox ad audiendum) ea que sunt salutis (tardus autem ad loquendū) .i. cauere se debet a multiloquio qz: cap. x. Jn multiloquio non deerit peccatū (& tardus ad irā) .s. y. nam ira mētis oculum excecat. Catho. Jra impedit animum nec possit cernere verū (Jra enim viri) Gor. i. fortis deliberata: non dicit ira pueri que cito transit (iusticiam dei nō operatur) Uin. .i. impedit executionem iusticie (Propter qđ abiicientes oēz immundiciā) Uin. i. pctīn carnis (abundantiā malicie) .i. oē pctīn mortale quod efficit hoiem malum (Jn mansuetudine) .i. in oi transquillitate animi (suscipite insitum verbū) .s. y. i. verbum fidei qđ mentibz humanis dz inseri. Guil. Sicut enim ramusculus qui trunco agresti inseritur totuz truncum opari facit scdm naturam suam: & cum prius non ferret nisi fructus aggrestes solis porcis vtiles postea fert fructus hominibus delectabiles. Sic hō qui ante susceptionem verbi dei inutilis erat faciens opa cū quibus porci infernales pascuntur: post susceptionez verbi dei erit arbor ferens fructum gratum deo & hominibus & angelis (qđ potest saluare aias vestras) Guil. verbum dei optans est saluare aias in presenti & in futuro. Jn presenti a morte culpe. Unde ṗ. cxviii. Jn corde meo ab scōdi eloquia tua vt nō peccē tibi. in futuro vero a morte gehenne. io. viii. Amē amē dico vobis. si quis sermonem meum nō seruauerit mortem non videbit in eternum.

Dominica. v. post pascha. Jacobi. i.



Arissimi Estote factores verbi et non auditores tm: fallētes vosmetipsos. Quia si qs auditor est verbi & nō factor hic cōparabitur viro 𝔠sideranti vultū natiuitatis sue i speculo Cōsiderauit ei se & abiit: & statī oblitꝰ est qualis fuerit Qui autē

perspexerit in lege perfecte liber-
tatis et permanserit in ea non au
ditor obliuiosus fact⁹: sed factor
operis hic beat⁹ in facto suo erit.
Si quis autem putet se religiosū
esse non refrenans linguam suā
sed seducens cor suum: huius va
na est religio. Religio munda
⁊ immaculata apud deū ⁊ patrē
hec est: visitare pupillos et vidu-
as in tribulatione eorum ⁊ ima-
culatū se custodire ab hoc seculo.

Postilla.

Carissimi Estote factores ver
bi dei ⁊ non auditores tm̃. ec.) Ante initium
illius epistole scribit sanctus iacobus dicens
Sit ois hō velox ad audiendū: tardus autem
ad loquendū / ⁊ tardus ad irā. Tunc sequi-
tur epystola hodierna (Estote factores ver-
bi) ad proficiendum in bono. necessarium est
audire verbū dei: sicut in precedenti dñica
dictum est. Sz qz modicū valet audire ver-
bum dei nisi opere cōpleatur. iō in p̃nti epy-
stola sanct⁹ iacobus nos instruit. vt qđ nos
audiuimus p opa cōpleamus di. (Estote fa
ctores verbi dei) Win. i. scđm verbū dei opa
mini (⁊ nō auditores tm̃) Glo. non solo audi
tu percipite verbū. sz opere implete (fallētes
vosmetipsos) Glo. si per solum auditum vos
saluandos putatis (qz si quis auditor ē verbi
⁊ nō factor hic cōparatur viro cōsideranti vul
tum natiuitatis sue in speculo) Gor. quem
habet a natiuitate vel a natura: scilicet vul-
tum corporalem in quo natus est (Cōsidera
uit eñi se) i. ymaginē suā (et abiit) supple ad
negocia sua: auertēdo se a speculo (et statim
oblitus est qualis fuerit) supple dispositio vul
tus sui. Gor. pro tanto ponitur hic hec simili
tudo. qz sicut nichil prodest hoi in speculo vi
disse maculam sui vultus si illam non abster
git: sic homi nichil prodest audire verbum
predicationis nisi illud impleat opere. No-
ta verbum predicationis est sicut speculum
in quo cognoscit hō defectus suos (Qui aūt
perspexerit in lege perfecte libertatis) i. in le
ge euangelica que dicitur lex libertatis. qz re
stituit libertati a culpa in p̃nti per gratiam
iustificationis. et a miseria in futuro per glo
riam immortalitatis (et permanserit in ea)
scđm eam viuendo (non auditor obliuiosus
factus: sz factor operis). i. implendo quod do
cet euangeliū (hic beat⁹ in facto suo) i. ex ope
suo erit. (Si quis autem putat se religiosū
esse) Ly. i. verum et perfectū xp̄ianū esse (nō
refrenans linguam suam) Win. a verbis im-
pudicitie: detractionis / maledictionis blasphe
mie / ⁊ mendacii (sed seducens cor suum) in
hoc q putat se hoc esse in corde quod non est
in re (huius vana est religio (nichil habens
in se veritatis (religio) Gor. xp̄iana (mūda)
. s. in cordis intentione (⁊ immaculata) in ope
ris execucione (apud deum et patrem) s. acce
pta (hoc est visitare pupillos) corporaliter in
consolatione verborum: ⁊ erogatione nume
rum / et protectione malorum. (et viduas in
tribulatione earum). s. tam corporali q̃ spi-
rituali) ⁊ immaculatum se custodire ab hoc
seculo (inquinato) Ly. sensus est q religio
xp̄iana est exercere se in operibus misericor
die erga proximum. et in operibus mundicie
erga seipsum.

In rogationibus. Feria. ii. et iii. post do-
minicam. v. post pascha. Lectio epystole bea
ti iacobi apostoli. viii. capitulo.

Carissimi Confitemini al-
terutrū peccata vr̃a ⁊ ora
te pro inuicē vt saluemi. Multū
eñi valde deprecatio iusti assidua
Helyas homo erat similis nobis
passibilis. Et oratione orauit vt
non plueret annos tres et menses
sex. Et rursum orauit: et celū de-
dit pluuiā et terra dedit fructum
suū. Si quis autem ex vobis er-
rauerit a veritate et conuerterit
quis eum: scire debet qm̃ qui con
uerti fecerit pctōrē ab errore vie
sue saluabit aīam eius a morte. ⁊
operit multitudinem peccatorū.

Postilla.

Carissimi. Confitemini alter
pctā ec.) In principio huius capituli aposto

lus iacobus et vsqz in fidem induxit clerum
ad adherendum deo ex zsyderatione sue se-
ueritatis que maxime in iudicio apparebit.
Et hoc facit: qz in aliis capitulis precedenti-
bus induxerat clerum ad herendū deo ex zsyde
ratione sue bonitatis ꝛ misericordie. Et ideo
ne clerus nimium in bonitatate ꝛ mia dei cō
fideret ꝛ zsiciendum ceteris predicaret: hunc
tenet ordinem. Propter quod sciendum ꝙ il
lud iudiciuz sicut erit terribile malis: sic erit
consolabile iustus. Unde saluator de ipso iu
dicio loquens lu. xxi. dicit apostolis. Hic aūt
fieri incipientibus respicite ꝛ leuate capita ve
stra. i. exhilarate corda vestra vt exponit Gre.
homel. i. ideo btūs iacobus primo incutit ma
lis iudicibus terrorem: vt a pctīs reclinant.
Secundo iustus eius fauorem. vt ei insepa-
rabiliter adhereant. Sz pñs lectio ponitur
in fine capituli. et solum ztinet finem secun-
de partis. Dicit ergo. (Confitemini ꝛc.) Ex
quo pz ꝙ confessio debet fieri non solum deo
sed etiā homini. Uñ et ī lege veteri sacrificia
que offerebantur deo: pro peccatis offerebā-
tur per manum sacerdotis (Et orate pro in-
uicem.) Nam zfessor tenetur orare pro zfitē
te: ꝛ econuerso (Multum enim ꝛc.) Hic zñr
declarat quoddā dictū. s. ꝙ oratio sit magne
efficacie. qz dixerat ꝙ valet ztra tristiciam et
ad dei reuerentiā in sacramentoꝝ perceptio
ne. iō dicit.) Multum enim valet deprecatio
iusti.) Nam ztra de iusto dicitur. Eccl's. xv.
Non est speciosa laus in ore pctōris (assidua
Nam vna de zditionibus que faciunt orati
onem semper exaudibilem est ꝙ sit persene-
rans. Alie vero due ꝙ sit pia ꝛ per se. (Hely-
as hō erat similis nobis passibilis) Nam ti
more mortis fuit a facie iezabel. iiii. regū. xix.
(Et oratione orauit vt nō plueret). iii. regū.
xvii. (super terram) s. israel. Nam propter
maliciam achab fuit illa plaga inducta (Et
rursum orauit ꝛ celum dedit pluuiam. iii. re-
gum. xviii. Fratres mei ꝛc. Hic vltimo indu-
cit ad dei reuerentiam in fraterna correctio
ne qui actus dilectionis proximi. et per zñs
ordinatur ad dilectionem ꝛ reuerentiam dei
dicens (Si quis ex vobis errauerit a verita
te) fidei vel morum (ꝛ zuerterit quis euz) ab
infidelitate a fidem a viciis ad virtutes (Sal
uabit animā eius a morte). s. culpe ꝛ gehēne
(et operit multitudinem peccatorum) vt nō
videantur a deo punienda pena eterna. ꝛ sic
ab eo recipietur in gloria.

¶ Feria. iiii. in vigilia ascēsionis. Lectio epy
stole beati pauli apo. Ad ephesios. iiii.

Fratres. Unicuiqz vestrū
data est gratia secunduz
mensuram donationis christi.
Propter quod dicit. Ascendens
in altum captiuam duxit capti-
uitatem dedit dona hominibus
Quod autem ascendit quid est:
nisi quia et descendit primum in
inferiores partes terre? Qui de-
ascendit super omnes celos vt
quosdā quidem apostolos: quos
dam aūt prophetas. Alios vero
euāgelistas: alios autē pastores
et doctores ad consummationē
sanctoruz in opus ministerii: in
edificationem corporis christi.
Donec occurramus oms in vni
tatem fidei et agnitionis filii dei
in virū perfectū: i mēsurā etatis
et plenitudinis christi. Postilla.

¶ Fratres. Unicuiqz vrm data
est gratia. ꝛc. Postq̄ apostolus in precedenti
bus capitulis eduxit ephesios ad gratiarum
actionē. et effudit pro eis orationem: hic zñr
informat eos in moribz. Et ponitur hec pñs
epystola in medio capituli. Et primo declarat
quoddā dictum in principio huius ca. scz qua
liter oēs fideles sunt vnum corpus xpi misti
cum. Et hec pars diuiditur i duas partes qz
primo declarat huius corporis distinctionez
membroꝝ. scdo zuexionē eoꝝ. sz pñs epysto-
la ztinet primā partez. dicit ergo sic (Unicui
qz vestrū). s. xpi fideliū (data est gratia scdm
mensurā donationis xpi). i. prout voluit da
re ꝛ plus ꝛ minus scdm ordinem dispositio-
nis sue. Christo enim datus est spiritus non
scdm mēsuram. io. iii. Ceteris autem datur
in mensura. Propter quod dicit scriptura ps.
lxvii (Ascendens in altum). s. xps in sua ascē
sione (captiuā duxit captiuitatem). s. patres
qui prius tenebantur in lymbo q̄ dicitur hic
captiua captiuitas. sicut frequenter in sacra
mento fit talis reduplicatio. vt cum dicitur vi

ts viuet: morte morietur: ꝛ consimilia: ad ma ic ꝛē expressionē (dedit dona) spūssci (hoīb⁹) in die penthecostes visibiliter. et quotidie inuisibiliter. ꝑ. lvii. dz qd accipit dona in hoīb⁹ et est eadē sententia Accepit ei dona a deo patre hoībꝫ distribuenda: sicut expositū fuit ibi dē. Quidquid enim hꝫ filius hꝫ a deo patre: cuius dona prouenūt per filiū incarnatū me mediatorē dei et hominum. Et ꝯñr declarat modū ascēsus dicēs. (Qd aūt ascendit quid est) .i. qualiter est intelligēdū (nisi qz descendit primū) in sua morte (inferiores partes terre) .i. ad lymbum patrum in inferno qui dr esse sub terra. vel aliter. nisi qz ꝛ descendit primū in sua incarnatione in īferiores ptes terre .i. in partes huius terre ipse sunt īferiores respectu aliarū partiū mūdi (Qui descendit ipse est) .i. in gloria (q ascēdit super oēs celos) Ascendere vel discendere xp̄o non conueniūt proprie sm deitatem: q de necessitate pñs est vbiqȝ: sed sm humanam naturam. Dicitur hic ascēdisse super omnes celos: non sic intelligendo ꝙ ascenderit totaliter super celū empireū vbi nullus est locus nec creatura aliqua: sꝫ sic intelligendo ꝙ ascenderit ad digniorem partē empirei celi: qd est locus btōꝝ ꝛ supremū celū (vt adimpleret oīa) q de eo per prophetas erant scripta qui nō solū prophetauerunt de eius incarnatione: morte ꝛ resurrectione: sꝫ etiā de eius ascētione (Et ip̄e ꝛc.) Hic ꝯñr ponit dicti distinctionis conditio: sicut ei diuersis membris ecclesie data est ad mensurā grā plus ꝛ minus ita constituta sunt in diuersis gradibus et officiis. Sicut in corpore naturali distincta mēbra habēt distincta officia. Et hoc est qd dz (Et ip̄e dedit quosdā quidē aplōs) .i. xii. ad ordinandū ecclesiā ꝛ regēdū (quosdā autē prophetas) ad futura predicendū: vt pꝫ actu. xi. ꝛ xiii. (Alios aūt euangelistas) .i. quattuor ad euangeliū scribendum (alios aūt pastores (ad curā aiaꝝ (et doctores (ad informandū in moribus pplm. ꝛ hoc ex officio sibi iniuncto: siue ex cōmissione (ad ꝯsūmationē sctōꝝ) .i. perfectionē fideliū. i. moribus ꝛ fide (in edificationē corporis xp̄i (.i. militāt ē q̄ ecclesia in qua apostolis succedūt epi̅ prophetis aūt succedūt hñtes grām scripturaꝝ sacraꝝ obscura interpretandi: euangelistis archidyaconi: ꝛ diaconi pastoribus ꝑ quod intelliguntur. lxx. discipuli: sacerdotes debite actū docendi seu ꝑdicandi (Donec ꝛc) hic .i. ad iudiciū. Tunc enim terminabat tps merendi: ꝛ pro ꝯñs promotio inferioꝝ per superiores ad bonū: et sic cessabunt hec officia. ꝛ hoc est quod dicitur. Donec ꝛc. .i. ducta offi cia exercebūtur in ecclesiam militante (donec occurramus oēs in vnitatē fidei ꝛc) .i. que simus vnui in fide ꝛ cognitione xp̄i) In virum perfectū) .i. occurramus xp̄o venienti ad iudiciū q ē vir oīno ꝑfectus (in mensura etatis plenitudinis xp̄i) oēs ei resurgēt ī etate. xxxiii annoꝝ que est etas plena ꝛ perfecta ꝛ in qua christus passus fuit.

¶ In die ascentionis dn̄i. Actuum. i. cap̄.

PRimum quidem sermonē feci de oībus o theophile que cepit iesus facere et docere vsqȝ in diē qua precipiens aplīs per spm sanctū quos elegit assumptus est. Quibus ꝛ prebuit seipsum viuū post passionem suam: in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei. Et cōuescens precepit eis ab hierosolimis ne discederēt sed expectarent ꝑmissione. n pris quā audistis inquid per os meū. Qz iohānes quidē baptisauit aqua vos aūt baptisabimini spūsācto nō post multos hos dies Igitur q cōuenerāt īterrogabāt eū dicētes. Dn̄e si ī tēpore hoc restitues regnū israel: Dixit aūt eis. Non est vestrū nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutē superuenientis spiritussācti in vos Et eritis michi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria: et vsqȝ ad vltimum terre. Et cū hoc dixisset videtibus illis eleua

tus est/ et nubes suscepit eum ab
oculis eorum Cumqz intuerentur
in celum/ecce duo viri astiterūt
iuxta illos in vestib⁹ albis. Qui
et dixerunt Viri galilei quid sta-
tis aspicientes in celum. Hic ie[sus]
qui assumptus est a vobis in ce-
lum sic veniet quemadmodum
vidistis eum euntem in celū.

Postilla.

¶ Primū quidem sermonē feci.
&c.) Notandum q̄ xp̄s dn̄s noster ascendere
volens primo discipulis suis apparuit et eos
de incredulitate eorū increpauit: et cum eis co
medit et eos extra ciuitatem in montem exire
precepit: vbi cū viderunt ascendere: post qua
draginta dies a resurrectione computando:
sic manifeste habetur in epystola et etiam in
euangelio hodierne festiuitatis. vnde dicit sā
ctus lucas in epystola p̄nti q̄ habetur in prin
cipio actuum apostolorū (Primo quidē sermo
nem feci). s. in euangelio quod ego scripsi (de
omnibus) Ly. non dicit omnia. quia omnia
facta christi non possunt per singula scribi se
cundum quod dicitur iohan. vlti. (Sunt aūt
et alia multa que fecit iesus: que si scribantur
per singula. nec ipsum arbitror mundum ca
pere eos qui scribendi sunt libros: Sed notā
ter dicit (de omnibus) quia de pertinentibus
ad christi conceptionem. natiuitatem vitam
mortem/resurrectionem/ et ascensionem ali
qua scripsit). O theophile (hic erat qui dā epy
scopus asye cui scripsit euangelium. et eiusdē
scripsit hunc librum actus apostolorū. de quo
libro presens epystola sumpta est (que cepit ie
sus facere et docere) Ly. bene eñ docere et ma
le viuere michil aliud est q̄ se sua voce dam
nare (vsqz in diem). s. ascensionis sue (qua p̄
cipiens apostolis per spiritum sanctum (Ly.
q̄ predicarent euangelium per vniuersum or
bem (quos elegit) precteris ad officium apo
stolatus (assumptus est) de terra ad celū sua
humanitate (Quibus et prebuit seipsum vi
uum post passionem suam in multis argumē
tis) quia comedit cum eis et palpabilē prebuit
se eis: et sic de aliis argumentis (per dies qua
draginta apparens eis) quod sic non est intel
ligendum q̄ in illis quadraginta diebus con
tinue fuerit cum eis: sed in illo t̄p̄is spacio
frequenter eis apparuit (et loquens de regno
dei (.i. de beatitudine celesti (et conuescens). i.
comedens cum apostoli apparuit eis recum-
bentibus in die ascensionis. vt patet in euan
gelio hodierno (precepit ab eis hierosolimis
ne discederent. Ly. donec per spiritum sanctū
redderentur apti ad publicandum euange-
lium (sed expectarent promissionem patris
quam audistis per os meum) ioh. xii Paracli
tus autem spiritus quem mittet pater in no-
mine meo ille vos docebit omnia. sez necessa-
ria vobis et aliis ad salutem (quia iohannes
quidem baptizauit aqua) Ly. solum. Nam
eius baptismis gratiam non conferebat (vos
autem baptizabimini in spiritu sancto) hoc
enim intelligendum est de receptione spiritus
sancti in signo visibili (non post multos hos
dies). i. in die penthecostes (igitur qui conue-
nerant) Glo. or. i. presentes aderant (interro
gabant eum dicentes. Domine si in tempore
hoc restitues regnum israel) Sciendum secū
dum nicholaum de lyra q̄ multi de discipulis
christi de regno eius ad huc carnaliter sentie
bant. vt pote nondum recepta spiritussancti
gratia estimantes ipsum temporaliter regna
turum. propter quod filii zebedei petierant q̄
vnus ad dexteram alius ad sinistram sede-
rent. Et credebant regnum temporale. quod
ablatum erat a iudeis per romanos statim re
stituendum. ideo quesierunt. Domine si in
tempore hoc restitues regnum israel. Et quo
niam hec questio erat stulta. ideo repulit eam
vnde sequitur. Dixit autem eis. Non est
vestrum nosse tempora vel momenta que po
suit pater in sua potestate. quasi dicat non
pertinet ad vos hoc scire. vel querere) sed
accipietis virtutem superuenientis spiritussan-
cti in vos) ad constanter et efficaciter euange
lium predicandum per orbē vniuersum. (et
eritis michi testes) Glo. or. resurrectionis
mee verbo et exemplo et signis (in hierusa-
lem et in omni iudea et samaria: et vsqz ad
vltimum terre (Et cum hoc dixisset videnti
bus illis eleuatus est de terra ad celum (et nu
bes suscepit eum ab oculis eorum (Cumqz in
tuerentur in celum euntem illum) admiran-
tes ascensionem tā gloriosam (ecce duo viri)
id est duo angeli in specie virorum (astiterūt
iuxta illos in vestibus albis ad designan-
dum solemnitatem ascensionis huius secun-
dum gre. (qui et dixerunt) viri galilei natione
Est eñ galilea quedam pars iudee de qua e-
rant apostoli. saltem pro maiori parte (quid

statis aspicientes in celum quasi dicat. Non putetis q̃ ille amplius habitet vobiscũ sicut ante fecit. Videbitis tñ eum in fine mundi venientem ad iudicium. iõ sequitur (hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntẽ in celũ) .i. sicut ascendit in forma humanitatis. Glo. sic ad iudicandum veniet.

❡ Dñica infra octa. ascensionis. i. petri. iiii.

Carissimi. Estote pruden-tes: ꝛ vigilate in orationi-bus. Ante omnia autẽ mutuam in vosmetipsis caritatem conti-nuam habẽtes: quia caritas ope-rit multitudinem peccatorum. Hospitales vero inuicem: sine murmuratione. Unusquisqꝫ si-cut accepit gratiam in alterutrũ illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gra-tie dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis mi-nistrat: tanq̃ ex virtute quam ad-ministrat deus Ut in omnib⁹ ho-norificetur deus. Per iesum xp̃m dominum nostrum.

Postilla.

❡ Carissimi. Estote prudẽtes: ꝛ vigilate in orationibus ꝛc. Ante initium illi⁹ epistole scribit sctũs paulus apostolus dicens Et reddent rationẽ ei qui paratus est iudica-re viuos ꝛ mortuos. Tunc sequitur p̃ns epy-stola in qua btũs petrus hortatur nos ad vir-tutes que nos aptos faciunt ad recipiendum spm̃ sctm̃ di) Estote prudentes) Gor. s. futura preuidentes. ꝑñ deute. xxxii Utinam saperent et intelligerent: ac nouissima prouiderent (ꝛ vigilate in orationibus) Glo. ne animus ali-ud cogitet quã id qđ precatur. Nã isto sacro tp̃e deuotioni et orationi vacare debemus. ꝛ hoc exemplo marie matris xp̃i et discipulorũ Legitur enim q̃ tp̃e medio inter ascensionẽ xp̃i ꝛ missionẽ spũssancti fuerunt cum sctis mulieribus in oratione expectans spm̃ sctm̃ eis promissũ. Vñ act. i. dr̃. Hi oẽs erant vna-nimiter cũ mulieribus in oratione et maria mater iesu et fratribus suis. Exẽplo ergo illo-rũ debent esse fideles in tempore isto in pre-paratione et expectatione spũssancti intenti. Preparatus enim debito modo dabatur spi-ritussanctus ad id qđ indigebat. i. corinth. xii Unicuiqꝫ datur manifestatio spũs ad vtilita-tem (Ante oĩa a sit mutuã in vosmetip sis ca-ritatem ꝯtinuã habentes) qꝛ caritas excellen-tior est ceteris virtutibus: qꝛ cetere virtutes si-ne ea nichil valent ad meritũ (qꝛ caritas ope-rit multitudinem pctõrũ) Gor. ne appareant ad puniendum (hospitales inuicem) Gor. i. su-sceptores hospitũ (sine murmuratione (sed hi-lariter hoc facite (vnusquisqꝫ) siue sit de ma-ioribus (siue de mediocribus siue de minori-bus (sicut accepit gratiam (Gor. i. qđl: bet do-num gratuitum (in alterutrum illam admi-nistrantes) aliis comunicantes gratis et be-nigne sicut mẽbra in vno corpore sibi inuicẽ seruiunt. Oculus ei videt toti corpori. et pes portat totum corpus (sicut boni dispensato-res multiformis grẽ dei) Ut. n. i. multiformiũ donorꝝ gratuitorꝝ a deo collatorꝝ. qꝛ non de-bet esse dispensator parcus vbi paterfamilias e largus (Si quis loquitur (L y. exhortatiõis verg (quasi sermonis dei). i. totũ bonum at-tribuat deo et nõ sibiipsi (Si quis ministrat) largẽtibus bono tp̃alia (tanq̃ ex virtute quã administrat deus). i. attribuat deo qui dicunt sibi voluntatem et facultatẽ hoc faciendi (vt in omnibus verbis et factis vestris honorifi-cetur deus) i. totum faciat ad honorẽ dei (per iesum christum dominum nostrũ) qui est me-diator dei et hominum.

❡ In vigilia penthecostes dicuntur sex pro-phetie que ponuntur in vigilia pasche dein-de ad missam dicitur epystola. Actuũ aposto-lorum. xix. capitulo.

In diebus illis Factum est autem cum apollo esset co-rinthi: et paulis peragratis supe-rioribus partibus veniret ephe-sum et inueniret quosdam de di-scipulis dixit ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed ne-q̃ si spiritussanctus est audiuim⁹

Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In iohānis baptismate. Dixit autē paul⁹. Iohānes baptizauit baptismo penitētie populū dicēs in eū q̄ vēturus est post ipz vt crederēt: hoc est in iesū. His autez dictis: baptizati sunt in noīe domini iesu. Et cū imposuisset paulus illis manus: venit spiritussanctus super eos/ et loquebantur variis linguis et prophetabant. Erant autē omnes viri fere duodecim. Ingrogressus autem paulus ī synagogam cum fiducia loquebatur ꝑ tres menses disputās et suadens de regno dei.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Factū est aūt cū apollo. ꝛc. Hic aūt describit ꝑdicatio pauli apud ephesum in suo reditu. Circa quaz primo ponitur ꝑdicatio ipsius pauli. Scdo repssio presumptiōis quozūdā. Sed presens epystola solū cōtinet primā partē. Littera autē de se est patēs vsqz ibi. (Si spm̄ sanctū accepistis). s. in signo visibili: qz tunc sicut dabatur baptizatis ꝑ impositionē manuuz apostolozuz (Sed neqz si spūssāctus est. ꝛc.) hoc modo datus vel dādus audiuim⁹ licet audiuissēt q̄ deus esset trinus ꝛ vnus. Cetera patent vsqz ibi (Iohannes baptizauit baptismo penitētie populum). Erat enim baptismus ioh. quedā ꝑtestatio faciēdi penitentiā ꝛ disponēdi se ad baptismū xpi: in quo dat gratia iustificās dicēs) In eū q̄ vēturus est. ꝛc.) Hoc em̄ ꝑdicabat iohānes vt patet math. iii. et io. i. (His aūt dictis baptizati sūt in noīe dn̄i iesu) In hac em̄ forma dabat baptism⁹ in primitiua ecclesia. Cetera patēt vsqz ibi. (Introgress⁹ aūt. ꝛc.) Hic ꝯsequēter ponitur doctrina pauli ꝙtum ad publicationē euangelii: cū dicit. (cū fiducia loqbatur) postposito timore humano (disputans) cū cōtradicētib⁹ (ꝛ suadēs) audiētib⁹ voluntarie (de regno dei). i. de superna felicitate q̄ ꝯsistit in aperta dei visione. s. deitatis pariter et humanitatis Secūdario suadebat etiam de modo veniendi ad hāc beatitudinem que est ꝑ fidē caritate formatam

¶ In die penthecostes. Actuum. ii. cap.

IN dieb⁹ illis. Dū cōplerent dies penthecostes erant oēs discipuli pariter in eodem loco: ꝛ factus est repēte de celo sonus tanq̄ aduenientis spūs vehemētis/ et repleuit totam domū vbi erāt sedētes Et apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄ ignis seditqz supra singulos eorū. Et repleti sunt oēs spiritu sancto: ꝛ ceperūt loqui variis linguis, ꝓut spiritussanctus dabat eloqui illis. Erant autē in hierusalē habitātes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autē hac voce: voce cōuenit multitudo ꝛ mēte cōfusa est: qm̄ audiebat vnusq̄sqz lingua sua illos loquētes. Stupebant aūt oēs: ꝛ mirabātur dicētes. Nōne ecce oēs isti q̄ loquūtur galilei sūt? Et quō nos audiuim⁹ vnusq̄sqz linguā nostraz ī qua nati sum⁹? Parthi et medi: et elamite: ꝛ q̄ habitāt mesopothamiā iudeā ꝛ capadociā pōthū ꝛ asiā: frigiā et pāphiliā egyptū et partes lybie q̄ est circa cyrenā ꝛ aduene romani Iudei quoqz ꝓseliti: cretes et ara-

bes audiuimus eos loquentes
nostros linguis magnalia dei

Postilla.

In dieb⁹ illis. Dū cōplerent̄
dies. &c. Ad initiū illi⁹ ep̄le scribit sanctus
lucas q̄ post ascensionē xp̄i vndecim ap̄li cō
gregati statuerūt duos viros. s. ioseph q̄ co
gnominat⁹ est iustus ⁊ mathiam: ⁊ orantes
dixerunt. Tu dn̄e q̄ corda nosti oīm ostēde
quē elegeris vnū ex his duob3 accipere locū
ministerii hui⁹ ⁊ apostolat⁹ de quo p̄uaricatus est iudas vt abiret in locū suū. Et dederūt sortes eis: ⁊ cecidit sors sr̄ mathiā: ⁊ annumerat⁹ est cū vndecim ap̄lis. Et stati sequitur p̄ns ep̄la Dū cōplerentur dies penthecostes. Hodie celebra scā mater ecc̄lia solēnitatē sp̄ūssci: in q̄ xp̄s se ōn̄dit esse deum. Nā pri⁹ ōn̄derat se esse dn̄m terre: ⁊ eor̄ q̄ in terra sunt īfirmos sanando / mortuos resuscitando. Ōn̄derat se etia3 dn̄m maris et eor̄ q̄ in mari sunt: cū sup mare ambulauit et mare solitū se ei p̄buit. Et cu3 staterā in ore piscis p̄dixit inueniendū. Ōn̄derat etiā se dn̄m inferni: et eor̄ q̄ in iferno sūt: q̄n cōtriuit portas inferni ⁊ oēs alas de lymbo infernī eduxerat. Ōn̄derat etia3 se dn̄m aeris ⁊ eor̄ q̄ in aere sūt. Et etiā dn̄m celi: ⁊ eorū q̄ in celo sūt: cū in die ascēsionis ppria virtute ascendit super aera: nube lucida sibi obsequente: ⁊ assuptus est in celum. Ostēso ergo q̄ erat dn̄s oī3 hodie ostēdit se verū deū q̄n sp̄m scm̄ q̄ de⁹ est misit ap̄lis Hodie eñ rex noster dn̄s iesus xp̄s duodeci3 principes fecit: associās ei septuaginta duos milites. Principes fuerūt. xii. ap̄li septuaginta duo milites fuerunt. lxxii. discipuli xp̄i: quos hodie adeo roborauit q̄ p eos totū mūdū sibi subiugauit. Un̄ ber. li3 magna ⁊ diuina fuerūt plena miracula q̄ de⁹ gessit i terris: hoc tn̄ bonū super oīa alia bona eminuit: q̄ i paucis simplicib⁹ totū mūdū ⁊ oē3 sapientie latitudinē sibi subiūgauit. Un̄ hic dr̄ (Dū cōplerent̄ dies penthecostes) Ly. a pascha cōputando q̄quaginta dies. Quinquagesima nāq3 dies a paschale i quo iudei comedebāt agnum paschalē celebris erat in veteri testamēto ap̄d iudeos in memoriā bñficii legis date: q̄ fuit data in mōte synay quingesima die a p̄ncipio egressionis de egypto. vt hr̄ exo. xix. Et q̄uenīēter illa die infusum fuisse ap̄lis sp̄ūssci donū p quod lex euāgelica impressa fuit ⁊ firmiter radificata in cordibus eorum (erant aūt discipuli pariter in eodē loco). i. cenaculo grandi strato vbi pri⁹ xp̄s cum eis cenā fecit et non solū ap̄li: sed etiā alii fideles ⁊ mulieres pariter in eodē loco. Et ip̄is sic congregatis insimul corde et aīo (fact⁹ est repēte de celo) Un̄. i. de aere (son⁹ tanq̄ aduenīētis sp̄ūs vehemētis) Ly. i. vēti vel tonitrui. No tn̄ ap̄li ⁊ alii cū eis exn̄tes fuerunt territi deo hoc faciente signum quod dabat eis sp̄ūssctūs qui est consolator cordiū (⁊ repleuit totā domū) in solida caritate (vbi erat sedētes). i. manentes (⁊ apparuerūt illis) visibiliter oculis corporalibus (dispartite lingue). i. diuerse lingue (tanq̄ ignis). i. habentes colorē ignis. Ad designādū signo visibili exterius inuisibilem grām sp̄ūssci receptā interi⁹: p quā essent feruidi in amore dei ⁊ eloquentes oībus linguis ad publicationē euāgelii (seditq3 supra singulos eor̄). i. sup quēlibet discipulor̄ incidit vn⁹ raditur igne⁹ hn̄s figuram linguaru3 (⁊ repleti sūt oēs sp̄ū scō) Un̄. sic q̄ corda eorum penitus illustrata sunt grā sp̄ūssci: sic q̄ hodierna die discipuli receperunt sp̄m scm̄ in maiori copia q̄ prius habuerūt: q3 non solu3 receperūt ad sufficientiā: sed etiā ad redūdantiam: q3 sanctitas quā sp̄ūssctūs in apostolis operatus est redundabat in totam ecclesiā Un̄ sequitur (⁊ ceperunt loqui variis linguis put sp̄ūssctūs dabat eloq̄ illis) Glo. apostoli nō solū loq̄bantur ⁊ intalligebant oīa ideomata: sed ip̄is loquētib⁹ i vno ideomate quodcūq3 esset illud oīs audientes q̄tūcunq3 esset diuersor̄ ideomatū intelligebat q̄libet ideoma propriū diuina virtute hoc faciēte. sicut eñ p rebellionē ad deu3 diuise sunt lingue: vt p3 gen̄. xi. Ita p infusionem sp̄ūssci sunt vnite (erant aūt in hierusale3) Un̄. q̄ erat ciuitas metropol' iudea (habitantes iudei viri religiosi) Ly. in cultu diuino deuoti: ppter hoc templū visitabant ⁊ ibi sacrificia offerebant (ex oī natiōe q̄ sub celo est) q3 iudei erāt dispsi in oēs nationes ⁊ aliq̄ eor̄ magis deuoti ppter reuerētiam tēpli veniebāt aliq̄n in hiersm̄ maxime in solēnitatib⁹ magnis aquar̄ vna erat solēnitas penthecostes (facta autem hac voce) Un̄. i. postq̄ talis son⁹ in aere vehementer insonuit (cōuenit multitudo) sup. ciuitatū ⁊ p̄uinciarū circumiacētiū (⁊ mente cōfusa est) Ly. i. stupefacta seu admirata (qm̄ audiebat vnusq̄sq3 lingua sua illos loquentes) Ly. q3 nunq̄ fuit auditū vel visum tale miraculum (stupebant aūt oēs ⁊ mirabant

dicentes. Nōne ecce oēs qui loquūtur gali/lei sunt) Vin.q.d. vtiqȝ(ꝑ quo nos audiui/mus vnusqsqȝ linguā suā).i.ꝓpriā(in qua nati sumus) Vin.q.d. vtiqȝ mirabile est vel supernal'r Ex isto sumit ꝙ primitiui xp̄iani fuerunt galilei(parthi ꝛ medi) Ly.hic nomi/nant habitatores diuersaꝝ regionū in qbᵘ sunt diuersa ideomata(ꝛ elamite: ꝛ q̄ habi/tant mesopothamiā) Glo.or.est regio q̄ duo bᵘ ambit fluminibᵘ tygri ꝛ eufrate(iudeā et capadociā ponthum ꝛ asyam).s.minorem (frigiā ꝛ pāphiliā egyptū et ptes libie q̄ est circa cyrenē ꝛ aduene romani).i. pegrinan/tes romani(iudei quoqȝ).i.illi de tribu iu/da(ꝛ ꝓseliti cretes ꝛ arabes) Ly.i.ꝯuersi de gentilitate ad iudaismuz(audiuimᵘ eos).s. apostolos(loquentes nostris linguis).i.no/stris ideomatibᵘ(magnalia dei) id est mira/bilia dicta vel facta dei.

¶ Feria secunda penthecostes. Lectio actuum apostolorum.

IN diebus illis. Aperiens petrus os suū dixit. Viri fratres & patres nobis p̄cepit dn̄s p̄dicare pplō: & testificari q2 ip̄e est q̄ constitu/tᵘ est a deo: iudex viuoꝝ & mor/tuoꝝ. Huic oēs pphete testimo/niū phibēt remissionē pctōꝝ accipere p nomē eius oēs q̄ cre/dūt in eū. adhuc loquēte petro verba hec cecidit spūssāctᵘ su/per oēs q̄ audiebāt verbuz. Et obstupuerūt ex circūcisiōe fi/deles q̄ venerant cū petro: q2 i nationes gratia spūssancti effu/sa est. Audiebāt enī illos loquē/tes linguis: & magnificantes deū. Tūc respōdit petrᵘ Nūqd aquā q̄s phibere pōt vt nō ba/ptizarent hi q̄ spm̄sanctū acce/perūt sicut & nos: Et iussit eos bapizari: in nomie dn̄i nr̄i iesu xp̄i.

Postilla.

¶ In diebᵘ illis Aperiēs petrᵘ os suum dixit. Vir.ꝛc. Ante initiū illiᵘ ep̄le scribit sanctus lucas in eo capitulo ꝙ sanctᵘ petrus dixit iudeis de iesu xpo. Qui pertrā/siuit benefaciendo ꝛ sanando omnes oppres/sos a diabolo. Et nos testes sumᵘ oim que fecit in regione iudeorum et hierusalez quē occiderunt suspendentes in ligno. hunc de/us suscitauit tercia die ꝛ dedit eum manife/stum fieri non omni ꝓpulo: sed testibus pre/ordinatis a deo nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postq̄ resurrexit a mor/tuis. Et tunc statim sequitur epystola hodi/erna(In diebus illis) Aperiens petrus os suum dixit(Viri fratres et patres nobis(.s. qui māducauimᵘ ꝛ bibimus cū illo post re/surrectionē suā(precepit dominus predica/re pplō ꝛ testificari: quia ipse est qui constitu/tus est a deo) scilicet patre(iudex viuorum et mortuorum. Ly.i.qui viuunt vita gratie scilicet iustorum: et etiam iniquoꝝ qui mor/tui sunt morte culpe(Huic omnes prophe/te testimonium perhibent) q.d. Nos soli nō sumus testes eius; sed etiam omnes prophe/te antiqui diuinitus inspirati qui de eo scri/pserunt ꝛ predixerunt(remissionem pecca/torum accipere per nomen eius) vt patet io. ii. Quicunqȝ inuocauerit nomē domini sal/uus erit(omnes qui credunt in eum) tā iu/dei q̄ gentiles(Adhuc petro loquente ver/ba hec cecidit spiritussāctus super omnes q̄ audiebāt verbum.s.super cornelium et sig omnes qui cum eo ꝯgregati erant in signo visibili.s.igneis linguis(et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerāt cum petro quia ꝛ in natiōes).i.gentes(gratia spūssctī effusa est) admirātes ꝙ tanta grā daret gē/tibᵘ sicut ꝛ iudeis nutritis in lege ꝛ prophe/tis(Audiebāt enī illos loquētes linguis).s. variis(et magnificātes deum. Tunc respō/dit petrus).s.illis q̄ cum eo venerant admi/rantibus(nunquid aquam quis prohibere potest: vt non baptizentur hi qui spiritum sctm̄ acceperūt sicut et nos) q.d. non ex quo spūssanctus non distinxit inter nos et ipsos (iussit eos baptizari) scilicet a sociis suis(in nomine domini nostri iesu xp̄i) in hac enim forma dabatur baptismus in primitiua ec/clesia.

¶ Feria tercia penthecostes. Actuum.viii.

IN diebus illis. Cum audissent apostoli qui erāt hierosolimis quia recepisset samaria verbū dei: miserunt ad eos petrū et iohannē. Qui cū venissent orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritū sanctū. Nondū enī in quē℞ illo℞ venerat: sed baptizati tantum erāt in noīe dñi iesu. Tūc imponebant manus super illos: ⁊ accipiebant spiritū sanctū.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Cū audissent apl'i ⁊c. Ante initiū illi⁹ epl'e scribit sāctus lucas in eo capitulo q̄ sctūs philippus descēdit in ciuitatē samarie ⁊ p̄dicabat illis xp̄m Intendebāt aūt turbe his q̄ philippo dicebant vnanimiter audientes et videntes signa q̄ faciebat. Multi em̄ co℞ q̄ habebant spūs imūdos clamātes voce magna exibāt Multi aūt paralitici et claudi curati sunt. Factū est autē gaudiū magnū in illa ciuitate ⁊c. Tūc sequitur p̄ns epl'a (Cū audisset apostoli. Circa qd̄ sciēdū scdz nicholaū de lyra q̄ philippus iste erat tm̄ dyaconus: propter qd̄ licet posset baptizare: nō tm̄ manus imponere: nec p̄ ɔ̄ns donū spūsscti dare in signo visibili: hoc em̄ ptinebat ad apostolos. Vn̄ q̄ soli epi in nouo testamēto q̄ sunt successores apostolo℞ manus imponūt ppt qd̄ philippus significauit apostolis vt ali q̄ co℞ venirent in samariam et supplere illud quod ad eius officiū nō spectabat. ⁊ hoc est qd̄ dz (Cuz audissent apl'i q̄ erāt hierosolimis q̄z recepisset samaria verbum dei: miserūt ad eos petrū/⁊ iohānē (Glo.ordinaria. q̄ erāt colūne) q̄ cū venissēt orauerūt p̄ ipsis vt acciperēt spm̄ sanctum. Nonduz em̄ in quē℞ illo℞ venerat (Ly. scz signo sēsibili: venerat tamen in eos inuisibiliter: sicut ⁊ modo in baptizatos) sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebāt manus super illos: ⁊ accipiebant spipitum sanctum.

¶ Feria quarta penthecostes. Lectio actuum apostolorum. ii. cap.

IN dieb⁊ illis. Stans petrus cū vndecim apostolis leuauit vocē suam et locutus est eis. Viri iudei ⁊ qui habitatis hierusalē vniuersi hoc vobis notū sit: et auribus percipite verba mea. Non eniz sicut vos estimatis hi hebrei sūt cū sit hora diei tercia. Sed hoc est quod dictum est per prophetā iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus. Effundā de spiritu meo sup oēm carnem: ⁊ pphetabūt filii vri ⁊ filie vestre. Juuenes vestri visiones videbūt: ⁊ seniores vri sōnia sōniabūt. Et quidē sup seruos meos et ancillas meas: in dieb⁹ illis effūdam de spū meo ⁊ pphetabunt. Et dabo prodigia ī celo sursum: ⁊ signa ī terra deorsū: sāguinē et ignē ⁊ vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras ⁊ luna in sāguinem: anteq̄ veniat dies dñi magn⁹ ⁊ manifest⁹. Et erit oīs q̄cūq̄ inuocauerit nomē dñi: saluus erit.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Stans petr⁹ cū vndeciz. ⁊c. In principio hui⁹ capl'i ponitr̄ ɔ̄firmatio aplo℞ p̄ donū spūsscti in hac aūt epl'a q̄ est in medio ipi⁹ ca: vel eo circa pōitr̄ publicatio euāgelii p̄ petrū caput alio℞ apostolo℞ ⁊ toti⁹ eccl'ie. Et lz p̄ oēs aplo's publicatū fuerit euāgeliū in diuersis ptib⁹ mūdi Lucas tm̄ ɔ̄sequit̄ tm̄ p̄dicationē petri ⁊ pauli q̄z isti duo fuerūt int̄ alios p̄cipui: tm̄ q̄z gestā illo℞ vidit ⁊ marie pauli: cui⁹ fuit indiuidu⁹ comes Sicut dt hiero. ī lib. illustriū viro℞ dt ergo (Stās aūt petr⁹) ɔ̄stāter ⁊ in

terpide (cuz undecim apostolis eleuauit vocē suam) vt loqueretur magis auctētice ad plebē (Viri iudei) q̄ habetis noticiā scripturarum: et maxime qui habitatis hierlm) in qua tūc vigebat studiū legis et prophetarum (Non enim sicut vos estimatis) errонee (hi ebrei sūt cū sit hora diei tercia) Tunc enim incipiebāt comedere homines hora sexta: et maxime iudei q̄ erant magis tēperati eo q̄ erant cultores vnius dei: et potissime in hierlm vbi vigebat ille cultus. dicit igitur (cū hora diei tercia.q.d. adhuc non est comedēdi et bibēdi hora (sed hoc est.7c Hic consequenter petrus declarat veritatē et propositū suū p iohelis verbum. Secundo per dictū dauid. Sed presens lectio solū continet primam partē. Circa primū allegat scripturā que habetur in principio tercii capituli iohelis prophete secundum significationē veritatis hebraice: vt ibidem signatur. Circa quod sciendū q̄ angeli apparentes in ascensione xpi eam declarātes simul denunciauerunt aduentuz eius ad iudicium dicētes. hic iesus qui assumptus est a vobis sic veniet.7c. Sicut ibidē exponit. Ratio vero spiritussancti in signo visibili fuit manifestatio glorie xpi ad dexteram patris assumpti. secundū quod dr ioh. vii. Nōduz erat spiritussanctus datus: q2 nōdū erat iesus glorificatus. Et ideo iohel propheta sil' predixit effusionē spiritussancti et signa precedentia diem iudicii In hac eius igitur auctoritate primo denunciat primū: cum dicit (Et erit in nouissimis diebus). i. in diebus noui testamenti qui dicuntur nouissimi eo q̄ non succedent aliud testamentū: ppt qd dicitur. i. iohā. ii ca. Filioli nouissima hora est. Et hebre. primo Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.7c) Effundā de spiritu meo super omnem carnez) Quod exponit ea. sa. super iohelem Super omnem carnem i. super omnē hoiem: cuius cor erit tenerū ad modū carnis. i. non obstinatum in peccatis. Et ad hoc īducit auctoritatē. Eze. xxxvi. Auferam cor lapideū de carne vestra et dabo vobis cor carneuz. Dicit etiam idē doctor hoc implēdū tempore messie: et ī hoc dicit verum. Sed errat dicens futurum qd de preterito est impletum. Corda vero apostolorū erant tenera p deuotionē et deposita ad spiritussancti receptionē: vt patet p predicta. Potest et aliter exponi. Super omnem carnem. id est super omnes iudeos et gentiles indifferēter. Sicut habetur actuū decimo. propter quod dicitur ad romanos decimo. Non est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum abundanter dando eis spiritum sanctum (Et prophetabunt filii vestri et filie vestre) in est indifferenter dabitur spiritussanctus personis vtriusq̄ sexus. Unde et cum apostolis fuerunt mulieres in die penthecostes: vt patet ex predictis que receperunt spiritum sanctum cum eis. Dicitur etiam actu. xxi. q̄ philippo erāt quattuor virgines filie prophetantes. Et de viris. Actu. xiii. dicitur. Erant in ecclesia q̄ erat anthiochie prophete et doctores.7c. (iuuenes vestri). i. homines cuiuslibet etatis dabitur spiritus prophetie (sonia somniabūt) id est reuelationes diuinas in somnis habebunt: ad quas participendas: tunc anima est magis disposita propter quietationē sensuum exteriorum. Sicut plenius patet in principio libri psalm. (Et quidem super seruos meos et ancillas) Generaliter enim in primitiua ecclesia oibus baptizatis p impositionem manuum apostolorū dabatur spiritussanctus in signo visibili: vt patet act. xix. et pluribus aliis locis. Et adhuc datur inuisibiliter omnibus baptizatis nisi obex ponatur (Et dabo.7c.) Hic ponitur denunciatio signorum diem iudicii precedentium cum dicitur (Et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum) secundū qd dicitur lu. xxi. Erunt signa in sole et luna et stellis / et in terris pressura gentium.7c. (sanguinem.7c. Nam persecutio antixpi pcedet aduentum xpi in qua fundetur sanguis innocentium et ignē. s. cōflagrationis precedētem aduentū iudicis (Sol cōuertetur in tenebras) non secundum rem: sed secundum apparenciā: quia nubibus densis abscondetur eius lumen (et luna in sanguinem) similiter secundum apparentiaz: sicut rubea videtur q̄ ecclypsim patitur (anteq̄ veniat dies dñi). i. dies sui iudicii (magnus) Nā oms ibi comparebunt (et manifestus) Naz occulta cordis nostri tūc manifesta erūt (Et erit) non in die iudicii sed ante: prophete enim loquentes transeunt de vno tēpore ad aliū (quicunq; inuocauerit nomen domini fideliter et perseuerāter (saluus erit) salute eterna. Ro x. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Fer. iiii. penthe. Actu. v. capitulo.

IN diebus illis. Per manus aūt aplorum fiebāt si-

gna ⁊ pdigia multa ī plebe: et erāt vnanimiter oēs ī porticu salomonis Ceteroꝝ aūt nemo se audebat ꝯiūgere illis: sed magnificabat eos ppl's. Mag's aūt augebatᷓ credētiū ī dn̄o multitudo viroꝝ ac mulierꝝ vt ī plateis eicerēt īfirmos ⁊ ponerēt ī lectulis ⁊ grabatis vt veniente petro saltē vmbra illi⁹ obūbraret quēq̄ ⁊ liberarēt ab īfirmitatib⁹ suis Cōcurrebat aūt multitudo vicinaꝝ ciuitatū ī hiel'm afferētes egros ⁊ vexatos a spiritib⁹ īmūdis q̄ curabātᷓ oīs:

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis Per man⁹ aūt apostoloꝝ.ꝛc.) Aū initiū illi⁹ epystole scribit scūs lucas ꝙ vir q̄dē ananias cū sanira vxore sua vēdidit agrū ⁊ defraudauit de pcio agri cōscia vxore sua. Et ptem pcii ad pedes aplorū posuerunt: ⁊ ambo subitanee obierunt. Et factus est timor magnus ī vniuersa ecclia: ⁊ in oēs q̄ audierunt hoc. Tūc stati sequitᷓ epystola pn̄s (Per manus aūt aploꝝ fiebāt signa ⁊ prodigia multa (Glo. or. vnde succedebātur zelus sacerdotū ⁊ iudeoꝝ in plebe. Ly. nō dicit in principib⁹ qꝛ nō credebāt in xp̄m paucis exceptis q̄ occulte xp̄iani erāt. vt gamaliel nicodem⁹ ⁊ aliq̄ alii (⁊ erant oēs vnanimiter). scꝫ apostoli (ī porticu salomonis) vbi erat locus orōnis ⁊ p̄dicationis (ceteroꝝ aūt). s. infideliū (nemo audebat se cōiungere illis). s. ficti timentes pena q̄ venerat sup animā ⁊ eius vxorē (sꝫ magnificabat eos ppl's) pp̄ter egros ⁊ miracula q̄ faciebant. Et etiā qꝛ bona pro malis suis psecutorib⁹ reddebant (magis aūt augebatᷓ credentiū ī dn̄o multitudo viroꝝ ac mulierꝝ) nullus ei sexus a regno dei excluditur (ita vt ī plateis) q̄ late erant (eicerēt infirmos ⁊ ponerēt ī lectulis ⁊ grabatis vt veniente petro saltē vmbra illius obūbraret quēq̄ illoꝝ: ⁊ liberarentᷓ ab īfirmitatib⁹ suis) ly. in quo ponitᷓ dr̄a petri ad alios apostolos ī operatiōe miraculoꝝ. i. Nā alii aplī curabāt alios īfirmos p tactū manuū sicut iā s̄ dictum est. Per manus aūt aploꝝ.ꝛc. Petr⁹ āt non solū p tactū: sꝫ etiā p vmbrā qd̄ maius est: qd̄ fiebat ad ostēdēdū ꝙ erat principalis apostolus: ergo noīatur pr̄iceps aploꝝ. Et qꝛ xp̄s non legitur curasse p vmbrā sicut petr⁹: iō in petro videtur impletū fuisse qd̄ dicit xp̄s ioh.xiiii. Qui credit ī me opera q̄ ego facio ⁊ ipse faciet. Concurrebat aūt ei multitudo vicinaꝝ ciuitatum in hierusalē afferentes egros ⁊ vexatos a spiritibus immūdis q̄ curabātur oēs et magnificabant iesum christum.

Feria.v.pēthecostes. Lectio actuū.viii.

IN dieb⁹ illis. Philipp⁹ descēdēs ī ciuitatē samarie p̄dicabat illis xp̄m. Intēdebāt aūt turbe his q̄ a philippo dicebātᷓ vnanimiter audiētes ⁊ vidētes signa que faciebat. Multi eīn eoꝝ q̄ habebāt spūs immūdos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici ⁊ claudi: curati sūt Factū est gaudiū magnū ī illa ciuitate.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Philippus descēdēs.ꝛc. In principio hui⁹ capituli describpta ē persecutio eccl'ie gn̄alis post mortē stephani pthomartyris: pp̄ter quā psecutionē discipuli scd̄m verbū xp̄i dispsi sunt fugientes ad alias ciuitates et loca euangelizātes verbū dei iudeis habitantib⁹ in illis vt habetᷓ etiā act.xi. Philippus aūt.ꝛc. Postq̄ lucas psecut⁹ est de primo dyachono. s. de stephano: hic ꝯsiter psequtus de philippo q̄ ponitᷓ scd̄s act.vi. Dicit ergo sic (Philipp⁹ autē) q̄ cū aliis erat: et pp̄ter psecutionē exierat de hiel'm descēdēs in ciuitatē samarie) q̄ tp̄e regū fuit metrapolis in regno decem tribuū (p̄dicabat illis xp̄m) Habitantes eīn ibi erāt ptim iudei. Receperunt eīn q̄nqꝫ libros moysi sicut saducei (Intēdebāt autē turbe his q̄ a philippo dicebātᷓ) de xp̄o (vnanimiter audiētes). i. reuerēter ⁊ deuote) Et subditᷓ ratio (Et vidētes signa q̄ faciebāt.

i. mirabilia diuine virtutis declaratiua in testimoniū veritatis a philippo predicata. Multi eīm illorum q̄ habebant spiritus immundos). i. obsessi a demonib⁹ (clamantes voce magna exibāt). s. demones coacti virtute xp̄i. Et ne diceretur q̄ hoc fieret virtute xp̄i. Et ne diceret q̄ hoc fieret virtute superiores demonis sicut dictū fuit de xp̄o. luc. xi. In beelzebub principe demoniorū eiicit demonia. Ideo subdūtur alia miracula q̄ nō possūt fieri nisi virtute diuina. cuiusmodi ē curatio paraliticorū et claudorū subita: cū dr̄ Multe aūt (Factū est ergo gaudiū magnū in ciuitate illa (de veritatis cognotione et dictorum infirmorum curatione.

¶ Feria. vi. penthecostes. L. iohelis. i. ca.

Hec dicit dn̄s de⁹ Exultate filie syō et letamini ī dn̄o deo nr̄o: qr̄ dedit nobis doctorē iusticie/ et descēdere faciet ad vos ymbrē matutinū et serotinū: sicut prīcipio Et iplebūt horrea vr̄a frumēto et redūdabūt torcularia vino qr̄ oleo Et comedetis vescētes et saturabimini et laudabit nomē dn̄i dei vr̄i q̄ fecit vobiscū mirabilia: et nō cōfūdet popul⁹ me⁹ ī sempiternū: et scietis qr̄ ī medio israel ego sū. Et ego dn̄s deus vester et nō est āplius et nō cōfūdetur popul⁹ me⁹ in eternū. Ait dn̄s omīps.

Postilla.

¶ Dominica decima post pentheco-
stem.i.ad corin.xii. capitulo.

FRatres: Scitis quoniã
cũ gẽtes essetis ad simu
lachra muta prout ducebami-
ni eũtes. Ideo notum vobis fa
cio ꝙ nemo ĩ spiritu deo loquẽs
dicit anathema iesu. Et nemo
potest dicere dñs iesus: nisi in
spiritu sancto. Diuisiones ve-
ro gratiarũ sũt:idẽ aũt spirit⁹
Et diuisiones ministrationũ
sũt:idẽ aũt dñs. Et diuisiones
operationũ sũt: idẽ vero deus
qui operatur oĩa in omnibus.
Unicuiqꝫ autẽ dat̃ manifesta-
tio spiritus ad vtilitatẽ Alii q̃-
dẽ per spiritũ dat̃ sermo sapiẽ-
tie. Alii aũt sermo sciẽtie scđm
eũdẽ spiritũ. Alteri fides ĩ eodẽ

spiritu. Alii gratia sanitatũ in
vno spiritu. Alii operatio vir-
tutũ. Alii pphetia. Alii discre-
tio spirituu. Alii gñra linguaꝝ
Alii interp̄tatio sermonũ. Hec
aũt oĩa operat̃ vn⁹ atq; idē spi
ritus: diuidens singulis prout
vult.

Postilla.

¶ Fratres: Scitis qñ cũ gen-
tes essetis. ꝛc. Ante initium illi⁹ epl'e scribit
sctũs paulus dicēs ꝙ si nosipsos diiudicare
mus nõ vtiq; iudicaremur. Dũ aũt diiudi-
camur a dño corripimur vt non cũ hoc mũ
do dãnemur. Tũc sequitur epl'a hodierna in
qua apl'us loquit̃ de donis spũsancti: oñdens
ꝙ oim donoꝝ auctor est spũsanctus ꝛ null⁹
potest facere aliqđ bonum meritoriũ saltem
vite eterne nisi in spũ sctõ. ꝛ hoc apl'us oñ-
dit experimento vite p̄terite dicēs (Scitis
qm̃ cu gẽtes essetis) L. y. s. gẽtiliter viuẽtes
absq; dei gratia ad ꝯuersionẽ ad fidẽ (ad si
mulachra muta eũtes) ea adorãda. Colebãt
eñ gentes ydola martis: mercurii. et sic de
aliis ꝛ dicebãtur muta: qꝛ per se vel ex se nõ
hẽbant aptitudinẽ loquẽdi: q̄uis diabolus
per ea qñq; dedit responsa (put ducebami-
ni). s. a maligno spũ sicut equus ꝛ mulus in
quibus nõ est intellect⁹ (ideo notũ vobis fa
cio ꝙ nemo in spiritu dei loquẽs) L. y. gratia
dei vtẽs (dicit anathema iesu). i. blasphemiã
aliquã de iesu dño nostro (ꝛ nemo potest di
cere dñs iesus) confitendo ip̄z suũ dñm ꝛ sal
uatorẽ. s. ꝙ ip̄e sit veraciter dñs ꝛ ipse seru⁹
ei⁹ (nisi in spũ sancto). i. ꝑ spm̃ sctm̃ a quo ē
omne veꝝ. vꝫ ambrosius. Omne verũ a quo
cũq; dicatur a spũ sancto est (diuisiones ve
ro gratiaꝝ sũt) Nota ꝙ gratia hic appellat
diuersos gradus ordines q̄ sunt in ecclesia
(idẽ aũt spũs). s. sanct⁹ est distributor gra-
duũ ꝛ ordinũ ꝛ officioꝝ (ꝛ diuisiones mini
strationũ sũt. i. diuersi effect⁹ grẽ q̄bus alii
seruiunt alii ꝛ sic ordinãt in ꝓximũ. hoc exẽ
plũ dedit nobis xp̄s. Vñ math. xx. Filius ho
minis nõ. ꝛc Itẽ. i. per. iiii. Vnusquisq; sicut
accepit. ꝛc. (idem autem dominus). i. xp̄s fi-
lius dei dans singulis ꝑ volũtate sua (ꝛ di
uisiones operationum sunt). i. diuersi act⁹
gratie q̄tum ad se per quam gratiam facit
opera meritoria quedam maiora: quedam
minora opera (idem vero deus). s. pater Et
notandũ ꝙ apl'us ponit hic tria nomina vt
itelligatur ꝙ toti⁹ trinitatis sunt dona gra
tiarũ quo ad personaꝫ spũsancti. Dicit idẽ
autem spũs quo ad personam filii idem aũt
dñs quo ad persona p̄ris dicit idẽ aũt deus
sed ne videretur distinctio substantie ꝛ ope
rationis subiũgit idẽtitatẽ substantie ꝛ ope
rationis triuꝫ personarũ (qui). s. deus pater
deus filius / ꝛ deus spũsanctus: vn⁹ existẽs
de⁹ (operatur oĩa) s. necessaria saluti (in oĩ
bus) non oĩa in singulis: quia vni non tri-
buit omnia sed in oĩbus oĩa vt quod quis i
se non habet habeat in alio: sicut in huma-
no corpore oculus solus videt: sed non sibi
soli sed toti corpori: vt sic maneat caritas ꝛ
humilitas Vñ isaye. xxvi. Oĩa opera nostra
operatus est in nobis (vnicuiq; aũt). s. fide
liũ (datur manifestatio spũs). i. gratia que
manifestat spm̃ inesse (ad vtilitatẽ). s. eccle
sie (Alii quidẽ per spiritum). s. sanctum (da
tur sermo sapientie). s. loquendi de contem
platione celestium (Alii autem sermo scien-
tie). s. loquendi de actione tẽporalium (secũ
eundẽ spiritũ. alteri fides). i. constantia vel
sermo fidei in eodẽ spũ (Alii grã sanitatũ)
s. curandi infirmos (in vno spiritu. Alii ope
ratio virtutũ). i. miraculorũ q̄ sũt supra na
turam (alii pphetia). s. p̄dicere futura (Alii
discretio spirituũ) Glosa. i. gratia discernẽ
di quo spũ ducũtur. i. bono vel malo: qꝛ etiã
dyabol⁹ bona seductorie dicit. Alii gñã lin-
guaꝝ). i. eloq̄ diuersis lĩguis (Alii interp̄ta
tio sermonũ) i. iterpretatio obscuritatũ scri
pture q̄ sũt in pphetis ꝛ in euangeliis ꝛ in
epl'a (Hec autẽ oĩa) licet diuersa sint (opat̃
vn⁹ atq; idem spũs diuidens singulis put
vult). i. gratis: et sicut cuiq; scit expedire.

¶ Dominica vndecima post penthe
costem. i. ad corinthios. xv. capitulo

Fratres: Notũ vobis fa
cio euangeliũ quod pre-
dicaui vobis: quod accepistis
in quo ꝛ statis ꝑ quod et salua
mini. Qua ratione p̄dicaueri
vobis si tenet; nisi frustra cre-
didistis. Tradidi eñ vobis in
primis quod et accepi: quoniã
christus mortuus est pro pctis

nostris secundū scripturas Et
q₂ sepultus est:et q₂ resurrexit
tercia die secūdum scripturas
Et q₂ visus ē cephe:et post hoc
vndeci. Deinde vis⁹ est plusq̄
quingentis fratrib⁹ simul. ex
quib⁹ multi manēt vsq₃ adhuc
quidā aūt dormierunt. Deide
visus est iacobo:deinde aposto
lis omnibus. Nouissime autē
omniū tanq̄ abortiuo vis⁹ est
ꝫ michi. Ego enī sū minimus
omniū apostolorꝫ:q̄ nō sum di-
gnus vocari apostol⁹/quoniā
persecutus sum ecclesiam dei.
Gratia autē dei sunt id quod
sum. Et gratia eius in me va-
cua non fuit.

Postilla.

¶ Fratres: Notū vobis facio
euāgeliū quod p̄dicaui.ꝛc. Ante initiū illi⁹
ep̄le scribit sāctus paul⁹ dicens Si q̄s igno
rat ignorabit: oīa āt honeste ꝛ scdm̄ ordinē
fiant in vobis. Tunc statim sequitur p̄sens
ep̄la in qua ap̄lus cōmēdat nobis doctrinā
euangelicā p quam peruenitur ad gloriam
resurrectionis dicens (Fr̄es).i.o chorinthii
q̄ estis fratres in xp̄o:sicut oēs in xp̄o p fi-
dem geniti (notum vobis facio) Ly.i.ad me
moriam reduco (euangeliū).i.doctrinā euā
gelicā (qd̄ p̄dicaui).i.denūciaui vobis (qd̄
accepistis) Vin.corde credēdo ꝛ ore ꝯfitendo
(in quo ꝛ statis).i. pmanere et stare debetis
(per quod et saluamini) iā in spe ꝛ tandē in
re (qua ratione p̄dicauerim vobis) Gor.s.
p xp̄i resurrectionē astruendo nostrā resur
rectionē (nisi frustra credidistis).i.sine ali-
qua vtilitate:q₂ fides sine operibus mortua
est (Tradidi enim vobis in primis) Ly.int̄
principalia credēda q₂ articuli fidei sūt pri-
cipia ex q̄b⁹ alia credenda deducūtur (quod
accepi) p reuelationem a sp̄uscto̅ (qm̄ xp̄us
mortu⁹ est pro peccatis nostris) Ly.nō suis
sꝫ p₂ ysa.liii.propter scelus.ꝛc. Itez in codez
capitulo. Ipse autē vulneratus est.ꝛc. scdm̄
scripturas).s.ipsorum ꝓphetarum q̄ in pas
sionez xp̄i predixerūt.vn̄ hiere.xi.Ego qua-
si agn⁹.ꝛc. Item ysa.liii. Sicut ouis ad occi
sionem.ꝛc.(ꝛ q₂ sepultus est) Ly.vt veritas
mortis ei⁹ ꝓbaretur (ꝛ q₂ surrexit tercia die
secūdū scripturas) Vn̄ osee.vi. Viuificauit
nos.ꝛc.(ꝛ q₂ visus est) Ly. post resurrectio-
nem suaz (cephe).i.petro (ꝛ post hoc vndeci)
s.apostolis:que apparitio fctā fuit post dies
octo sue resurrectionis p̄ñte tho. Jo.xx. De
inde visus est plusq̄ q̄ngētis fr̄ibus simul)
ꝛ illa apparitio facta fuit in galilea in qua
apparuit ap̄lis et multis aliis xp̄ifidelibus
(ex q̄bus multi manent vsq₃ adhuc) viuen-
tes in illo t̄pe. Gor.q̄ testes sunt si ab eis re
quiratur (quidā aūt dormierēt).s.morte cor-
porali q̄ dicitur dormitio : q₂ erit in spe re-
surrectionis future (deinde visus est iacobo)
scꝫ alphei q̄ dictus est frater dn̄i:ꝛ q̄ fuit epy
scopus hierosolymitanus q̄ etiam sicut dicit
haymo vouerat se non manducaturū quo-
usq₃ dn̄m post resurrectionē vidisset:iō xp̄s
ei apparuit tamen hoc non legitur in euan
gelio (deinde apostolis omnibus).s. vis⁹ est
et hoc factum est in die ascensionis:vt patet
math.vlti. (Nouissime autem omnium) id
est post ascensionem christi in celum (tanq̄
abortiuo visus est michi (scilicet in via eun
do in damascum:vt patet actu.ix. Lyra.vo-
cat autem se obortiuum: quia obortiuus di
citur fetus qui nascitur extra tempus debi-
tum:vel qui cum violentia educitur de vte
ro. Sic apostolus. quia alii renati fuerunt
ante aduentuz spiritussancti:ipse autē post.
Item alii conuersi fuerūt sponte: ip̄e quasi
violenter in actu persecutionis fidei (Ego
eīm sum minimus apostolorum) q₂ vltim⁹
t̄pe (q̄ nō sum dign⁹ vocari ap̄lus. s. si mea
precedentia merita attendantur (qm̄ psecu
tus sum ecclesiā dei) Ly.qd̄ alii nō fecerunt
et in hoc minor fuit aliis ap̄lis : sꝫ ex gratia
dei factus fuerit valde magn⁹ (gr̄a autē dei
sū id quod sū).s.ap̄lus xp̄i:quia sine gratia
dei hō nichil est (ꝛ gratia ei⁹ ī me vacua nō
fuit).i.carens bonis operibus. Seq̄tur ī tex-
tu post epystolā illā (sꝫ in oībus illis abūdā
ti⁹ laboraui) null⁹ eñ ap̄lorꝫ legit̄ ī tot ter
ris ꝛ ꝓuinciis p̄dicasse:nec tot tribulatiōes
in terra et in mari sustinuisse.

¶ Dñica.xii.post pentheco.ii.ad cor.iii.ca

Fratres: Fiduciā talē hē
m⁹ p xp̄m ad deū:non q̄

sufficiētes sim⁹ cogitare aliq̄d
a nobis quasi ex nobis sꝫ suffi-
ciētia nr̄a ex deo est Qui et ydo
neos nos fecit ministros noui
testamēti nō lr̄a sꝫ spū. Littera
enī occidit: spūs aūt viuificat.
Nā si ministratio mortis lr̄is
de formata ī lapidibus fuit in
glīa ita vt nō possent itēdere fi
lii isrl' in faciē moysi ꝓpter glo
riā vult⁹ ei⁹ q̄ euacuat quō nō
magis ministratio spirit⁹ erit
ī glīa: Nā si ministratio dāna
tionis ī gloria est multomagis
abundat ministerium iusticie
in gloria.

Postilla.

¶ Fratres Fiduciā talē habe-
m⁹ ꝑ xp̄m ⁊c.) An̄ iitiū illi⁹ epl'e scribit sctūs
paul⁹ di. Christi bonus odor sum⁹ i his q̄
salui fiūt: ⁊ i his q̄ ꝑeūt: ⁊ aliis q̄dē odor mor
tis i mortē: aliis aūt odor vite in vitā Tūc
seq̄t p̄ns eplā: i qua aplus ostendit cōfiden
dū esse in deo: ⁊ hoc ꝓpter nr̄m defectū ⁊ di
uinū ei⁹ adiutoriū qd specialit mō tp̄e grē
de⁹ par⁹ est nobis ipendere. vn̄ dicit (Fidu
ciā talē habemus ad deū) .s. q̄ est vn⁹ in sub
stātia: ⁊ trinus in ꝑsonis (ꝑ xp̄m) .i. ex meri
to passiōnis xp̄i. ⁊ grāꝫ xp̄i possumus salua-
ri (nō q sufficientes simus cogitare aliq̄d)
sup. boni (a nobis quasi ex nobis) Quāuis
ei oē bonū qd agimus sit a nobis vt eā secū
daria: non tñ ex nobis vt cā primaria. De⁹
enī est q̄ opat in nobis velle ꝑficere (sꝫ suffi
cientia nr̄a) Scꝫ. cogitādi volēdi faciēdi bo
nū (ex deo est) vt ptꝫ io.xv. Sine me nichil
potestis facere (q̄ ⁊ idoneos nos fecit mini-
stros) s. vita ⁊ sciētia (noui testamēti) .i. euā
gelii (nō littera) .i. nō existis i littera tm̄ si-
cut lex moysi: qꝫ euāgelii parabolas nō sēp
ad litterā itelligim⁹ (sꝫ spū) .i. ad sēsū spūa
lē (Littera enī occidit) qꝫ testamētū vet⁹ co
gnitionē pc̄ti dabat: nō tñ gratiā. (spūs aūt)
.i. spūsāctus q̄ dat i sacramētis noui testa-
mēti (viuificat) .i. viuere facit (q si ministra
tio mortis) id est legis mosayce mortē tēpo
ralē inferēs trāsgressorib⁹ (lr̄is deformata
ī lapidib⁹) .i. scripta in tabulis lapideis (fuit
ī glīa) .i. reuerētia (ita vt nō possent itēdere
filii isrl' ī faciē moysi) Nota q exo.xxx. dr̄ q
ex colloq̄o dei ī mōte synai facies moysi sūt
facta q̄si cornuta: nō q fuissēt realia cornua
sꝫ q̄si q̄dē radii ꝓcedētes sursū āgulariter ī
figura cornuū Et dr̄ ibidē q filii isrl' nō po
tuerūt itēdere ī faciē ei⁹ Et cū deberet eis lo
q̄ oportebat q velamē opponeret āte faciē
ei⁹. et hoc (ꝓpter gloriā) .i. clāritatē (vult⁹
eius q̄ euacuatur) qꝫ illa gloria ī moyse nō
diu permāsit: sꝫ transiuit (quō nō magis mi
nistratio spūs) .i. noui testamēti (erit ī glo-
ria) supple eterna. Nā si ministratio dāna-
tionis) veteris legis. que ideo dicitur mini-
stratio dānationis eo q nō poterāt ab ea sal
uari (in glīa est: multo magis ministeriū iu
sticie) .i. legis euāgelice (abūdat in gloria)
id est perducit ad gloriā.

¶ Dn̄ica.xiii.post penthe. Ad gala.iiii.ca.

FRatres Abrahe dicte sūt
ꝓmissiōes ⁊ semini ei⁹
Non dicit ⁊ seminib⁹ quasi in
multis: sed quasi in vno ⁊ semi
ni q̄ est christus. Hoc autē dico
testamētū cōfirmatū a deo: q̄
post quadringētos ⁊ trigīta ā-
nos facta est lex nō irritū facit
ad euacuādā ꝓmissionē. Nā si
ex lege hereditas iā nō ex ꝓmis
sionē. Abrahe autē ꝑ re ꝓmissi
one donauit de⁹ Quid igit lex:
Propt trāsgressiones posita ē
donec veniret semē cui ꝓmise
rat ordinata ꝑ āgelos ī manu
mediatoris Mediator aūt vni⁹
nō ē De⁹ aūt vn⁹ ē Lex ergo ad
uers⁹ ꝓmissa dei: absit Si enī
data ē lex q̄ posset viuificare ve
re ex lege esset iusticia. sꝫ cōclusit
scriptura oīa sub pc̄ō vt ꝓmissio

ex fide iesu christi daretur cre-
dentibus.

Postilla.

¶ Fratres. Abrahe dicte sunt
ꝓmissiones ⁊c. Ante initiũ illiꝰ epystole scri/
bit seruũs paulꝰ dicẽs. Scriptũ est geñ.xv.
Credidit abrahã deo ⁊ reputatũ ẽ ei ad iu/
sticiã. Tũc sequitur pñs epystola (Abrahe di/
cte sũt ꝓmissiones ⁊c.) Ubi notandũ ꝙ ga/
lathe gẽtiles fuerunt greci: et per apostolũ
paulũ ad fidẽ xp̄i ↄuersi sũt. Et recedẽte ab
eis apostolo ꝑ pseudo aplõs fuerũt seducti ⁊
decepti ita ꝙ ad obseruationẽ legaliũ vete/
ris testamenti verterent ꝗsi ꝑ fidẽ xp̄i absq̃
legaliũ obseruatione saluari non possẽt qḋ
falsũ est. Quos apostolus ad verã fidẽ re/
uocat i epystola hodierna dicens (Fratres
abrahe dicte sũt) sup. a deo (ꝓmissiones) eter
ne (⁊ semini eiꝰ) scʒ xp̄o ꝑ eũ ꝓmittebat dã
da bñdictio: vt pʒ geñ.xxii. (In semine tuo
bñdicẽt omnes gẽtes) nõ dicit et seminibus
quasi in multis: sʒ quasi i vno ⁊ semini tuo
ꝗ ẽ xp̄s) Uñ. illa ꝓmissio abrahe ipleta fuit
qñ xp̄s ex maria virgine natꝰ fuit ⁊ post xp̄i
aduẽtũ cessauit lex in ceremoniis ⁊ figuris
(hoc aũt dico testamẽtũ cõfirmatũ a deo) i.
ꝓmissiones ille ꝑ modũ testamẽti sũt cõfir
mate a deo cũ iuramẽto diuino: vt pʒ geñ.
xii. Per memetipsum iuraui dicit dñs ⁊c.
Uñ. testamẽtũ dʒ scriptura autẽtica volũ/
te testatoris ⁊ testiũ roborata: ⁊ qꝛ ꝓmissio
illa fuit iuramẽto dei firmata ideo bene di/
cit testamentũ (que post quadringẽtos ⁊ tri
ginta ãnos facta est lex) iõ. sic lex cõstruẽda
est Lex ꝗ post quadrigẽtos ⁊ triginta ãnos
facta est. i. data est i mõte synai a ꝓmissione
abrahe ipsi moysi ⁊ ꝑ tm̃ tp̄s fuerunt filii is
rael in egypto: vt habet exo.xii. Illius ãnis
expletꝭ eadẽ die egressus est oĩs exercitꝰ. Cõ
putãtur aũt hi anni a promissione prima fa
cta abrahe vsq̃ ad dationẽ legis (non irritũ
facit ad euacuãdã ꝓmissionẽ) Ly. i. non eua
cuat ꝓmissionẽ abrahe factã quasi irritam
qḋ tñ faceret si daret hereditas ⁊ bñdictio
ex lege (nã si ex lege hereditas) .i. beatitudo
eterna (iã non) esset (ex ꝓmissione) ⁊ ita eua
cuaretur. ⁊ frustraret ꝓmissio factã abrahe
ꝙ aũt nõ est: hic probat dicẽs (Abrahe aũt ꝑ
repromissionẽ donauit deꝰ (supple beatitu
dinẽ ⁊ gloriã ⁊ bñdictionẽ non propter legẽ
sed propter promissionẽ hoc est proptẽ fidẽ
xp̄i sepe promissi. qꝛ abrahã hoc credidit qḋ
deus sibi promisit: et sic pʒ ꝙ oẽs antiqui ꝗ
iustificati sũt ex ipa fide xp̄i iustificati sunt
⁊ non proptẽ opera legis. Nã ipsi crediderũt
hoc futurũ qḋ nũc credimꝰ pteritũ: ⁊ iõ iusti
ficati sũt ⁊ nõ propter legẽ qꝛ abrahã iustifi
catꝰ est. ⁊ legẽ tñ non habuit: qꝛ multo tp̄e
ante legẽ vixit. Uñ ber. dicit. Multi ãte sal
uatoris aduẽtũ deũ oĩpotentẽ timẽtes ⁊ di/
ligẽtes sue salutis gratissimũ promissionem
credẽtes i promissione fideliũ sperantes cer
tissimũ redẽptorẽ in hac fide ⁊ expectatiõe
saluati sũt Uñ aug. Nemo liberat a dãna/
tione ꝗ facta est per adã nisi ꝑ fidẽ dñi no/
stri iesu xp̄i (ꝗd igit lex) Ly. i. ad ꝗd fuit vti
lis. q. d. qꝛ ergo lex nõ iustificauit: sʒ sola fi/
des: quare ergo posita est ⁊ data? Ad hoc re
spõdet ꝙ tñ nõ inutiliter data est (propter
pũctionis peccatorum: quia in lege determi
nãtur graues pene pro determinatis viciis
quarum terrore cohibeantur homines ⁊ pec
catis (donec veniret semen) .i. xp̄s (cui) .i. de
quo (promiserat) vt pʒ geñ.xxii. In semine
tuo benedicentur omnes gentes (ordinata
per angelos) .i. in ministerio angelorum.
Lyra Lex enim fuit data immediate a deo
sed per angelum qui loquebatur moysi in
monte synai (in manu mediatoris) .i. in po
testate christi vt scilicet duraret quantum
vellet: quia venit in mundum quando sibi
placuit non statim post hominis casum (me
diatos aũt vnius non est) sed duorum extre
morum que coniungit (deus autem vnus
est) .s. christus qui est vnus cum patre ⁊ spi/
ritu sancto: ⁊ hoc est secundum diuinam na
turam. Et est etiam mediator dei et homi/
num reconsilians homines deo patri: ⁊ hoc
secundũ humanam naturam (lex ergo ad/
uersus promissa dei: absit) Uñ. q. d. nullo
modo lex fuit contra promissa dei ꝗuis pro
missio fuit perfectior: ꝙ lex (Si enim data
esset lex que possit viuificare) .id est ad vitã
eternam conferre (vere ex lege esset iusticia)
non ex promissione abrahe (Sed conclusit
scriptura) id est lex moysi que est lex scripta
(omnia sub peccato) Ly. in ꝗtum ostende/
bat peccatum nec tamen mundabat (vt pro
missio) eterne beatitudinis (ex fide iesu xp̄i
daretur credentibus) Ly. fide formata que
facit tendere in deum.

¶ Dominica decimaquarta post pen
thecostem. Ad gala. v. capitulo.

Fratres. Spiritu ãbula
te: ⁊ desyderia carnis nõ

pficietis. Caro enī cōcupiscit
aduersus spm̄: spūs autez ad-
uersus carnē. Hec enim sibiin
uicē aduersāt: vt nō q̄cūq3 vul
tisilla faciatis. Quod si spiri-
tu ducemini non estis sub lege
Manifesta sūt autē opera car
nis: que sūt foznicatio/ immū-
dicia/ ipudicicia/ luxuria/ ydo-
lozum seruitus. Ueneficia/ in
imicicie/ contentiones/ emula
tiones/ ire/ rixe/ dissentiones
secte/ inuidie/ homicidia/ ebzie
tates/ cōmessationes/ et his si-
milia. Que pdico vobis sicut
pdixi: quoniā qui talia agūt: re
gnū dei nō cōsequent. Fruct⁹
autem spirit⁹ est: caritas gau-
diū/ pax/ patientia/ lōganimi-
tas bonitas/ benignitas man
suetudo/ fides/ modestia/ cōti-
nentia/ castitas aduersus hu-
iusmodi non est lex. Qui autē
sūt chzisti: carnē suā crucifixe-
runt cū viciis et concupiscen-
tiis.

Postilla.

Fratres Spiritu ābulate: z
desideria.zc. (Añ initiuz illiius eplē scribit
sctūs paulus dicēs. Ois lex in vno sermone
iplet. Diliges pximū tuū sicut teipsū. Tūc
sequitur pñs epla Ubi notādū q epla hodier
na et euangeliū hodiernū in hoc cōcozdant
qz sicut euangeliū dicit de decē lepzosis qui
sūt a xp̄o mūdati: sic epysto. enumerat ope-
ra carnis q̄ lepzā spiritualē q̄ hozribilioz est
lepza cozpozali inducunt. Hoztat autē nos
apl's in hac epla vt caute ambulemus dicēs
(Spiritu ābulate) Uin. i. scdm spm̄ diuinū
opera vestra facite (z desideria carnis) .i. de
lectationis et concupiscentias que caro su-
gerit (non perficietis) .i. opere non implebi-
tis (caro enī nō cōcupiscit aduersus sp3) Ly
.i. sensualitas cōtra rationē (spūs aūt (sup-
ple ecōuerso (aduersus carnem. Hec enim si-
biinuicē aduersantur) .s. caro z spūs. Caro
enī natione terrestris. Spūs aūt celestis et
dū vnū q̄dq3 ad patriā suam tendit fit pu-
gna vehemēs intantū (vt nō quecūq3 vul-
tis) scd3 rationē (illa faciatis) impediti motu
sensualitatis (q si spiritu ducemini) Ly. se-
quentes instinctū spūssancti (non estis sub le
ge) Goz. q̄ male agentibus posita est vt pu-
niatur p excessibus suis (manifesta sunt aūt
opera carnis) qz sunt sensibilia (q̄ sunt foz-
nicatio) Ly. q̄tum ad cōcubitum soluti cu3
soluta (inmundicia) Goz. i. peccatū contra
naturā qd est innominabile (impudicicia)
Hec est in gestibus vel actibz vel osculis vl
aliis circūstantiis illicitis (Luxuria est no-
men generale ad vicium illud (ydoloz ser-
uitus) Ly. vt patet de salomone. iii. regū. xi
q̄ ex ardoze libidinis cū mulieribus alieni-
genis motus fuit ad sequēdū deos eaz (ve-
neficia) Ly. i. soztilegia que ratiōe libidinis
solent fieri (inimicicia) Ly. latētes animo (cō-
tentiones) in verbis clamozosis (emulatio-
nes) in factis (ire rixe) in effectu nocendi: vt
qñ seinuicē pcutiunt vel ledunt (dissentio
nes (.i. qñ partes fieri incipiunt: z scismata
(secte) .i. hereses (inuidie) in aīo (homicidia)
in facto (ebzietates) Goz. i. assidue potatōes
quo ad superfluitatē i potu (cōmessatiōes)
supflue quo ad cibū (et his similia) ad q̄ ca-
ro est pna: sicut vestimētozū z lectozum et
mollities balneoz: z sic de aliis (que pdico
vobis) sc3 anteq̄ veniat dies iudicii: qz tūc
penitere nō poteritis (sicut pdixi) vobis an
te hāc epystolā (qm̄ q̄ talia agūt) i. aliq̄d ho
rū (regnum dei non cōsequētur) Uin. ex hoc
sequitur q illa pctā enumerata in littera sūt
pctā moztalia: quia nichil separat a deo ni-
si moztale peccatum Post hoc describit vi-
tam spūalē dicēs (fructus autē spiritus) . i.
opera spiritussancti (est caritas) sine qua ea
q̄ sequūtur non valent. id̄ pponit (gaudiū)
.i. puritas conscientie et exultatio mētis: et
hec est digna leticia (pax) .i. concozdia ad p-
ximum qñ se non inquietant et turbant (pa-
ciencia. s. intollerantia aduersitatū (longa-
nimitas) .s. in expectatione pmiozum (boni
tas. i. dulcedo animi interius (benignitas)
i. largitas rerum ostendens bonitatē animi
extra per opera (mansuetudo) qd est tracta-

bilis et cõuersatiu⁹ cũ aliis (fides). i. certitudo de inuisibilibus vt credat oĩa credenda et non alia (modestia) vt homo seruet modũ ĩ dictis in factis et in oĩb⁹ agẽdis (cõtinẽtia) vt hõ etiã aliqñ a licito se abstineat ppter deũ (castitas) vt recte vtatur licitis vt vxore et huiõi (aduers⁹ huiõi). i. cõtra (non est lex) q3 iusto nõ est lex posita sed malis imposita est lex. vt iniqtas eo2 p penas legis puniat: sed bonis imposita est crux xpi ergo dicit (Qui aũt sunt xpi). i. boni xpi imitatores (carnẽ suam crucifixerunt). i. xpo crucifixo se conformauerũt affligendo carnem suã (cũ viciis et ꝯcupiscentiis) Ly. ita q concupiscẽtie vt vicia mortua sunt in eis.

¶ Dominica.xv. post penthecostem. Ad galathas.vi

Fratres: Si spiritu viuimus: spiritu et ambulemus. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi inuicẽ puocãtes inuicẽ inuidẽtes. Fratres et si poccupat⁹ fuerit homo ĩ aliquo delicto vos q̃ spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis cõsyderans teipsũ ne et tu tẽteris. Alter alteri⁹ onera portate: et sic adĩplebitis legẽ christi. Nã si q̃s existimat se aliquid esse cũ nichil sit: ipse se seducit. Op⁹ aũt suũ pbet vnusq̃sq3: et sic ĩ semetipso tantũ gloriã habebit/ et nõ ĩ altero. Unusquisq3 eñi on⁹ suũ portabit. Cõmunicet aũt is q̃ cathetizatur verbo: ei q̃ se cathetizat ĩ omnibus bonis. Nolite errare: de⁹ nõ irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quoniam qui seminat in carne sua metet corruptionem. Qui aũt seminat in spiritu: de spiritu metet vitã eternã. Bonus autem facientes non deficiamus. Tempore eñi suo metemus nõ deficiẽtes. Ergo dũ tempus habem⁹ operemur bonum ad omnes maxime autẽ ad domesticos fidei.

Postilla.

¶ Fratres Si spũ viuim⁹: spiritu. &c. Ante initiũ illi⁹ eplẽ scribit sanctus paulus dicens. Qui sunt xpi carnẽ suã crucifixerunt cũ viciis et ꝯcupiscentiis. Tũc sequitur epystola presens que cũ euãgelio hodierno concordari põt hoc modo. In euangelio dr. Nemo potest duobus dominis seruire. Duo dñi sunt caro et spũs. In eplã vero dr qualiter spũ sit ambulandũ et nõ scd3 carnẽ. Item in euangelio phibetur sollicitudo vite pñtis. In epystola hortamur ad opera spũs viuificantis. Unñ aplus dicit (Fratres si spm̃ viuimus). i. p spm̃ sc̃m (spiritu et ambulem⁹) sequendo instinctum spũssc̃ti in operibus nostris vel dictamẽ recte rationis: et q3 bonũ opus ꝑut frequenter est occasio vane glorie: ideo subdit (nõ efficiamur inanis glorie cupidi inuicẽ puocãtes) Ly. vbis iniuriosis (inuicẽ inuidẽtes) de bonis ꝓximorum dolentes post hoc aplus inducit nos ad mutuã supportatiõez dicẽs (Fratres et si poccupat⁹ fuerit homo) Ly. p aliquam passionẽ insurgẽtẽ vel p aliquã ignorantiã (in aliquo delicto) Ubi sciendu3 q pctm̃ est ꝑpetratio mali et desertio boni (vos q̃ spirituales estis). i. pfectiores in vita et scientia (huiusmodi instruite). i. ad bonu3 reducite (in spũ lenitatis). i. rationabiliter et leniter non in impetu furoris (cõsiderãs teipm̃). i. fragilitatẽ ppriã (ne et tu tẽteris). i. in simile pctm̃ cadere pmitaris: sicut petrus cadere pmissus est vt sciret cõpati casibus subditorum (alter alterius onera portate). i. infirmitates mutuas et labores subueniẽdo mutuo (et sic adimplebitis legem xpi) q̃ est lex caritatis. Gor. Lex eñi moysi fuit lex terroris lex christi lex amoris Unñ aug. Breuis differẽtia legis et euangelii timor et amor (Nã et si quis existimat se aliquid esse). i. magnum

quid de se sentiēs in superbia(cū nichil sit) de se nisi vanitas ⁊ peccatū vt pz.i. ad cor. iiii. Quid habes quod non accepisti (ipse se seducit).i.seorsum a veritate se ducit:qz per hoc in cōtēptū fratris ⁊ in alia pctā cadit:vñ subdit(op⁹ autem suum pbet vnusqsqz).i. diligēter examinet(⁊ sic in semetipso tantū) in testimonium ppzie conscientie(gloria habebit ⁊ non in altero).i. falsa laude alteri⁹ cui non est credendum(vnusquisqz enī on⁹ suū poztabit).i.mercedē boni vel mali operis(communicet aūt)Ly.i. pzelato ⁊ doctori(is).i.ille(q̄ cathetizatur)i.instruitur(verbo).s.doctrine(ei q̄ se).i.qui eum(cathetizat) i.instruit(in omnibus bonis) q̄ dicit ⁊ docet non in malis que facit: vt patet mathei xxiii.que dicunt facite secundū opera vero illozum nolite facere(nolite errare).s.credēdo q̄ possitis eis cōfozmari in malis ⁊ illicitis:sicut dicunt quidam:quare non faciam hoc ex quo sacerdos meus facit(deus non irridetur)Glo.id est non potest falli(que enī seminauerit homo)in pzesentis vite laboze (hec et metet)in futura retributione(quoniam qui seminat in carne sua).s.fouendo vicia carnalia(de carne ⁊ metet corruptionem)scilicet pene eterne(qui autē seminat in spiritu)scilicet spiritualibus operibus(de spiritu).id est de virtute spūssancti(metet vitam eternam)pro pzimo(bonum autem facientes non deficiamus)scilicet a bono inchoato(tempoze enim suo metemus non deficientes.quia merces erit eterna)ergo dum tempus habemus(.i. merēdi quod breue ē) operemur bonum ad omnes(scilicet generaliter)maxime autem ad domesticos fidei. Glo.i. ad christianos fideles qui domestici dicuntur:qui(nobiscū sunt de familia eiusdem dom⁹:scz ecclie que est domus dei.

¶ Dominica.xvi.post penthecostem. Ad ephe.iiii.

FRatres:obsecro vos ne deficiatis in tribulatiōibus meis pro vobis que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini nostri iesu xpi:ex quo omnis paternitas in celo ⁊ ī terra nominatur vt det vobis secundū diuitias glīe sue virtutē corroborari p spm̄ ei⁹ ī interiozi homine habitare xpm per fidē in cordibus vestris. In caritate radicate ⁊ fundate: vt possitis cōpzehendere cū oībus sctīs q̄ sit latitudo/lōgitudo sublimitas/⁊ pfūdū: scire etiā supereminentem scientie caritatem christi: vt impleamini ī omnē plenitudinē dei. Ei autē q̄ potens ē omnia facere superabūdāter q̄ꝫ petimus aut intelligimus secundū virtutē que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu in oēs generationes seculi seculozū amen.

Postilla.

¶ Fratres. Obsecro vos ne deficiatis ī tribulatōib⁹.⁊c. Ad litiū illi⁹ eplē scribit sctūs paul⁹ dicēs ipsis ephesiis. Uos q̄ aliqn̄ eratis lōge facti estis ppe in sanguine xpi. Tūc seqt̄ pñs eplā in qua aplus docet nos qlr nō solū in psperitatib⁹ sz etiā in tribulatiōib⁹ a bono deficere ⁊ retrocedē nō debem⁹ dicēs(Frēs Obsecro vos ne deficiatis) Uin.s.i fide ⁊ bonis opꝫib⁹.s.me exñte(in tribulationib⁹ meis).i.in vinculis ⁊ in carceribus(p vobis).i. p doctrina ⁊ fide q̄ꝫ vobis pdicaui(que)s.fides(est glīa vrā.i.meritum glozie eterne(h⁹ rei grā)i.ppt hāc causā.s. vt non deficiatis in fide ⁊ sanctitate vite(flecto genua mea)s.cozdis ⁊ corpozis(ad prēz dñi nrī iesu xpi)Ly.i.ipm deuote depcando (ex quo oīs paternitas)i.anteq̄ꝫ ab auctoze (in celis).i.celestib⁹ angelis)⁊ ī terra.i.ī terrestrib⁹ hoīb⁹(noīat vt det vobis scdz diuitias glīe sue).i. scdm abundātiā bonitatis sue(Utute)Ly.patiētie in aduersis(corroborari per spm̄ eius).i.spm sanctū(in interiori homine).i.in volūtate ⁊ intellectu(habitare xpm in cozdibus vestris per fidē)q̄ pꝫ

eificat habitaculum patris vestri(in carita
te radicari).i. quẽadmodũ arboꝛ q̃ q̃to pꝛo
fundius f̃git radices in terra tanto minus
euelli potest(⁊ fundati) ad similitudinem
stabilis edificii.qꝛ q̃to plus ⁊ melius dom⁹
fundatur:tanto diutius stat(vt possitis cõ
pꝛehendere).i.pfecte intelligere(cuz oibus
sctis).s.aplis martyꝛib⁹/ ↄfessoꝛib⁹ ⁊ virgi
nibus ⁊ cũ pfectis fidelibus(que sit) Goꝛ.i.
q̃ta debet esse(altitudo)caritatis:qꝛ in ext̃
sione vsq; ad inimicos. vt ptz math. v. Dili
gite inimicos vostros(lõgitudo).i.caritatis
qꝛ in pseuerantia meritoꝛiũ:vt ptz math.x.
Qui aũt pseuerauerit vsq; in finẽ:hic salu⁹
erit(sublimitas).s.caritatis: qꝛ in intentõe
celestiũ p̃mioꝝ. vñ collo.iii. Que sursũ sũt
querite (et pꝛofundum.s.caritatis: humi
litate ⁊ consideratione iudicioꝝ dei. Vñ.p̃.
xxv. Judicia dei abyssus multa. Jtẽ oꝛo vt
possitis(scire).i.intelligere(etiã supueniẽtẽ
caritatẽ xp̃i(qꝛ aiam suam p nobis posuit:
vt pz io.xiiii. Maioꝛẽ caritatẽ nemo hz : vt
aiam suã ponat q̃ p amicis suis(vt implea
mini in omnẽ plenitudinẽ dei . Vm.i.in oĩ
fructu iusticie in p̃nti:⁊ tandẽ oĩ fructu gl̃ie
in futuro(Ei aũt).i.deo patri(q̃ potens est
oia facere)i.oĩpotens est(superabũdanter)
Goꝛ.i.supꝛa meritũ:vt pz roma. viii. Non
sunt cõdigne passiones huius tẽpoꝛis ad fu
turã gloꝛiã(quam petimus).i. plusq̃ petere
sciamus vel pꝛesumamus(aut intelligim⁹)
.i.plusq̃ intelligere possum⁹. Ratio qꝛ no
stra intellectio semp est finita:sed sua posse
est infinitum igit(scdm virtutẽ). s. diuinã
que operatur i nobis(Goꝛ. vltra q̃ petere
p̃sumeremus.s. vt deus homo fieret et q̃ p
nobis moꝛeret(ip̃i deo patri sit(gl̃ia in ec
clesia(Vin quã in sanguine filii sui lauit(et
in xp̃o iesu).i.in eius filio(in oẽs generatio
nes seculi seculoꝝ(. i. in tota ↄgregatione
mundi vbi vna generatio p̃terit et altera
aduenit:et sic quodammodo succedũt secu
la seculis.

Dñica.xviii.post penthe.Ad ephe.iiii.

Fratres. Obsecro
vos itaq; ego vin
ctus in dño: vt di
gne ambuletis vo
catiõe qua vocati
estis cũ oĩ humilitate ⁊ mansue
tudine:cũ patientia suppoꝛtã
tes inuicem in caritate. Solli
citi seruare vnitatẽ spiritus ĩ
vinculo pacis. Unũ coꝛpus et
vnus spirit⁹:sicut vocati estis
in vna spe vocationis vestre.
Unus domin⁹: vna fides/ vnũ
baptisma. Unus deus: ⁊ pater
omniũ qui est super omnes et
per omnia:et in omnibus no
bis . Qui est benedictus in se
cula seculoꝛum amen.

Postilla.

Fratres Obsecro vos itaq;
ego vinctus in dño.⁊c. Ante intiũ illi⁹ eple
scribit sctũs paulus dicens. Deus qui potẽs
est oia facere supabundanter q̃ petimus ãt
intelligim⁹ scdm virtutẽ q̃ operatur in no
bis. Tunc sequitur p̃ns epla. Notãdũ q̃ p̃ns
epystola ⁊ euangeliũ hodiernũ cõcoꝛdãt in
hoc:qꝛ euãgelium dicit de ydꝛopico quem
dñs iesus xp̃s curauit:et post hoc superbiã
phariseoꝛum increpando concludit dicens.
Qui se humiliat exaltabitur et qui.⁊c. Hic
apostolus paul⁹ in epystola hodierna do
cet nos huilitatẽ patientiã ⁊ mansuetudinẽ
sicut in epl'a patebit:ergo dicit(Fratres ob
secro vos itaq;) i.peto vos p hoc sup bis nõ
semper imperãdi ptãtem ⁊ exercendi : sed pie
ammonẽdi:qꝛ sicut sene.dicit. Generos⁹ est
animus hominis : potius vult verboꝛum
dulcedine duci q̃ impoꝛtunitate trahi.i.fa
cilius ducitur pia ammonitione q̃ violẽter
trahitur imperio ⁊ potestate(ego).s. paul⁹
(vinctus).i.ligat⁹ in carcere. Scripsit eni
hanc epystolã de roma detentus in carcere
p thymotheũ discipulũ suum(in dño).i. p
pter dñm(vt digne ambuletis) pcedendo de
virtute in virtutem(vocatione qua vocati
estis).s.ad fidẽ catholicã p p̃dicatões meas
(cũ oĩ huilitate) L.y.s.interioꝛi inq̃ cũ ad cõ
uersionẽ(⁊ mansuetudinẽ)vt tractabiles si
tis(cuz patientia)aduersoꝝ (suppoꝛtantes
vos inuicem)indefectib⁹ et infirmitatibus
(in caritate.s.dei ⁊ pximi(solliciti)sup.sitis
seruare vnitatẽ spiritus. i. vnitatẽ ecclesie

quam facit spiritussctūs: ⁊ ꝑ oppositū eiꝰ scisma facit dyabolꝰ (in vinculo pacis) sicut enim vinculū corporale venit ligata inter ip̄m sic pax et tranquillitas seruāt vnitatē credentiū (vnū corpꝰ) sup. sitis quod est corpꝰ x̄pi mysticum: ergo debemꝰ esse in caritate sicut membra corporis (et vnus spiritus) Vin. i. idem nolle ⁊ velle) sicut vocati estis in vna spe). s. beatitudinis eterne (vocatōis vestre) ad fidē catholicā ꝑ quaꝫ habetis vitam eternaꝫ. vnus dn̄s). s. cui seruitis (vna fides) qꝛ licet articuli sint multi in fide catholica: tamen vna est fides (vnum baptisma) Vincē. quo regeneramus (vnꝰ deus et pater oīm) scꝫ per creationē. ⁊ ideo nemo potest se alteri proferre (qui est super oīes). s. creaturas per excellentiā (⁊ per omnia) ꝑ generalē rerum gubernationē (⁊ in omnibus nobis) s. fidelibꝰ spiritualiter est per gratiam (q̄ est benedictus in secula seculoruꝫ amen.

¶ Feria.iiii. quattuor tēpoꝝ post festū sctē crucis mensis septēbris. L. amos vlt.

Hec dicit dn̄s deus Ecce dies veniūt: ⁊ cōprehendit arator messorē et calcator vue mittētē semē. Et stillabūt mōtes dulcedinē ⁊ omnes colles culti erunt ⁊ cōuertā captiuitatē populi mei israel: ⁊ edificabūt ciuitates desertas / ⁊ habitabunt in eis. Et plantabūt vineas et habent vinū earū: ⁊ faciēt hortos / ⁊ comedent fructꝰ eoꝝ Et plantabo eos super humū suam. ⁊ nō euellam eos vltra de terra quā dedit eis. Dicit dn̄s oīpotēs. Postilla.

¶ Hec dicit dn̄s deus. Ecce dies veniūt ⁊c.) In principio huius capituli propheta denūciat populi israel destructionē Et deinde circa mediū ipsius capituli denunciat ipsius populi finalē reparationē per x̄pm. hic ꝯsequenter in hac presenti lectione q̄ ponit in fine capituli describit dicte reparationis acceleratio q̄ facta est per celerē euāgelii ꝑdicationem: qꝛ viuente adhuc beato petro ⁊ in pluribus aliis apostolis fides catholica fuit per totū orbē ꝑdicata. Sicut plenius declarat sup illud. p. In omnē terrā exiuit sonus eorum ⁊c. Et breuiter petitur hic resumi. predicatio enim euangelii incepit ab hierusalē que est in medio terre habitabilis. Act. i. Et idē deriuata est circūquaq. Versus aūt occidentē publicata fuit viuente petro: quia discipuli ab eo missi in franciā per predicationē euangelii edificauerunt lenonis eccliam in honore beati petri quem credebāt passum. Sed postea audientes ipsū viuum nominauerunt dictam ecclesiā sancti petri viui. Et eodē tēpore fides catholica fuit predicata per omnia loca notabilia regni francie vsq ad mare occeanū: quod est terminus terre habitabilis secūdū astrologos Et eadē ratione euāgeliū tūc fuit predicatū versus alias partes a hierusalē scꝫ orientis austri ⁊ aquilonis Immo probabilius hoc videtur: qꝛ plures apostoli ⁊ alii discipuli christi dispsi fuerūt ad predicandū euāgelium versus alias partes q̄ versus occidentē: ⁊ sic patet celeritas gentium ad fidē. Item sciēdum q̄ conuersio gētiliū ad fidem messis nomine designat: Lu. x. Messis quidem multa. ⁊c. Et similiter calcatio vue ⁊ semiatio parabolice prophetie hoc modo frequenter loquit christus in euāgelio. Unde lu. viii. Semen est verbum dei Est igitur sensus (Ecce dies veniunt) tempus noui testamenti. (Et comprehendit arator messorem). i. predicator statim attinget ad fidelium conuersionē Sicut patet act. ii. Ubi ad predicationem petri statim conuersi sūt tria milia. Et quarto capitulo quinq milia (⁊ calcator vue). i. propinator sacre doctrine (mittentē semen). i. faciet discipulos apertos ad predicandū sicut patet i actibus apostoloꝝ in pluribus locis. q̄ edocti ab eis predicabant verbum dei. (Et stillabunt mōtes (.i. apostolis ceteris preeminentes) dulcedinem) euāgelice doctrine ⁊ (oēs colles). i. minores (culti erūt) cultura sp̄ūssancti ad perferendū fructū in ecclīa dei (⁊ cōuertā captiuitatē populi mei israel) liberādo eos de seruitute dyaboli (et edificabunt ciuitates. ⁊c. Et per hec intelligunt vniuersi status ecclesie. per ciuitates status coniugatorum i quo requiretur consensus animorum. Unde ciuitas dicitur ciuium vnitas Per vineas vero intelligitur status prelatorum ⁊ doctorū. Unū et christꝰ dicit io. xv. loquēdo discipulis suis. Ego sum vitis ⁊ vos palmites per hoꝛ

tos vero status religiosorũ qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status sũt instituti a tẽporibus apostolorum et temporum et discipulorum xpi. Et perceptio vtilitatis seu fructus consequentis est consecutio meriti in presenti et premii in futuro.

¶ Eodẽ die. Lectio libri esdre .viii. capitulo.

In diebus illis. Cõgregatus est oĩs populus quasi vir vn⁹ ad plateã: que est ãte portã aquarum. Et dixerũt esdre scribe vt afferret librũ legis moysi quẽ precepit dñs israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legem corã multitudine virorum ac mulierum: cũctisq; qui poterãt intelligere in die prima mẽsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portã aquarũ a mane vsq; mediam diẽ: in conspectu virorum ac mulierum et sapientiũ et aures oĩs ppli erãt erecte ad librũ. Stetit aũt esdras scriba super gradũ ligneũ quẽ fecerat ad loquẽdũ: et steterunt iuxta eũ et aperuit esdras librũ corã omni populo. Et benedixit esdras dño deo magno et respõdit omnis populus amen amẽ. Eleuãs aũt oĩs popul⁹ manus suas incuruati sũt: et adorauerũt deũ proni in terrã. Porro leuite silentium faciebant in populo ad audiẽdã legẽ. Populus aũt stabat in gradu suo et legerũt in libro legis dei distincte et apte ad intelligẽdũ. Dixit aũt neemias sacerdos et esdras scriba et leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Et dixit eis. Ite et comedite pĩgua: et bibite mulsũ et mittite partes eis qui nõ preparauerũt sibi quia sanct⁹ dies domini est. Et nolite cõtristari: gaudiũ etenim dñi est fortitudo vestra.

Postilla.

¶ In diebus illis. Cõgregat⁹ est oĩs ppls̃ .&c. Postq̃ in capitulis precedẽtibus descripta est ciuitatis mutatio et murate clausio. Hic consequenter describitur populi congregatio ad deprecãdũ dñm: ne propter pctã populi ciuitas iterum vastaretur. Dicit ergo) Cõgregatusq; est omnis popul⁹ quasi vir vn⁹ .i. totaliter perfecte vel vno animo et volũtate ad festũ celebrandũ et hoc fuit in septẽbri: vt pz in principio isti⁹ capituli (ad plateã) que est ante portã aquarum. Ista porta nominatur porta fontis et in opposito illius porte non tñ immediate erat atriũ vbi homines orabant et audiebant verbum diuinum et hoc atrium vocatur hic platea (Et dixerunt esdre scribe vt afferret librum legis moysi) quam reperauerat. vt dictum est supra. scz esdre .vii. Et ideo iam melius docere poterat (Et legit in eo aperte) .i. intelligibiliter declarando ea que videbantur obscura. In die primo mensis septimi: in quo est festum turbarum. vt precipitur leui .xxiii. (De mane vsq; ad mediam diẽ) in quo apparet eius sollicitudo populum docendo: et etiam deuotio populi ita diu et attendo audiẽdo. Ideo subditur (Et aures .&c. erecte ad librum) .i. ad audiendum ea que erant in libro. et aures mentis erant attente ad intelligendum (Stetit .&c.) super gradum ligneum. Dicitur autem de salomone q̃ stetit supra basin eneam ad loquendum populo: vt habetur in paralipo .vi. Sed illam basin alia metalla portauerunt secum chaldei quando incenderunt templum et ciuitatem: vt habetur .iiii. regum vltim. Esdras autem non erat diues sicut salomon. et ideo pro gradu eneo fecit gradũ ligneum ad loquendũ (Et benedixit esdras dño deo (ostendens q̃ in princi-

plo predicationis ad impetrandũ gratiã dei debet fieri oratio: non solũ a pdicãte: sz etiã a toto populo: ideo subditur (Et respondit omnis populus. zc.) populus aũt stabat in gradu suo. i. inferius q̃ esdras qui superueniebat populo: vt pdictum est (Dixit autẽ neemias) Hic zña describit lectionis interptatio: cũ dicit (Dixit autẽ neemias) ipse est athersata. Hic enim alio nomine dictus est cuius ratio fuit supradicta. i. esdre. ii. (Et esdras sacerdos et scriba. zc) Non est hoc itelligendũ q isti oẽs simul loquerẽtur: qz esset magis confusio intellectus audientiũ q̃ instructio: nisi forsitan in diuersis locis z diuersis partibus populi sic loquerent q vnus non impediret alium: quod tamen non videtur verũ: qz in principio huius capituli dicitur. Congregatus est ois populus quasi vir vnus ad plateam q̃ est ante portam aquarũ Ex quo videtur q totus erat cõgregatus in loco vno. Solus igit esdras legẽ legebat z obscura declarabat: sed alii in hoc ipsũ iuuabant qz sibi assistentes faciebant silentium in populo ipm reprimentes a luctu et gemitu qz non erat dies luctus sed spiritualis leticie (Flebat enim ois populus. zc) qz pcipiebat se legem transgressum fuisse in multis. (Comedite pinguia z bibite mulsũ). i. vinũ melle dulcoratũ. Ex hoc patet q in diebus festis possũt fideles z debent lautius viuere cũ moderamine: tamen (Et mittite partes) id ẽ exeniã (eis q̃ nõ pparauerũt sibi). i. pauperibus q̃ nõ habuerũt vnde possent sufficienter sibi puidere (z nolite contristari) cuius ratio subdit (Gaudiũ etenim dñi. zc.) i. gaudium spirituale quod debetis in dño gaudere in hac solẽnitate est zsolatio nostra nos fortificans ad bonum. Cetera autem oĩa huius lectionis patent ex dictis.

¶ Fer. vi. Lectio osee pphete xiiii. capi.

Hec dicit dominus deus: Conuertere israel ad dominũ deũ tuũ: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba z conuertimini ad dominũ z dicite ei Omnẽ aufer iniquitatẽ et accipe bonũ: et reddemus vitulos labiorũ nostrorũ. Assur nõ saluabit nos: super equos non ascẽdemus nec dicemus vltra dii nri opa manuũ nostrarũ: qz eius q̃ i te ẽ misereberis pupilli. Sanabo cõtritiões eorũ: diligã eos spõtanee qz auersus ẽ furor meus ab eis. Ero quasi ros isrl' germinabit quasi liliũ. Et erũpit radix eius vt libani. Ibunt rami eius z erit quasi oliua gl'ia eius: et odor eius vt libani. Cõuertent sedẽtes i vmbra eius viuẽt tritico. et germinabũt quasi vinea / memoriale eius sicut vinum libani Ego exaudiã z dirigã eũ ego vt abietã virẽtẽ ex me fructus eius iuent' ẽ. Quis sapiẽs z itelligit ista itelligẽs z sciet hec. Quia recte vie dñi: z iusti ãbulabũt in eis.

Postilla.

¶ Hec dicit dñs deus. Conuertere israel. zc.) In precedẽtibus capitulis posita ẽ pmulgatio diuine iusticie i populũ iudaicũ. In hoc vltimo capitulo ponitur pmulgatio diuine misericordie: z hoc generaliter q̃tum ex se. Et propheta postq̃ incitauit in principio ad penitentie veritatẽ manifestat diuine misericordie largitatem. In secunda miratur credentiũ paucitatem. Circa primum dicit. (Conuertere israel ad dominũ). s. per penitentiam verã. Ita proclamauit iohannes precursor xpi. Penitentiã agite: appropinquabit enim regnũ celorũ. Unde baptismus iohannes baptiste fuit quedã ptestatio penitentie agende in aduentu christi (q̃m corruisti in iniquitate tua) a statu gratie. (Tollite vobiscum verba) non dicit brutorum animaliũ sacrificia q̃ cessauerunt in lege noua: sed verba duplices confessiõis scz peccatorũ et diuine laudis quibus homo conuertitur ad deum (Et dicite ei) i. christo. (Omnem aufer iniquitatẽ (Christus enim

abstulit peccatū oꝛiginale per sacramentū
baptismi:et actuale per sacramentū penitē-
tie. Propter qđ dicit de eo io.i. Ecce agnus
dei.ecce qui tollit peccata mūdi (Ecce accipe
bonū).s.bonū de gn̄e ad quod extendit facul
tas humana (fac acceptū deo patri) sua gra
tia (Et reddemus vitulos.i.sacrificia eo ꝙ
ī veteri lege de specie bonis fiebant maioꝛa
sacrificia (Labioꝝ nostroꝝ) .i.laudes deuo-
tas q̄ sunt sacrificia acceptissima.ps.xlix. Sa
crificiū laudis honoꝛificabit me. (Assur nō
saluabit nos.⁊c).i.pressuris nō recurremus
ad auxiliū humanum sed diuinum . Et ita
fuit in pꝛimitiua ecclesia:ꝙ xp̄iani cōtra per
secutiones iudeoꝝ et etiam tyrannoꝛū non
pugnabāt armis: sed oꝛationibus deuotis.
Unde p oꝛationes beati basilii ⁊ sui populi
sanctus mercurius miles iā defunctis inter
fecit iulianum apostatem ecclesie ꝑsecutoꝛē
et eius lancea que ī ecclesia beati basilii ser
uabatur inuenta est sanguie iuliani aposta
te perfusa (Nec dicem⁹ vltra dii nostri. ⁊c)
q2 p aduentū xp̄i deiecta est idolatria (q2 ei⁹
qui ī te est misereberis pupilli) Erat eīm po
pulus an̄ aduentū xp̄i pupillus.quia carēs
parentibus:sed nunc habet xp̄m ⁊ ecclesiam
verū patrem et veram matrē (Sanabo.⁊c)
Hic ꝯsequēter pꝛophetat diuine misericoꝛ-
die largitatē dicens in persona xp̄i. (Sana
bo contritiones eoꝝ).i.vere penitentes sa-
nabo per gratiam (diligā eos spōtanee) q2
amoꝛ inter hominē ⁊ deū pꝛimo ꝓcedit ex
arte dei pꝛopter qđ dicit io i. canonica ca.
vii. Diligam⁹ deū qm̄ ip̄e pꝛioꝛ dilexit nos
⁊ sic de eius dilectio est spōtanea (q2 auersus
est furoꝛ meus ab eis) p moꝛtē eīm xp̄i homi
nis placatus est deus pater.et per ꝯsequens
filius q̄ est vn⁹ deus cum ipso. Ideo subdit
(Ero quasi ros) Sicut enim ros inuisibilit̄
descendit et fecundat terram: sic dei fili⁹ in
uisibiliter descendens fecundauit virginē
Esaye.lv. Roꝛate celi desup ⁊ nubes pluāt
iustum:aperiatur terra ⁊ germinet saluato-
rem (⁊ isrl̄) id est populus xp̄ianus seu eccle
sia (germinabit sicut lilium) per puritatem
vite (Et erūpet radix eius) Radix eīm eccle
est ipse xp̄s scđm quod declarat diffuse aug.
super.ps. Ista radix erupit quando aposto-
los aliosq3 fideles ꝓtulit. Ideo subdit. Ibūt
rami eius).s.de virtute in virtutem (⁊ erit
quasi oliua)que semper est ī viroꝛe (gloꝛia
eius) q2 glīa xp̄i non marcessit (et odoꝛ ei⁹)
id est fame bonitatis xp̄i in se ⁊ ei⁹ discipulis
(diffundet) Sicut impletū est p vniuersū
oꝛbem pꝛopter qđ dicit apl's.ii. ad choꝛin.ii.
Chꝛisti bonus odoꝛ sum⁹ in omni loco (Cō
uertentur sedentes in vmbꝛa ei⁹).s.xp̄i (vi-
uent tritico) i.eucharistie sacramento qđ cō
ficitur in pane triticeo: ⁊ hic panis dat vitā
mūdo.io.vi. Si q̄s mādūcauerit ex hoc pa-
ne viuet ineternū (⁊ germinabūt quasi vi-
nea) ꝓpter hoc dicit saluatoꝛ.io.xv. Ego sū
vitis vera ⁊ vos palmites (memoꝛiale eius
sicut vinum libani) Prope eīm mōtem istū
crescebat vinū optimū ⁊ memoꝛia dignum
Ephꝛaim sup.dicet. Quid michi vltra ydo-
la. Multi enim de decē tribubus reuersi a
regno assyꝛioꝝ credi xerunt ad p̄dicationē
apl'oꝛum alioꝛumq3 xp̄i discipuloꝛum omni
ydolatria et superstione deiecta. Licet enim
iudei qui redierunt de babylone non legan
tur postea ydolatrasse nisi aliqui pauci ma-
chabeoꝝ tp̄e. Illi tn̄ de decem tribubus q̄ nō
redierūt de captiuitate p assyꝛiis facta ydo
la coluerunt: saltē vt pote inter ydolatras
cōmoꝛātes (Ego exaudiā) oꝛationes eius (⁊
dirigā eū) in viam salutis. Ego vt abietem
virentē).s.faciā eum (ex me fructus eius) si-
cut patet ca.precedenti. Tantūmodo in me
auxilium tuū) Hic mutatur modus loquen
di de tercia persona ad secundā (Quis sapi-
ens.⁊c.) Hic admiratur paucitatē credētiū.
Licet eīm pꝛimi credentes in xp̄o fuerunt iu
dei:tamen fuerunt pauci cōparatiue respe-
ctu remanentium in infidelitate:quod ꝓphe
ta admirat. Cum videt in spiritu xp̄m tot ⁊
et tanta miracula facturū ꝙ merito sibi ab
omnibus erat credendum / ideo subditur.
(Quis sapiens) sapientia.de sursum descē-
denteque est suadibilis et bonis consentiēs
ia.iii. (et intelliget ista) quasi dicat pauci cō
paratiue intelliget dicta pꝛophetarum (et
sciet hec) que dicta sunt (quia recte vie dn̄i
scilicet pꝛecepta decalogi et euangelia et cō-
silia (et iusti ambulabunt in eis) id est iusti
ficati per fidem chꝛisti pꝛocedent in eis de
virtute in virtutem.

¶ Sabbato quattuoꝛ tempoꝛū septēbꝛis.
Lectio libꝛi leuitici.xxiii.capitulo.

In diebus illis. Locutus
est dn̄s ad moysē dicens
Decimo die mēsis huius septi-
mi dies expiationū erit celeber
rimus:⁊ vocabit sanctus affli
getisq3 animas vestras in eo:⁊

offeretis olocaustũ. De opꝰ ser
uile non facietis in tẽpore diei
huius: quia dies propitiatiõis
est vt propicietur vobis dñs de
us vester. Omnis anima que
afflicta nõ fuerit die hoc: peri
bit de populis suis. Et que ope
ris quippiã fecerit: delebo eam
de populo suo Nichil ergo ope
ris facietis in eo. Legitimũ se
piternũ erit vobis ĩ cunctis ge
nerationibus: et habitationibꝰ
vestris Sabbatũ requietionis
est: et affligetisq; animas vestras
Die nono mensis huiꝰ a vespe
ra vsq; ad vesperam celebrabi
tis sabbata vestra. Dicit domi
nus omnipotens.

Postilla.

In diebus illis Locutꝰ est do
minus ad moysem dicens. Decimo die rc.)
In hoc totali capitulo agitur de temporibꝰ
offerendi: que quidẽ tempora sũt solennita
tes in q̃bus fiebant specialia sacrificia vltra
quotidiana Sed in hac lectione que ponit
circa finẽ ipsius capituli determinatur de fe
sto expiationis quod celebratur in memoriã
illius beneficii quo dñs inclusit peccatũ de
fabricatione vituli: et ideo celebrabatur de
cima die mensis septimi: quia tunc descẽdit
moyses de mõte portans secundas tabulas
in signũ propiciationis diuine (Affligetisq;
aĩas vestras ĩ eo) Tũc eĩ debebant affligi in
dei ieiuniis et vigiliis (Et offeretis olocau
stũ dño eo modo quo determinatur nume.
xxix die nono mẽsis septimi rc.) quia sicut
dictũ est frequenter d'es solẽnes incipiebãt
a vespere precedẽtis diei.

Eodẽ die Lectio libri leuitici.xxiiii.

IN diebꝰ illis Locutus est
dñs ad moysẽ dicẽs Qui
to decimo die mẽsis septimi hu
ius quãdo cõgregaueritis oẽs
fructus terre vestre: celebrabi
tis ferias dñi septẽ diebus. De
primo et die octauo erit sabba
tũ id est requies Sumetisq; vo
bis die primo fructus arboris
pulcherrime: spatulasq; palma
rũ et ramos ligni densarum frõ
dicũ: et salices de torrente et le
tabimini corã dño deo vestro.
Et celebrabitis solẽnitatẽ eiꝰ
septẽ diebꝰ per ãnũ. Legitimũ
sẽpiternũ erit vobis in genera
tionibꝰ vestris Mense septimo
festa celebrabitis: et habebitis
in vmbraculis septem diebus.
Omnis qui de genere israel est
manebit in tabernaculis: vt di
scant posteri vestri q' in taber
naculis habitare fecerim fili
os israel cum educerem eos de
terra egypti ego dominus de
us vester.

Postilla.

In diebꝰ illis Locutꝰ est do
minꝰ ad moysẽ dicẽs. Quitodecio. rc Post
supradictã lectionẽ nõ tñ immediate seq̃tur
lectio p̃ns q̃ facit finẽ p̃dicti capituli. Unde
inter p̃dictã lectionẽ et hanc p̃sentẽ fit men
tio ĩ textu de festo tabernaculoꝝ qđ celebra
tur in memoriã illiꝰ bñficii quo dñs inclusit
pctm̃ de fabricatõe vituli: et ideo celebraba
tur decima die mẽsis septimi: q2 tũc descen
dit moyses de mõte portãs scdas tabulas in
signũ p̃piciatiõis diuine (Affligetisq; aĩas
vr̃as in eo) Tũc eñ debebãt affligi in dei ie
iuniis et vigiliis Et offeretis olocaustũ dño
eo mõ q̃ determiat nume.xxix. die vero mẽ
sis septimi. rc.) q2 sicut dictũ ẽ freq̃nter dies
solẽnes incipiebãt a vespere p̃cedẽtis diei.

Eodẽ die. Lectio libri leuitici.xxiii.

Sabbato. iiii. tp̃m septẽbris. ꝑystola.

Domine deꝰ noster pa
sce populũ tuũ ĩ virga
tua gregẽ hereditatis tue habi
tantes solos terrã ĩ saltu iuxta
dies ãtiquos Videbũt gẽtes et
cõfũdent sup omni fortitudine
sua. Quoniã q̇s deꝰ similis tui
q̃ aufers iniq̃tatẽ: et transfers
peccatũ reliquiarꝫ hereditatis
tue. Nõ ĩmittet vltra furorem
suũ: qm̃ volẽs misericordiã est
Et reuertet: et miserebit nostri
Deponet oẽs iniquitates nr̃as
et ꝓiciet oĩa pctã nostra ĩ ꝓfũ
dũ maris. Dabis v̈itatẽ iacob
mĩaꝫ abrahã quã iurasti pr̃ibꝰ
nr̃is a diebꝰ antiq̇s: dñe deꝰ nr̃.

Postilla.

¶ Dñica secunda aduentus. Euangeliũ.
Secundum matheũ. xi.

IN illo tempore. Cum au
disset iohannes in vincu
lis opera christi: mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es
qui venturus es: an alium ex/
pectamus? Et respondens iesꝰ
ait illis Euntes renunciate io/
hanni que audistis ⁊ vidistis.
Ceci vident/claudi ambulant
leprosi mundantur. Surde au
diunt/mortui resurgunt pau/
peres euangelizantur. Et bea/
tus est qui non fuerit scandali/
zatus in me Illis autẽ abeunti
bus: cepit iesus dicere ad tur/

has de iohāne. Quid existis in desertū videre? Arundinē vento agitataz. Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitū? Ecce q mollibus vestiuntur: in domib⁹ regū sunt. Sed quid existitis videre prophetā? Etiā dico vobis & plusq̄ ꝓphetā. Hic est enī de quo scriptū est Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuā qui preparabit viam tuam ante te.

Postilla.

In illo tempore Cū audisset iohannes in vinculis opa xp̄i mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es. Mat. xi. Hoc autem euangelium factum est anno xp̄i. xxxi. idus decēbris. Feria vi. luna. xix. inditione. iiii. Ante initiuz illi⁹ euangelii scribit beatus mathe⁹ in precedēti capitulo: q xp̄s dicit discipulis suis. q̄ vos recipit me recipit. & qui me recipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit ꝓphetā in nomine prophete: mercedē ꝓphete accipiet. Et q̄ recipit iustū in nomine iusti: mercedē iusti accipiet. Et quicūq3 potū dederit vni ex minimis istis. calicez aque frigide tm̄ in nomine discipuli. Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Tunc post hoc sequitur euangelium (Cuz audisset iohānes in vinculis opera xp̄i) Ly. herodes antipas incarcerauit iohannem ad instantiaz herodiadis adultere propter hoc q iohannes arguebat ip̄m herodē: eo q abstulerat fratri suo philippo vxorem suaz noīe herodiadis. vt habetur mar. vi. Misit herodes & tenuit iohannē & vinxit eum in carcerem Johannes ergo in carcere positus (misit duos de discipulis suis ad iesum) vt dicerent (Tu es qui venturus es) s. messias in lege ꝓmissus qui debes saluare israel (an aliū expectam⁹) Hic queritur an iohannes dubitauit de xp̄o: an ipe esset saluator mūdi an esset moriturus in humana natura pro hominis salute Respondetur q nō dubitauit: qz prius ip̄m baptizauit. Math. iii. Et vidit spiritum sanctum descendentē super eum. Et insuper de eo testificatus est dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Sed discipuli ei⁹ qui non sic erāt illuminati dubitauerūt ipsum esse christum Et ideo misit discipulos suos vt viderent miracula christi: et sic crederent ip̄m esse saluatorem mundi. Isti autem duo discipuli recedentes a iohanne inuenerunt christum cum turbis populorum: qui venerant ad eū cum infirmis suis & expectabant infirmoru3 curationem. Et post predicationem tunc discipuli iohannis fecerunt sibi predictaz questionem coram omni populo. Christus autē non respōdit eis verbo: sed facto. vt dicitur luce. vii. In ipsa hora christus multos homines curauit a languoribus suis: et plagis & spiritus malis: et cecis multis donauit visū (Et respondens dixit illis iesus. Euntes) s. reuertentes vnde venistis (renunciate iohāni) scilicet ad suam consolationem et ad vestram confirmationez (que audistis). scilicet in mea predicatione (et vidistis) in miraculorum operatione (ceci vidēt: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiūt: mortui resurgūt: pauperes euangelizantur) id ē denunciantur habere regnum celorum. vt patet luce. vi. Beati pauperes quoniam ip̄orum est regnum celorum. Per hec eniz opera xp̄s manifeste ꝓbauit se esse messiam (et beatus est qui non fuit scandalizatus ī me) Gor. id est cum me post tot miracula viderit pati non me negabit (Illi autē abeuntib⁹) scilicet a xp̄o reuertentibus ad iohannem (cepit iesus dicere ad turbas de iohanne) scilicet ipsum commendando. Hylarius. Christus non commēdauit iohannē p̄ntibus discipulis eius sed abeuntibus ne videretur eum adulatorie commendare. Mos enī adulatorꝝ est in conspectu hominum laudare et in absentia eorum vituperare tales sūt similes scorpionibus qui cum aculeis anterioribus quasi applaudūt: sed cauda pungunt. Et xp̄us cōmendat iohannē in quinq3. Primo de virtute ꝯstantie: cum dixit (Quid existis in desertū) Ly. vltra iordanē vbi iohēs baptizabat (videre arūdinē vēto agitataz) quasi diceret vos existis in desertū ad iohānē q̄ nō fuit mobilis in mēte sicut arundo a vēto agitata. s3 est ita cōstans q nec timore nec amore a veritate declināt. Secūdo de austeritate vite cū dicit Sed q̄d existis in desertū videre hoīez mollib⁹ vestitū (quasi diceret nō: qz iohānes hēbat vestimentum de pilis camelorum: et esca ei⁹ erant locuste et mel silluestre: et ideo habitabat in deserto / vt

austerā vitā duceret (Ecce qui mollibus ve
stiūtur i domibus regū sunt) Adhuc eñi mul
ti de magnatibus adulātur: vt cū ipis cōme
morātes deliciis vtantur. sed veritatis ama
tores talia aspernantur. Tercio commen-
dat xp̄s a claritate noticie: cū dicit (Sed q̄d
existis videre prophetā (q2 iohānes fuit plus
q̄ propheta quē alii prophete p̄dixerūt ven
turū. ipsū eñi adhuc in vtero matris positus
agnouit: ⁊ postea ipsum baptisauit: ⁊ digito
monstrauit. Quarto cōmēdauit eū auctorita
te doctrine dicēs. (Hic ei ē de quo scriptū est
Mala.i. (Ecce ego mitto āgelum meū) i. io
hannē qui vitā ducit angelicā (ante faciem
tuā qui p̄parabit vitā tuā āte te) i. corda au
dictiū ad recipiendū xp̄z per p̄dicationē suā
Quinto cōmēdat eū immediate post hodier-
nū euangeliū super oīs sanctos dicens In
ter natos mulierum non surrexit maior io-
hanne baptista.

Dñica tercia aduentus. Euangeliū. Se
cundum iohannem. i.

IN illo tēpore Miserūt iu
dei ab hierosolimis sacer-
dotes ⁊ leuitas ad iohānē: vt in
terrogarēt eū (Tu q̄s es: Et con
fessus est: ⁊ nō negauit Et con-
fessus est: q2 nō sū ego christus
Et interrogauerunt eū. Quid
ergo: Helyas es tu: Et dixit.
Nō sum. Prophetas es tu: Et
respondit. Nō dixerunt ergo ei
Quis es: vt responsuz demus
his qui miserunt nos. Quid di
cis de teipso: Ait. Ego vox cla-
mantis in deserto. Dirigite viā
domini: sicut dixit isayas pphe
ta. Et qui missi fuerāt erant ex
phariseis Et interrogauerūt eū
⁊ dixerunt ei. Quid ergo bapti
zas si tu nō es christus: neq3 he
lyas/ neq3 propheta: Respōdit
eis iohannes: dicēs Ego bapti
zo in aqua: medius aūt vestrū
stetit quem vos nescitis. Ipse
est qui post me venturus est: q̄
āte me factus est/ cuius ego nō
sū dignus vt soluā eius corrigi
am calciamēti. vbi erat iohan
nes baptizans. Postilla.

In illo tēpore Miserūt iudei
ab hierosolimis sacerdotes ⁊c.) Jo.i. Lu.iii.
Hystoria huius euangelii fctā ē āno xp̄i.xxxi
feria.iiii.xvii.kal.maii.luna.xv.inditōe iiii
Vn̄ initiū illius euangelii habetur lu.iii. q' āno
xv. iperii tyberii cesaris. s. sub quo passus est
xp̄s factū verbū dñi super iohannē zacharie
filiū in deserto cū iohannes eē t. xxx. ānorū: ⁊
venit in oēz regionē iordanis p̄dicans ba-
ptismū penitentie i remissionē pctōr. Dice-
bat aūt ad turbas q̄ exibant vt baptizaren
tur ab eo. Facite dignos fructus penitentie
Jā eñi securis ad radicē arboris posita est.
Ois ergo arbor nō faciens fructū bonū exci
detur: ⁊ i ignē mittetur Multa q̄dē ⁊ alia ex
hortans euangelizabat populo. vn̄ iudei vi-
dentes iohannis baptē mirabilē natiuitatē
⁊ eius excellentia sctitatē ⁊ austeritatē vite:
iō moti fuerunt ad opinādū ipz eē xp̄m ppt
qd miserunt nūcios ad iohānē volētes sup
hoc scire veritatē. Ly. Et in isto mō querēn-
di exhibuerunt iohāni magnā reuerētiā: et
hoc pz ex quattuor in lr̄a. Primo. ex personis
mittētibus ad ipaz nūcios. ⁊ hoc notatur cū
dr (Miserunt iudei) i. illi de tribu iuda qui
erant nobiliore in populo iudeor. In signū
huius de tribu iuda nasci voluit. Secundo
ex loci nobilitate q2 (ab hierosolimis (q̄ erat
citas sacerdotalis ⁊ regia: quia erat caput re
gni. Tercio ex nūciorū solēnitate. Miserūt
eñi (sacerdotes ⁊ leuitas ad eū) qui erant so
lennes persone. ⁊ in ipsis debebat scientia et
sāctitas eminere. Quarto ex persona ad quā
mittunt. s. ex hoc q' requirunt testimonium
de seipso: ⁊ tandē fidē habuerūt in dictis ei'
vt ei crederent etiā de seipso. ergo dicūt. Tu
q̄s es) vt responsione a[illegible] discernerent q̄s
ipe esset (Cōfessus est ⁊ nō negauit: ⁊ cōfes
sus est: quia non sum ego christus (Nā xp̄s
. i. messias fuit promissus [illegible] ex dictis et
scripturis prophetarum. [illegible]ientes quia nō
esset xp̄s. interrogauerunt ⁊ si esset xp̄s. in
helyas: quia sicut aduentus christi sic et ad-

nentus helye fuerat iudeis promissus Unde
dz malachie vlti. Ecce ego mittā vobis he=
lyaz ꝓphetā anteꝙ veniāt dies domini ma
gn⁹ (Et dixit non sū) s.ego helyas Si ꝗs di
ceret xp̄s.mat.xi.loquēs de iohāne dicit Ip̄e
est helyas. Et iohannes hic dicit. Nō sū he=
lyas. Respondet ꝙ ipsi ꝗrebant de persona
helye: ⁊ ideo ad eoꝝ questionē respondit ꝙ
ipse non erat helyas in ꝑsona. Sed vt dicit
gregorius in omē. Johannes fuit helyas in
spū ꝓpter similitudinē ⁊ ꝯformitatē ipsius
ad helyam. Primo in austeritate vite: qꝫ de
helya dicit.iiii.regū.i. ꝙ fuit vir pilos⁹ ⁊ zo
na pellicea circa renes accinctus Et de iohā
ne dꝫ mat.iii. Et habebat vestimentū de pi=
lis cameloꝝ ⁊ zonaz pelliceā circa lūbos ei⁹
Secūdo indura rep̄hensione. Helyas eñ re
gem achab dure rep̄hēdit: vt hētur.iii.regū
xviii. Johannes herodē arguebat vt habet
mat.vi. Fuit etiam similis helye in officio.
qꝫ iohannes fuit precursor primi aduēt⁹: sic
helyas erit precursor scd̄i aduentus. Et hoc
voluit xp̄s cū dicit ip̄m esse helyam (ꝓpheta
es tu? Respondit Non). grego. Johannes
negauit esse ꝓphetā tm̄. qꝫ plus erat ꝙ pro=
pheta (Dixerunt ergo iudei. Quis es tu: vt
responsū dem⁹ his ꝗ miserunt nos Quid di
cis de teipso? ait). s.iohānes (Ego vox clamā
tis in deserto dirigite viā dñi: sicut dixit ysa
yas ꝓpheta). i. ego sum ille de quo scriptu=
ra dicit isaye.xl. Qui debet clamare in deser
to iude ꝙ hoīes se preparent ad aduentū xp̄i
in mundū et bene signat iohannes in pro=
prietate vocis: qꝫ erat annunciator verbi di
uini. i. xp̄i ꝗ est verbū patris scd̄m diuinita=
tem. Vox eñ ante verbū sic iohannes ante
xp̄m. Itez sicut vox manifestat verbū: sic io
hannes xp̄m. Tota eniz vita et conuersatio
iohannis fuit ꝑparatio ad susceptionez xp̄i
(⁊ ꝗ missi fuerūt erant ex phariseis) Ly. pha
risei inter alios videbantur magis religiosi
ꝓpter hoc dicebantur pharisei a phares qđ
est diuisio, qꝫ in habitu in vita ⁊ gestu erāt
ab aliis distincti in signū maioris religiōis
et ideo pharisei erāt magne fame in populo
iudeoꝝ (Et interrogauerunt eum ⁊ dixerūt
ei. Quid ergo baptizas si tu non es xp̄s ne=
ꝙ helyas neꝙ ꝓpheta) Unde crisosto. Inter
rogauerūt eū non quasi scire volētes: sꝫ pro
hibere eū a baptismo (Respondit eis iohā=
nes dicēs. Ego batizo in aqua). s. lauando
tm̄ corpus ad designandū illū ꝗ suo baptis=
mate lauabit aīas. Consequenter ostēdit xp̄i
excellentiam dicens medius autē vestrum

stetit). i. presens inter vos in corpore appa=
ruittet cōmuni cōuersatione inter homines
conuersatus est: vt patet in euāgeliis cū eis
māducās et bibens: ne ꝓpter austeritatem
aliquid desperarent (quez vos nescitis) ꝙtū
ad diuinitatem (ip̄e est qui post me ventu=
rus est) Tho. s. ad predicandum / baptizan=
dum: et moriendum (qui ante me fact⁹ est)
id est in dignitate positus est: qꝫ dignior est
et honoratio (cuius nō sū dignus) id ē suffi
ciens (vt soluā corrigiā calciamēti ei⁹). Un̄
hiero. ad eustochiū Xp̄s nunꝙ fuit calciat⁹
Ip̄e eñ portare calciamenta apostolis ꝓhi
buit. Lu.x. Et xp̄us semꝑ fecit opē qđ docuit
v̄bo. vt hētur act.i. Cepit iesus facere ⁊ doce
re. Ly. dicit ꝙ hec est locutio methaphorica:
qꝫ in hoc iohānes exprimit se nō esse dignū:
exhibere xp̄o etiā minimū misterium hoc in
verbis iā exprimens scd̄m modū loquendi
communē. Cū eñ ꝗs suā paruitatē et excel
lentia alteri⁹ vult exprimere: solet dicere cō
muniter non sum dign⁹ tangere sotulares
eius: vel aliꝗd hmōi (Hec in bethania facta
sunt) Ly. nō est illa ꝗ prope hierusalem est.
vbi lazarus fuerat suscitat⁹: sꝫ alia eodē no
mine vocata sit a supra iordanē ex altera ꝑ=
te fluminis in sorte duarū tribuuz et dimidie
Et ī ad hoc denotādū subdit trāsiordanē
vbi erat iohānes baptizās ꝗ aqua distat ad
hierusalem ad vnā dietā et in eodē loco con
sueuerat iohānes cōmorari. ⁊ ꝑdicare ⁊ ba=
ptizare ⁊ multi ꝯueniebāt illuc ad eū: vt ba
ptizarētur ab eo. Un̄ circa presens euāgeli=
um vbi dꝫ. Tu qui es. ꝗrit quare iudei ma=
gis de iohāne ꝙ de xp̄o credebant Rn̄dit cri
sosto. ꝙ triplex fuit ratio Prima ratio est: qꝫ
iohānes erat de magno genere: vt pote fili⁹
zacharie magni sacerdotis Et qꝫ miraculo=
se nat⁹ est de vtroꝙ parente sterili et sene.
xp̄s aūt: vt ipsi credebant erat fili⁹ fabri et
cuiusdā pauperrcule mulieris ⁊ non miracu
lose nat⁹: qꝫ de iuuēcula ꝙuis de sene patre
Secunda ratio est: qꝫ iohānes in victu ⁊ ve
stitu magis asperā vitā ꝙ xp̄s agere vide=
bat. Nā tunicā de pilis camelorū habebat
⁊ zonā pelliceā ad lūbos ei⁹: ⁊ cibus ei⁹ locu
ste et mel siluestre: vt pꝫ mat.iii. Xp̄s autez
cōmunib⁹ vestib⁹ induebat: ⁊ cōmuni cibo
vtebatur: ⁊ cū hoībus in nuptiis ⁊ cōuiuiis
comedebat. Tercia ratio est: qꝫ iohānes con
sortia hoīm deuitabat: ⁊ in deserto moraba
tur latitans in antris et speluncis donec spi
ritu sāctus ei dixit: vt exiret ad perhibendū
te stimonium de xp̄o. Et tunc venit ad ior=

danem predicans baptismum penitentie. vt pꝫ lu.iii. Xp̄s aūt morabatur cū hoīsꝰ ⁊ cō-uersabat cū petōribus ⁊ manducabat cum ipsis: vt pꝫ mat.x. Propterea ergo iudei ad iohānē legationē miserūt: vt eū interroga-rēt an esset xp̄s. Et respōdit: qꝛ nō sū ego xp̄s

¶ Feria quarta quattuor tēpoꝝ aduentꝰ Scd̄m lucam.i.caplo.

In illo tēpore. Missus est āgelꝰ gabriel a deo ī ciui-tatē galilee cui nomē nazareth ad virginem desponsatam vi-ro cui nomē erat ioseph de do-mo dauid: ⁊ nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū: benedicta tu in muli-eribus. Que cū audisset turba-ta ē in sermōe eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eēt ista salutatio. Et ait āgelus ei Ne timeas maria: in-uenisti enī gratiā apud deū Ec-ce cōcipies in vtero ⁊ paries fi-liū ⁊ vocabis nomē eiꝰ iesum. Hic erit magnꝰ: ⁊ filius altissi-mi vocabit. Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eter-nū / ⁊ regni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelum. Quomodo fiet istud qm̄ virū nō cognosco: Et respōdēns an-gelus: dixit ei Spiritussctꝰ su-peruēniet ī te: virtus altissimi obūbrabit tibi Jdeo ⁊ qd̄ nasce-tur ex te sctm̄ vocabit filiꝰ dei Et ecce helizabeth cognata tu-a: ⁊ ipse cōcepit filiū ī senectu-te sua. Et hic mēsis est sextus illi que vocat sterilis: quia nō erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i fiat michi secundū verbū tuū.

Postilla.

¶ In illo tēpore Missus ē an-gelꝰ gabriel a deo. ⁊c. Lu.i. Hysto. huiꝰ euā-gelii facta est āno xp̄i p̄rio vsuali. viii. kal. a-prilis. fe. vi. luna. xv. inditiōe. iiii. Ad initiū illius euāgelii scribit sctūs lucas in eodē ca-pitulo ꝙ angelꝰ gabriel apparuit zacharie in tēplo dicens. Ne timeas zacharia qm̄ ex-audita ē dep̄catio tua ⁊ vxor tua helizabeth pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomē eiꝰ iohā-nes. ⁊ erit magnꝰ corā dn̄o. Vinū ⁊ ciceram nō bibet: et sp̄ūsctō replebit adhuc ex vtero matris sue. ⁊c. Et postmodū cōcepit heliza-beth vxor ip̄iꝰ: ⁊ occultabat se mensibꝰ q̄nq; dicēs. Qꝛ sicut michi fecit dn̄s in diebꝰ q̄bꝰ respexit auferre opprobriū meū inter hoīes In mēse aūt. vi. s. a cōceptu p̄cursoris (Mis-sus ē āgelꝰ) Gor. i. nūciꝰ vl legatꝰ (gabriel) Vn̄ beda Gabriel fortitudo dr̄: qꝛ illū nūcia-bat: q̄ debellare diabolū veniebat (in ciuita-tē galilee) Gor. in ciuitate concipi voluit: qꝛ oēs hoīes ad vnitatē sup̄ne ciuitatis voca-re venit ⁊ inhabitare fecit. (cui nomē naza-reth) vt ad ip̄leret illō p̄pheticū mat. x. Qm̄ nazarenꝰ vocabit (ad virginē despōsatā vi-ro) Ly. Hec diuina ordinatione factum ē vt despōsaret añq̄ impregnaret. P̄rio ex p̄te pueri: ne ab infidelibꝰ tanq̄ illegitime natꝰ abiiceret. Vn̄ dicit ābro. sup lucā. Quid he-rodi: quid iudeis posset ascribi: si natū ex a-dulterio videret p̄sequi. Item vt puer natꝰ a ioseph nutriret. Vn̄ dr̄ p̄r eiꝰ: qꝛ nutriciꝰ eiꝰ fuit. Scdo etiā ex p̄te matris vt scd̄z am-bro. p hoc ab infāmia liberaret. Itē scd̄z hie-ronimū. vt virginis ioseph exhiberet mini-steriū (cui nomē ioseph de domo dauid) ad ostēdēdū ꝙ xp̄s descēdit de semīe dauid sicut p p̄phetas fuerat p̄dictū Nā maria ⁊ ioseph cui despōsata fuit erāt de eadē tribu. s. ipsiꝰ dauid. Jungebātur eñ vt frequētiꝰ mulie-res viris de tribu sua (et nomē virginis ma-ria) Ly. ꝙ aūt hic ponūtur tot nomina pro-pria. s. angeli missi virginis ad quam missꝰ fuit sponsi sui et loci: hoc fuit ad ostendēdū certitudinem historie (Et ingressus angelꝰ ad eam). Gor. ex hoc patet ꝙ non erat foris in publico. Unde bernar. sup missus est: di-

eit ꝙ ingressus in secreto cubiculo vbi clau-
so super se hostio orabat patrē in abscondi-
to. Si em̄ conceptio precursoris fuit denun
ciata patri occupato in sacro officio: vt habe
tur lu.i. multo ꝓbabilius est ꝙ cōceptio sal-
uatoris denūciata fuit virgini in deuotiōe
et oratione actualiter existēte: immo aliqui
doctores volunt ꝙ btā virgo illud dictū ꝓ-
pheticuz actu legit qđ habet Esa. vii. Ecce
virgo cōcipiet et pariet filium: qñ angelꝰ ad
eā intrauit dicens. (Aue gratia plena qđ ex
ponit hie. in sermone de assumptione. Et be
ne plena qꝛ ceteris ꝑ ptes pstatur gratia ma
rie vero tota se sil' infundit plenitudo gra-
tie. Item ista gratia non soluz impleuit eiꝰ
mentē: sed etiā ventrē in q̄ xp̄ū singulari gra
tia dei factū est: vt cōciperet saluatorē (dñs
tecū) Ly. Nō tm̄ ꝑ essētiā: potētiā: ⁊ presen
tiam qualiter est in oībus rebus: nec solū ꝑ
gratiā eo mō q̄ est in sanctis hoīs: sed etiā ꝑ
carnis assūptionē: qꝛ corpus deitati vnituz
fuit formatuz de beata virginis purissimis
guttis sanguineis: ⁊ intra virginis viscera
latuit nomen mensibus (benedicta tu in mu
lieribus) Ly. i. pre oībꝰ mulieribꝰ. Nā ⁊ mu
lieres benedicent in te sicut vir in filio. Gor.
Sunt em̄ alique mulieres benedicte: qꝛ vir
gines: sed non fecunde: alique fecūde: sꝫ non
virgines sed hec sil' virgo et fecunda (Que
cū audisset turbata) Ly. btā vgo solita erat
videre angelos ideo de apparitiōe angeli nō
fuit admirata vel turbata: sed de salutatiōe
insolitā: qꝛ nichil mirabilius est vere humi
li q̄ sua exaltatio. Et ideo cum beata virgo
esset humillima audiens salutationē tante ex
cellentie turbata fuit: non turbatione incre
dulitatis sicut zacherias pater iohannis ba
ptiste vt dꝛ lu. i. sed turbata fuit turbatione
admirationis. Vñ sequit̄ turbata est in ser
mone eiꝰ). i. angeli nō autē in visione (⁊ co
gitabat qualis esset ista salutatio) Ly. Qñ
enim turbata fuit virginalem verecundiaz
ostendit: ꝙ autem cogitauit de salutatione
declarat prudentiam marie. ⁊ ideo angelus
eam cōsolabatur dicēs (Ne timeas maria)
Ly. de salutatione insolita (inuenisti enī gra
tiam apud deum) Ly. non solū pro te sed ꝓ
toto genere humano (Ecce cōcipies in vte-
ro) Ly. Hec cōceptio facta est ꝑ virtutē spūs
sancti intra vterū virginis corpus filii for-
matis (⁊ paries filium) Ly. Virgo ꝑmanēs
in partu sicut ⁊ in cōceptu (⁊ vocabis nomē
eius iesuz) Ly. non dicit impones: qꝛ hoc no
mē fuit impositum a deo patre secundū qđ
fuerat predictū a deo patre. vt habetur esa.
lxii. Vocabitur tibi nomē nouū quod os do
mini nominauit: sed illud nomē fuit diuul-
gatum per angelū ipsi marie et ioseph. Iesꝰ
aūt interpretat̄ saluator. Vñ hētur de hoc mat.
i. Vocabis nomē eiꝰ iesū. Ipse saluuz faciet
populum suum a peccatis eorum (Hic erit
magnus) quia magnꝰ dñs. Vñ. ꝓ. xlii. Ma-
gnus dñs et laudabilis nimis: ⁊ magnitudi
nis eius non est finis (⁊ filius altissimi voca
bitur) Ly. i. ipsius dei qui solus est altissimꝰ.
Homo em̄ altus est inter creaturas corpora
les: sed angelꝰ altior: deus autē solus altissi
mus. Vñ in ꝓ. lxii. Tu solus altissimꝰ in oī
terra (⁊ dabit illi dñs deꝰ sedē dauid patris
eius: ⁊ regnabit in domo iacob) Gor. i. in oī
bus electis quoꝝ vniuersitas intelligit̄ per
domū iacob. i. familiā iacob q̄ tota recepta ē
in populū dei (in eternū) qꝛ ⁊ hic ꝑ gratiam
et in futuro per gloriam (et regni eius non
erit finis) Ly. Christꝰ em̄ nō solū in q̄ xp̄ū deꝰ
sed etiā in q̄ xp̄ū homo regnabit in eternū nō
solū sup hoīes: sed etiā sup angelos (Dixit
aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud
qm̄ virum nō cognosco) Ly. i. cognoscere nō
propono secundum illum quod dicunt do-
ctores catholici. Batha vgo anteq̄ despon-
saretur ioseph habuit obseruātiā castitatis
virginalis in desiderio: non tñ expsse. Sed
cū postea deo ordinante esset desponsata io
seph q̄ erat in simili ꝓposito simul emiserūt
votū (Et respondēs angelꝰ dixit. Spūssan
ctus superueniet in te) Ly. i. non cōcipies mo
do hūano: sed diuino: qꝛ nō volūtate seminꝰs
viris: sꝫ virtute spiritꝰ scti (⁊ virtꝰ altissi-
mi obūbrabit tibi) qꝛ in btā virgine sub vm
bra carnis latuit vtꝰ deitatis (Ideoq; ⁊ qđ
nascet̄ ex te) Gor. i. ex tua vera tua natura
(sctm̄) qꝛ de sctō nō nascet̄ nisi sctm̄ (vocabi
tur filiꝰ dei. Ly. nō adoptiuꝰ sicut alii sꝫ na
turalis (Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipa
cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis ē
sextꝰ illi q̄ vocat̄ sterilis) Ly. eiꝰ sterilitas a
tanto ipe iā erat nota ꝙ sic vocabat̄ (qꝛ nō
erit impossibile apud deū oē verbū). i. factū
qꝛ dicere dei est facere. Vñ. ꝓ. cxlviii. Dixit ⁊
facta sunt: ipe mādauit et creata sūt (Dixit
aūt maria, Ecce ancilla dñi. Vñ bern. Que
est tā sublimis hūilitas q̄ credere nō nouit
honoribꝰ: insolescere gloria nescit: mater dei
eligit̄ ⁊ ancillā se nominat (Fiat michi secū
dū verbū tuū) Ly. qđ statim factuz est: quia
in virtute dei concepit filium.

¶ Feria. vi. Secundū lucam. i. capi.

In illo tēpore: Exurgens maria abiit ī mōtana cū festinatiōe: ī ciuitatē iuda. Et intrauit ī domū zacharie: & salutauit helizabeth: Et factū est vt audiuit salutationē marie helizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta ē spū scō helizabeth: & exclamauit voce magna/ & dixit Benedicta tu īter mulieres: & benedictus fructus vētris tui: Et vnde hoc michi vt veniat mater dñi mei ad me: Ecce eñ vt facta ē vox salutationis tue ī auribus meis: exultauit ī gaudio īfans ī vtero meo. Et beata q̄ credidisti: quoniā pficient ea q̄ dicta sūt tibi a dño Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo.

Postilla.

In illo tempore: Exurgens maria etc.) Postq̄ i prima parte huius capituli descriptus est precursoris: scilicet iohannis baptiste et deinde saluatoris conceptus in residuo huius predicti capituli describit vtriusq; ortus. Et primo precursoris. Secūdo saluatoris: scilicet in capitulo sequenti. Circa vero ortum precursoris premittuntur aliqua precedentia. Secundo aliqua ortum concomitantia. Et tercio quedam ortū consequentia. Sed presens euāgelium continet tantum primam partem in qua tria ponuntur Primum est exultatio nascituri īfantis. Secundū est inspiratio matris: vbi. Et repleta est etc. Tercium decantatio virginis ibi Et ait maria Magnificat etc. Mirabilis autē exultatio pueri nascituri fuit propter presentiam dñi sui in vtero virginali. Et iō premittitur aduentus marie cū dr (Exurgens aūt maria). La quiete orationis & deuotionis: q̄ erat preuia oibus operibus suis (abiit in montana) qz locus vbi manebat zacharias erat altior galilea a qua recessit maria. (cum festinatione (vt ostēderet q̄ virgo nō debet morari ī loco publico nec cōtrahere colloq̄a (& salutauit helizabeth (tū qz erat humillima: tū qz erat iunior Ideo prius eā salutauit: & qz ad eius obsequiū venerat (Et factum est: vt audiuit salutationē marie helizabeth: exultauit infās in vtero eius) cōgaudens ad presētiā dñi. Hoc aūt duobus modis potuit fieri scdm qđ dicit augu. Uno modo sic q̄ iohānes nōdū natus cognosceret p spm sctm dñm presentē ī vtero virginis. Et scdz hoc oportet dicere q̄ in eo fuit acceleratus vsus rationis. Alio modo sic: q̄ iohānes nō cognosceret presentia saluatoris: sed mater eius q̄ habebat vsum rationis Illa tñ motio pueri & exultatio facta est a deo ad declarationē sāctitatis virginis & prolis in ea existētis. Sicut de beato francisco legitur q̄ aues ratiōe carentes pdicationē eius attante audiebāt acsi verba eius intelligerēt. Qđ factū est a deo ad approbationē pdicationis viri sācti. Neutrū tñ modū determinate asserit augu. sz dicit q̄ siue hoc modo siue illo facta fuerit dicta exultatio: attribuenda tñ est diuino miraculo. Et hoc satis ptz: qz non poterat fieri p naturā. Aliq aūtē alii expositores dicunt determinate q̄ facta fuit dicta exultatio pmo modo. Uñ dicit grecus expositor. ppheta parēte acutius videt & audit salutat q̄ pphetā. Et subdit ibidē. Et in sinuauit gratia qui nature ignota extiterāt. Reclusus ventre miles agnouit dñm ac regē orturū vētris tegmīe nō obstāte. Inspexit eñ non palpebris: sed spū (Et repleta est etc) Hic cōsequēter describitur īspiratio matris q̄ ostēditur cū subdit) & exclamauit voce magna) Ista magnitudo magis ītelligēda est ratione deuotionis interioris q̄ soni exterioris. (Benedicta tu inter mulieres. i. sup oēs mulieres. Cuius ratio subdit (Et bñdictus fructus vētris tui) Per hoc eñ q̄ cōceperat dei filiū cōtraxerāt quodā mō infinitatē bonitatis inquantū mater est filii bonitatis infinite. Angelus aūt salutās vginē supra non dixit. Bñdictus fructus ventris tui: qz virgo nōdū cōceperat filiū dei. sz postea cū cōsensit cōcepit (Et vñ hoc michi. etc) Ista eñ nō poterat scire helizabeth nisi p reuelationē spūsācti (exultauit in gaudio infans. etc. Ipsa eñ helizabeth p spm sctm cognouit q̄ illa exultatio fuit propter presentiam dñi in vtero vir

ginali(Et btã q̃ credidisti(q2 p affectũ fidei cõcepit, pficiẽtur in te.ꝛc.)p angelũ nunciã tẽ ꝛ etiã p spm sctm mẽte virginis illustran tẽ ꝛ eã imediate docẽtem(Et ait maria)Hic cõsequẽter describitur decãtatio virginis. Et pmittit̃ titulus cãtici cũ dr(ꝛ ait maria) Hoc em̃ cãticũ sic intitulat̃ q2 cãticũ marie noiatur(Magnificat.ꝛc)q. d.maria O eliza beth tu me magnificãs:s3 ego totũ deo attri-buẽs aĩam magnifico in hoc cãtico. Ubi pmo ponit̃ mod⁹ cãtici. Scdo subdit cã cãtandi ibi)Q2 respexit Circa primũ declarat̃ laus vginis tanq̃ magna cum dr . Magnificat. Scdo vt deuota ibi.aĩa mea. ꝛ nõ tm̃ labia mea. Tertio vt debita:cũ dr dñz cui debetur laus et honor. Quarto vt iocũda:ibi Et ex-ultauit spũs me⁹. Quinto vt recta:ibi ĩ deo salutari meo..Et dicit in deo ratione crea-tionis.meo ratione assũpte humanitatis.q2 sic fuit ipi⁹ virginis ꝛ nõ alterius. Cetera vo ipsi⁹ cãtici et finis capituli nõ ponũt̃ in hoc euangelio.

¶ Sabbato.iiii.tpm aduẽt⁹. Scdz lu.iii.

Anno quĩto decimo im-perii tyberii cesaris p-curãte poncio pylato iudeã:te trarcha aũt galilee herode/phi lippo aũt fratre ei⁹ tetrarcha iturce ꝛ traconitidis regionis ꝛ lisania abilene tetrarcha sub pricipib⁹ sacerdotũ ãna ꝛ cay pha factũ ẽ verbũ dñi sup io-hãnẽ zacharie filiũ in deserto. Et venit in omnẽ regionẽ ior-danis pdicãs baptismũ penitẽ tie in remissionẽ pctõr Sicut scriptũ ẽ ĩ libro sermonũ ysaie pphete Uox clamantis ĩ deser to parate viã dñi:rectas facite semitas eius. Oĩs vallis ĩple-bit̃:ꝛ oĩs mõs ꝛ collis humilia bit̃ Et erũt praua ĩdirecta:ꝛ as pera ĩ vias planas. Et videbit oĩs caro salutare dei. Postilla

¶ In illo tpe. Anno quĩtodeci mo imperii tyberii cesaris ꝛc.)Postq̃ĩ capi-tulo pcedẽti descriptus ẽ saluatoris ortus p suã icarnationẽ:hic ɔ̃ñr describit ei⁹ pgres sus p suã pdicationẽ.Et circa hoc pmo de scribit̃ pdicatio precursoris. Scdo ipi⁹ salua toris.i.capitulo.iiii.Circa pmũ pmittitur pdicatiõis iohãnis tps Scdo subditur pdi catiõis act⁹:ibi.Et venit ĩ oẽm regionẽ ꝛc. Tertio pdicatiõis fruct⁹:ibiEt itrrogabãt eũ ꝛc. S3 illa pars nõ ponit̃ ĩ hoc pñti euã gelio Circa pmũ ɔ̃siderãdũ q tps pdica-tiõis iohãnis describit̃ p noia ꝛ tps impato ris tũc regnãt ꝛ psidis iude ꝛ tetrarchar ꝛ sacerdotũ ad ostẽdẽdũ certitudinẽ hystorie ꝛ auctoritatẽ pdicatiõis iohãnis baptiste:si cut ĩ scriptis autẽticis solet fieri Et hoc cũ dr (Anno quĩtodecio.ꝛc. Iste tyberius successit octouiano augusto sub q̃ nat⁹ est xp̃s.i.qua dragesimo scdo anno iperii ei⁹. Et similiter iohãnes baptista p dimidiũ annũ ãte Augu gustus em̃ iperauit quinquaginta septẽ an nis.Ex quo patet q anno.xv.tyberii.iohan nes fuit triginta annor.Et hoc est tps debi tũ pdicationi.q2 tũc viget etas virilis.vñ io seph.xxx.ãnor erat qñ stetit corã pharaone geñ.xl.Et ezechiel qñ icepit pphetizare Eze chielis.i.Procurãte põcio pylato iudeã(Py latus iste nõ fuit iude⁹:sed gẽtilis de territo rio lugdunẽsi oriũd⁹ scdm iosephũ.Et a ro mano impatore fuit miss⁹ ad regẽdã iudeã tũc romanis subiectã(Tetharcha aũt gali-lee herode.ꝛc.)Romani volẽtes frãgere iu-deor supbiã ꝛ auferre ab eis rebellani occa sionẽ abstulerũt ab eis nomẽ regni: diuidẽ tes regnũ ĩ plures ptes q̃ tetrarche dicebãtur(ꝛ lysania abiline tetrarcha)Glosa bede dicit q isti tres hic noiati.i.herodes.philipp⁹ lisanias:fuerũt filii herodis sub quo natus est xp̃s: et ipo mortuo archelaus ei⁹ fili⁹ et frater pdictor successit ei ĩ regno decẽ ãnis: q̃ accusato apd cesarẽ ꝛ misso in exiliũ apud viẽnã ip̃ ɔ̃tor regnũ trib⁹ fratrib⁹ pdictis di uisit p tetrarchias S3 q iste lysanias fuerit filius herodis ex hystoriis auctẽticis nõ hẽt q2 nec ioseph⁹ nec scolastica hystoria ponũt eũ inẽ filios herodis:s3 magis dicũt ipm fuis se filiũ tholomei mẽnei q̃ sub libão hitabat ꝛ alexãdre filie aristoboli:q̃ de machabeis de-scẽderat(sub pncipib⁹ sacerdotũ ãna ꝛ cay-pha)Scdz q dt ioseph⁹ ꝛ scolastica hystoria sacerdotiũ tũc nõ pcedebat scdz genealogiã ꝛ dignitatẽ gñis put ĩ lege fuerat statutũ:s3

possum a romanis vēdebat: ita ꝙ non solū singulis ānis mutabat sūmꝰ sacerdos: sed etiā aliqñ i eodē āno. Et iō a q̄ntodecio anno tyberii quo icepit ꝓdicatio iohānis vsq̄ ad. xviii. ānū ipsiꝰ tiberii in quo passus est iesus plures fuerunt sūmi sacerdotes q̄ isti duo. Sȝ qȝ ānas erat sūmꝰ sacerdos qñ iohannes incepit ꝓdicare: ⁊ cayphas qñ passꝰ fuit xp̄s: iō lucas de illis duobꝰ tm̄ mētionē facit (Factū ē verbū dñi sr̄ iohānē) ꝑ diuinā reuelationē per quā habuit mādatū de ꝓdicatōe exequēda (Et venit) Hic ꝯñr ponitur ꝓdicatiōis actꝰ. ⁊ ꝑmo q̄tū ad exhortationē boni secundo q̄tū ad argutionē mali: ibi. Dicebat ergo. Sȝ p̄n̄s euangeliū nō hȝ nisi ꝑmā ptē. Circa quā dȝ (Et venit ī oēm regionē iordanis) qȝ exiuit de deserto vbi pauci habitabāt: ⁊ venit ad loca magis habitata: vt plures possēt venire ad eiꝰ ꝓdicationē ⁊ baptizari ab eo i iordane (ꝓdicans baptismū penitentie) Vñ ꝑ eadē sētētia dȝ mar. i. in textu. Fuit in deserto iohānes baptizans ⁊ ꝓdicās baptismū penitētie in remissiōem pctōꝝ. Qd̄ sic itelligit ꝙ iohānes ꝓdicabat penitētiā agēdā homines esset dispositi ad xp̄i de primo venturi receptionē. vñ qñ dē ꝓdicās baptismū penitētie hoc exponit dupliciter. vno mō de baptismo xp̄i ī v̄tute cuiꝰ dimittunt pctā. Et qȝ tale baptismū iohannes dare nō poterat: iō ipsū predicabat per xp̄m ī primo venturꝰ. Et sc̄dm hoc ly baptizās refert ad baptismū iohānis. Et qd̄ sequit (ꝓdicās baptismū penitētie. ⁊c.) ad baptismū xp̄i futurꝰ. Alio mō exponit de baptismo iohānis Et sic baptizās ⁊ ꝓdicās referūtur ad baptismū iohānis ⁊ ad predicationem eiꝰ: qȝ lȝ baptismo iohānis nō dimitterent pctā: susceptio tñ illiꝰ baptismi erat q̄dā ꝓtestatio agēdi verā penitentiā de pctō ꝑ quā dimittūt pctā. Et pȝ lr̄a vsq̄ ibi (Omis vallis ⁊c. Hec auctoritas q̄ habet esa. xl. exponitur a iudeis de reditu captiuitatis babylonice de q̄ ꝓdixit ysaias Vias sic cōplanari. ꝑ hoc ꝙ valles eleuarentur ad equalitatē planicei: ⁊ colles deprimerētur: vt sic iudei de babylonie reuertētes i iudeā possent de facili trāsire ꝑ viā. Sȝ quia nec in scriptura sacra: neq̄ ī aliqua hystoria autentica hoc inuenit esse ipletū: iō illa scriptura sacra ē reducēda ad aliū itellectū ī aduētu xp̄i adimpletū ꝑ quē hūiles q̄ ꝑ valles itelligūtur repleti sūt bonis spūalibus Et supbi q̄ ꝑ colles itelligunt humiliati Sicut pȝ ī cātico btē virginis. Deposuit potētes de sede ⁊c. Aliter etis exponit hoc qȝ sicut via corporali redditur difficilis ad āmbulādū ꝓpter ꝓfūditatē valliū ⁊ eleuationē colliū: ita via spūalis qua deꝰ graditur supra corda fideliū ipeditur ꝑ depressionē terrene cupiditatis ⁊ ꝑ eleuationē mūdane vanitatis. Et vtrūq̄ ipedimētū fuit amatū ꝑ aduentū xp̄i ī multis. Primū patuit i zachio q̄ dixit dño/Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ do pauperibꝰ ⁊c. Et in matheo q̄ dimissio theloneo secutꝰ ē xp̄m: vt legitur mat. ix. Sc̄dm pȝ in mūdi principibꝰ q̄ꝝ colla subiecta sūt xp̄o) Et erūt praua idirecta) .i. corda distorta ꝑ iiusticiā per equitatē iusticie rectificabūtur (⁊ aspera ī vias planas) i. corda ꝯtra xp̄m idurata mollificabūtur: sicut pȝ de paulo q̄ xp̄m ꝑsequens a xp̄o illustratꝰ statī ad māsuetudinē obediētie fuit cōuersus dicēs. Dñe quid me vis facere. Actu. ix.) Et videbit ois caro salutare dei) i. xp̄m. Et accipitur ois caro. i. ois hō: qȝ aliq̄ d̄ oibus hominibus viderūt eū iter homines cōuersātē Diuidebatur eñ tunc comitas hoim i duas ꝑtes. s. i iudeos ⁊ gētiles Et multi de istis ⁊ de illis viderūt eū i mūdo cōuersantē potest etiā hoc verbū itelligi de visu spūali quo vidēt eū cōuersi ad fidē catholicā ex oibꝰ gētilibꝰ totiꝰ mūdi videbūt etiā eū gn̄aliter oēs i forma hūana i die iudicii.

Dñica. iiii. aduentꝰ. Sc̄dꝫ lu. iii. Istud euāgeliū cū sua postilla reqre añ in sabbō.

In vigilia natiuitatis dñi Sc̄dꝫ mat. i.

Cum esset despōsata mater iesu maria ioseph antequā cōuenerāt iuēta ē i vtero hn̄s de spū sctō Joseph aūt vir eiꝰ cū esset iustꝰ ⁊ nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec āt eo cogitante: ecce āgelꝰ dñi i sōniis apparuit dicēs ei Joseph fili dauid noli timere accipere mariā ꝯiugem tuā Qd̄ ei i ea natū est: de spū sācto est Pariet aūt filiū: ⁊ vocabis nomē eiꝰ iesū Ipse enim saluū faciet populū suū: a peccatis eoꝝ.

Postilla.

Cū esset despōsata ⁊c. Descri

pta i priore parte hui⁹ capituli genealogia
xpi i qua mathe⁹ ostēdit xpi verā hūanitatē
hic ostēdit diuinitatē ei⁹ p mūdū cōceptio
nis ei⁹ mirabilē Et diuiditur i tres ptes.qꝫ
prio ponitur btē marie vginis mira ipregna
tio Scdo ipsi⁹ ioseph digna dubitatio Ter
cio magna dubii certificatio. Sꝫ pñs euāge
liū solū cōtinet primā partē :i qua ne creda
tur q iesus fuerit genit⁹ ex cōmixtiōe maris
ꝛ femine sicut ceteri hoim :iō scribitur eius
cōceptionis modus mirabilis:cū dꝫ(Cū eēt
desposata mr̄ ei⁹).i.xpi(ioseph s. sposo suo
(anteq̄ cōuenirēt)carnalit̄.s.non qꝫ post cō
uenerit sicut dicet in fine hui⁹ euāgelii(in
uenta est in vtero habens.ꝛc.(Inuēta inq̄
a ioseph q̄ curā virgis habebat(de spū sctō)
Illud refert ad verbū pcedēs cū dꝫ(habēs
in vtero)qꝫ fuit virtute spūsctī. Illud eni
quod in generatione alioꝝ hoim fit p virtu
tem seminis decisi a patre ꝛ recepti a matre
in matrice fuit factum virtute spiritusscti in
virgine:virtute cuius ex purissimis sangui
nib⁹ btē virginis fuit corp⁹ xpi formatū et
in eodē instanti animatū:ꝛ a verbo assūptū
qꝫ cū infinita sit virt⁹ spūsscti potest oīa op
rari in istanti(Joseph aūt.ꝛc) Hic ponitur
ioseph digna dubitatio. Emisso autē voto
virginitatis p mariā:angel⁹ gabriel venit
ad eā ignorante ioseph et impregnata est de
spū sancto:vt hētur lu.i.ꝛ stati de licētia io
seph abiit ad cognatam suaꝫ.s. sctām heliza
beth:vt ei pregnanti seruiret ꝛ natū filii sui
precursorem videret:ꝛ ibi mansit trib⁹ mē
sib⁹ vsqꝫ ad pactā precursoris natiuitatē.
Ipsa aūt redeunte vt vidit ioseph vterum
ei⁹ grauidū incurrit ex hoc vehemētē suspi
tionē nec fuit mirū propter marie longā ab
sentiā. Ex altera parte tū tenebat de marie
sanctitate:vt dic t crisosto.q sibi videbatur
impossibile eā cecidisse(Cuꝫ ergo esset iust⁹
noluit eam traducere) i. ppalare qꝫ nō erat
cert⁹ de crimine. Et iō(voluit occulte.ꝛc.)
ne forte opposita parte faueret sibi in crimi
ne. Et bene dꝫ q occulte:ne si in palā eā reli
queret nesciret respondere determinate cau
sam dimittendi eā hoc querentib⁹:cū habe
ret argumēta sibi insolubilia ex vtraqꝫ pte
Sed queritur hic quare maria non dixit ei
diuinū secretū: Est dicēdum q talia nō sūt
reuelāda nisi q̄tum se extendit volūtas di
uina. Et ideo beata virgo tacuit tenens fir
miter q sicut istud secretū fuerat reuelatū
ante helizabeth.vt hētur lu.i.sic reuelaret
aliis cōpetēdi tpē bñplacito voluntatis di
uine Et similiter q̄ritur quare ioseph nō q̄
siuit ab ea. Dicēdū q p nichilo petisset :qꝫ
ipi marie p se dicēti non credidisset:qꝫ iterū
ex diuina dispēsatione hoc factū est : vt p re
uelationē angeli ipe ioseph sic certificaret:
q de cetero nullo mō dubitare posset.(Hec
autem eo cogitāte.ꝛc.)qꝫ aīa clausis sensib⁹
exterioribus ad recipiendū reuelationē ma
gis est apta:qꝫ tūc nō est p occupationē sen
suū exterioꝝ impedita. Sequitur illud qd di
xit ei angel⁹ in sōnis.i. eo dormiente seu eo
stante in lecto hora assueta ad dormiēdū(Jo
seph fili dauid.ꝛc)qꝫ d̄ xpo volebat ios erat
pmissus xpi dauid ideo de ipso dauid meō
riā facit(noli timere accipere.ꝛc.)nō ad car
nalē copulā sed ad cohabitationē cū ea:ꝛ de
uotā ministrationē. Subditur rō(Qd eni
ex ea natū est(nō dicit ex ea:qꝫ natiuitas in
vtero est q̄n fetus alatur: ꝛ illa erat cōpleta
sꝫ adhuc natiuitas ex vtero tēpore debito ex
pectabat de spū sctō est) Miraculose facta ē
cōceptio nō interueniēte adulterio Sequitur
(pariet filiū).s.q̄n erit natiuitas ex vtero(ꝛ
vocabis nomē ei⁹ iesū)i.saluatorē Ideo sub
ditur(ipe eñ saluū faciet.ꝛc.) In hoc autē
ostendit angel⁹ eū verū hoiem in partu vir
ginis:verū deū i salute populi a peccatis qꝫ
null⁹ potest saluare a pctis:nisi de⁹(hoc aūt
totū factū ē.ꝛc.) hic ad certificationē nostre
fidei adducitur ad hoc testimoniū ppheticuꝫ
Tū ista sūt verba euāgeliste scribētis ꝛ non
angeli loquētis. Volebat eñ ondere in hoc
cōpletū esse pphetiā. Esa.vii. Ecce virgo cō
cipiet.ꝛc. Sequit(Et vocabis nomē ei⁹ iesuꝫ
ꝛc) Per hoc onditur veritas deitatis ꝛ hūa
nitatis i xpo prius eñ erat nobiscū de⁹ per
essētiā potētiā ꝛ presentiam. Similiter erat
per gratiam nobiscū q̄tum ad sctōs patres
ergo ly nobiscū q̄ intelligitur p emmanuel
qd interpretatur nobiscū de⁹ denotat hic spe
cialē vniōnē q̄ facta est i christo p nostre hu
militatis assūptionē qd denotatur p hoc no
men iesus qui interpretatur saluator:q̄ nul
lo modo poterat esse talis nisi deus ꝛ homo
Et ideo ipsi⁹ nominis interpretatio in textu
ponitur: cū dꝫ(ipse eñ saluū faciet populū
suū a pctis eoꝝ.

¶ Sequitur in gallicantu. Euangeliū. Secundum lucam.ii.

IN illo tēpore Exiit edi
ctum a cesare augusto
vt describi vniuersus
orbis Hec autē descriptio primo

facta est a presidie syrie cyrino.
Et ibant omnes vt profiterentur singuli i suũ ciuitatẽ. Ascẽdit aũt ioseph a galilea d ciuitate nazareth i iudeã ciuitatẽ dauid q̃ vocat bethleẽ: eo q esset d domo et familia dauid: vt profiterẽt cũ maria desposata sibi vxore pgnãte. Factũ ẽ aũt cũ essẽt ibi: impleti sũt dies vt pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitũ. Et pãnis eũ iuoluit et reclinauit eũ i p̃sepio: qr nõ erat ei loc⁹ i diuersorio. Et pastores erãt i regione eadẽ: vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ. Et ecce ãgel⁹ dñi stetit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos et timuerũt timore magno. Et dixit illis ãgel⁹. Nolite timere. Ecce eñi euãgelizo vobis gaudiũ magnũ: qd erit omi pplo. Qr nat⁹ ẽ vobis hodie saluator: q̃ ẽ xp̃s dñs i ciuitate dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenietis ĩfãtẽ pãnis inuolutũ: et positũ i p̃sepio. Et subito facta est cũ ãgelo multitudo militie celestis exercit⁹: laudãtiũ deũ et dicẽtiũ Gloria i altissimis deo: et i terrã pax hominibus bone voluntatis.

Postilla.

In illo tp̃e. Exiit edictum a cesare augusto. Luce. ii. Hystoria huius euãgelii facta est ãno xp̃i primo vsuali. viii. kalẽ. ianuarii. feria. iiii. luna. xvii. inditione. iii. Añ initiũ scĩ euãgelii scribit sãctus lucas in precedenti capitulo ortũ sancti iohãnis baptiste. s. quomodo nũciat⁹ est per angelũ gabrielẽ patri suo zacharie in templo: et quõ nat⁹ est de sterili matre. et quomõ in circũcisione vocatũ est nomẽ ei⁹ iohãnes: et quõ ipse puer crescebat q̃tũ ad augmẽtũ corporis et confortabat spũ. s. q̃tũ ad augmẽtum gratie et virtutis: et erat in deserto vsq ad diem ostẽsionis sue ad israel. Et describit ortũ p̃cursoris. Hic cõsequẽter describit ortũ saluatoris dicẽs. Factũ est aũt in dieb⁹ illis (Exiit edictũ a cesare augusto) Lx. Hic ostendit tẽp⁹ natiuitatis christi qui natus est imperante cesare augusto q̃ nõiatus est augustus ab augendo: qr valde notabiliter auxit imperiũ romanũ qui regnauit. xlii. annis. et. xii. ãnis ante natiuitatẽ xp̃i: et tanta fuit pax in vniuerso orbe: vt ad litterã videret impletũ qd p̃dixit ysayas. ii. capitulo. Cõflabũt gladios suos i vomeres: et lanceas suas in falces. Ait etiã in ps. lxxi. Orie(tur) in dieb⁹ eius iusticia et abũdantia pacis. Item ysay. ii. Nõ leuabit gens contra gẽtem gladiũ. Et sic in diebus cesaris augusti omnib⁹ gẽtib⁹ romano imperio subiectis fuit pax vniuersalis in orbe. Ideo mandauit (vt describeretur vniuers⁹ orbis) vt p hoc sciret qualiter terre essent populate et q̃ta tributa sua gtẽ possent reddere vt sic tributis indebitis non grauarentur et etiam sciretur per quẽ modũ singule terre a romano impio meli⁹ regerẽtur (Hec descriptio prima facta est a p̃side syrie cyrino) Hũc eñi cyrinũ cesar august⁹ p̃fecerat terre syrie ad ipaz agẽdũ. Et qr syria est in medio terre h̃itabilis. et ibi fuit ipa descriptio primo inchoata: vt inde denũciaretur fieri in aliis p̃uinciis circulariter (Et ibãt oẽs: vt p̃fiterẽtur singuli in ciuitatem suam) scilicet vnde oriundi erant. Profitebantur autem dupliciter se subiectos esse romano imperio. scilicet scripto q nomina eorum scribebantur. et facto quia soluebãt censum imperatori. s. vnum nummum argenteum: valentem decem nummos vsuales. (Ascendit autem et ioseph) scilicet vir marie (a galilea) quia inferior erat q̃ iudea (de ciuitate nazareth) vbi (conceptus erat. et in qua ioseph manebat in iudeam ciuitatẽ dauid). i. in bethleẽ que dicitur ciuitas dauid: quia ibi oriũdus fuit. id est regum. xvii. (eo q esset de domo et familia) id est de genere (dauid: vt profiteretur cum maria sibi desponsata vxore pre

gnante (Ipsa enī erat de eadem tribu cū io-
seph. Et licet maria non fuisset obligata tā
ꝙ pregnans illuc ire ꝓpter lōgitudinē vie:
q̄ꝫ nazareth distat a bethleē quasi ꝑ tres die
tas. tñ ꝓpter exemplū obediētie cū ipsis mu
lieribus ire voluit. Itē ex diuina dispositio
ne hoc factū est: vt sic xp̄s nasceretur in beth
leē. sicut predictū fuit michee. v. Et tu beth-
leē terra iuda neq̄ꝙ minima es in principi-
bus iuda Ex te ei exiet dux qui regat populū
meum israel. (Et factū est dū essēt ibi ipleti
sunt dies eius vt pareret). s. nouem mensis
impleti sunt a die conceptionis christi (et pe-
perit filiū suū primogenitū) Dicitur autem
primogenitus non qꝫ post illum habuit fili-
os alios: sꝫ qꝫ ante illū aliū filiū non habuit
qꝫ sicut ante partū ita in partu et post par-
tum inuiolata virgo ꝑmansit Tunc imple-
ta est ista prophetia. Isa. vii. Ecce virgo con
cipiet et pariet filium. Et ipsa beata virgo
maria magnum gaudium habuit in xp̄o na
tiuitate. et hoc ideo qꝫ sine dolore sine afflicti
one et sine debilitate sui genuit filium quem
sciuit esse deū et hominē. Nam sicut virgo cō
cepit: sic et sine dolore genuit. (et pannis eū
inuoluit / scꝫ per seipsā. Ly. ex quo pꝫ falsitas
que scribitur in libro de infantia saluatoris
scꝫ ipsam obstetrices habuisse que non requi
rūtur nisi propter afflictionē matris in par
tu q̄ non habuit locū in virgine puerpera:
qꝫ peperit sine dolore et sine debilitate (et re
clinauit eū in p̄sepio) Ly. Joseph enī in iti-
nere adduxerat secum asinū ad portanduꝫ
vxorē pregnantē et bouē ad vēdendū: vt de
pcio solueret expensas in via. Et illis duo-
bus animalibus fecit presepiū iuxta se i quo
btā virgo maria reclinauit filium natū. qđ
fuerat p̄dictū Isa. i. Cognouit bos possesso
rem suū: et asinus p̄sepe domini sui. Dicunt
enī q̄dā ꝙ asinꝰ et bos genu flexerunt coram
xp̄o Abacuch. iii. In medio duor̄ animaliū
cognosceris. vnde ber. O xp̄iane vidi qualis
ꝑ te factus est xp̄s. qꝫ si rex vbi aula regia:
vbi thori sublimitas / vbi curie regalis fre-
quentia bos et asinꝰ (qꝫ nō erat ei locꝰ in di
uersorio. Gor. Hic rep̄hendūt xp̄ianorū de-
licie: diuitie / et honores huiꝰ mundi Delitie
si hoc ꝙ dei filiꝰ nō mollibꝰ vel calidis pelli
ceis indutus fuit sed vilibꝰ pānis inuolutꝰ
Honores in hoc ꝙ nō in palatio: sed in p̄se-
pio eū reclinauit mater sua. Diuitie in hoc
ꝙ locum non habuit in diuersorio. vñ ber.
O homo q̄d sollicitus es de regali palatio?
Ecce rex tuꝰ iacet in p̄sepio. Quid cogitē de

p̄sepio indumēto? Rex tuus induit vili pā-
niculo (Et pastores erant i regione eadē vi
gilantes et custodientes vigilias noctis su-
per gregē suū. s. inter hierusalē et bethleē q̄
ciuitates distāt duo miliaria ab inuicē (Et
ecce angelus dñi stetit iuxta illos). s. paratus
ad reuelādū eis diuina (et claritas dei circū
fulsit eos) nō tm̄ exteriꝰ in corpore: sed etiā
interiꝰ in mente (et timuerūt timore magno
(ex insolita visione. Sed angelus dñi cōso
labatur eos dicēs (Nolite timere) Cuiꝰ cau
sā subiūgit (Ecce enī euāgelizo vobis gau-
diū magnū qđ erit oī populo (nō solū iudeo
rū: sed etiā gentiliū. Gor. Et hoc gaudium
est magnū scđꝫ oēm dimēsionē: qꝫ altū / ꝓfū
dū / lōgū et latū. Altū qꝫ eiꝰ altitudo attin-
git celū. Vñ ber. Magna est hodierna festi-
uitas celū repletur anteq̄ꝫ terra. Profundū
qꝫ eiꝰ profūditas penetrat infernuꝫ. s. ad sā
ctos q̄ erant in limbo. Itē eius lōgitudo ꝓ-
tendit a principio mūdi vsq̄ꝫ ad finē mūdi.
Item eiꝰ latitudo occupat orbē terrar̄. Vñ
hodie canit in p̄fatione misse secunde. Pro
fusis gaudiis totꝰ in orbe terrar̄ mūdus ex
ultat (qꝫ natꝰ est nobis). s. hoibꝰ et angelis
pariter: qꝫ cōsortio hoim reparanda ē ruina
angelor̄ (hodie) Ly. dicit hodie ꝙuis esset
nox: qꝫ nox illa ex claritate diuina fuit ita il
luminata acsi eēt dies clarissima. scđꝫ ꝙ fuerat
p̄dictū in p̄. cxxxviii. Et nox sicut dies illumina
bit (saluator q̄ est dñs in ciuitate dauid). i.
in bethleē et hoc erit vobis signū. inuenietis
infantē pānis inuolutū) et nō sericis inuolu
tū (positū in p̄sepio) et non in palatio (Et su
bito facta est cū angelo (q̄ tanq̄ꝫ principalis
inter alios nūciauerat xp̄i natiuitatē (multi
tudo militie celestis). i. angelor̄ q̄ diuine mi
litieꝰ designant: qꝫ ꝓ salute hoim demonibꝰ
p̄liant. Vñ apo. xii. Michael et angeli eiꝰ p̄lia
bant cū drachone (laudātiū dñꝫ) de xp̄i na-
tiuitate (et dicētiū. Gloria in altissimis deo)
qꝫ licet eius gloria vbiq̄ꝫ luceat marie tñ in
excelsis. i. in celo empireo: vbi est oim sctōꝝ
habitatio (Et in terra pax hoibꝰ bone volū
tatis) Et notanter dicit pax i terra et nō glo
ria qꝫ in terra est pax et in celo gloria. Annū
ciat aūt pax hoibꝰ bone volūtatis: qꝫ regnū
dei tm̄ valet q̄tum habes. Vñ remigiꝰ. Si
ei diuitias zachei nō habes si desūt tibi duo
minuta vidue. si nec calicē aqua frigide po-
tes offerre: offer deo bonā volūtatē. Unde
aug. Coronat deꝰ itꝰ volūtatē vbi nō inue
nit facultatē. Vñ chrisosto. Dextera tua ple
na muneribꝰ si fuerit plena bona volūtate.

¶ Quod multis miraculis fuit decla
rata christi natiuitatis.



Natiuitas christi se
cundũ innocẽtiũ papã mul
tis miraculis fuit declara
ta. Nã ipa nocte obscuri⸗
tas noctis versa est diem.
cũ tp̄e natiuitatis xp̄i ante
ꝛ post fuisset pax in oĩbus
terris ꝛ prouinciis romani tẽplũ pacis pul
cherrimũ constituerũt ꝛ cõsulentes appolli
nem deũ suũ q̄diu duraret templũ hoc. Re
spõdit eis q̄diu vgo non p̄iet. His auditis
dixerũt tẽplũ pacis ineternũ manet. Impos
sibile eñ credebãt virginem parere. Unde
in foribus templi scripserũt. Templũ pacis
in eternum manet. Sȝ ipa nocte qua virgo
peperit templũ funditꝰ corruit. Itẽ sc̄dm p
phetiã hiere. Signũ datũ est eis. qȝ oĩa ydo
la corruerũt qñ vgo pareret. Et pp̄ter hoc
sacerdotes ydoloꝝ ymaginẽ vginis puerum
in gremio baiulantẽ fecerũt: ꝛ in secreto lo⸗
co tẽpli ponentes adorauerũt. Itẽ in legẽda
lõbardica hẽtur q̄ ipa die natiuitatis xp̄i sta⸗
tuta romuli ꝛ oĩa ydola i diuersis locis cor⸗
ruerũt. Itẽ ipo die tres soles in oriente ap⸗
paruerũt: q̄ paulatim in vnũ corpꝰ solare re
dacti sũt. Itẽ innocẽtius papa dicit q̄ fons
aque in ipa nocte in liquorẽ olei vsus est: et
tota die largissime manauit fluẽs vsq; in ty
berim sicut sibilla p̄phetauerat: q̄ nisi erũ⸗
peret fons olei non nasceret saluator. Item
innocẽtiꝰ papa dicit: q̄ octauianꝰ imꝑator
vniuersũ orbem iurisdictioni romane sub⸗
iugaret intm̄ senatui placuit vt eũ p deo co
lere vellet. Ad illoꝝ ergo instantiã sibillam
p̄phetissã ꝯsuluit si maior eo aliq̄ nasceret.
Cũ ergo in die natalis xp̄i sibilla i camera
imperatoris orationibꝰ insisteret i die me⸗
dio aureꝰ circulus apparuit circa solẽ: et in
medio circli vgo pulcherrima puerũ gestãs
in gremio. tũc hec cesari ostẽdit admirãs aũt
imꝑator audiuit vocẽ dicẽtẽ. Hec est ara ce⸗
li. Dixit ei sibilla. Hic maior te est: ideo ip̄m
adora. Eundẽq; locũ in honorem btẽ marie
vginis dedicauerũt: q̄ vsq; hodie sctã maria
ara celi dr̄. Imꝑator igitur illi puero hostias
obtulit: ipse deos suos de cetero colere recu
sauit. Huic dicto cõcordãt thymotheꝰ hysto
riographꝰ: ꝛ orosiꝰ p magna pte. Circa p̄ns
euãgeliũ vbi dr̄. Annũcio vos gaudiũ ma⸗
gnũ. Notãdũ q̄ magnũ gaudiũ instat popu
lo xp̄iano de natiuitate filii dei in humana
natura in primo tolerandas p quẽ natura
hũana est super oĩa exaltata: et oĩbus bonis
repleta. Natus est eñ filiꝰ dei cũ sacco ple⸗
no oĩꝫ grãꝝ ꝛ virtutũ quas nobis gratis do
nauit. ad roma. viii. Quomõ etiã nõ oĩa cũ
illo nobis donauit. pp̄terea angelꝰ dixit. An
nũcio vobis gaudiũ magnũ: qȝ natus est no
bis saluator. Ubi sciẽdũ q̄ p̄imꝰ hõ. s. adã
p̄ductus fuit sine patre ꝛ matre. Scd̄us hõ
. s. eua p̄ducta fuit ex p̄re sñ matre. Oẽs alii
hoĩes ex patre et matre. Restabat aũt quar
tꝰ modꝰ vt ds̄ p̄duceretur ex matre sine pa⸗
tre. Sic xp̄s hodie natꝰ est. Et in hac quarta
generatione filii oẽs in terrã suã. s. celestem
hierusalẽ p xp̄i meritũ redierũt. sicut i figu⸗
ra deꝰ dicit abrahe. Geñ. xv. Generatione
autem quarta reuerentur.

¶ In diluculo euangeliũ secundum lucã. ii

In illo tempore Pastores
loquebãtur ad inuicem.
Trãseamus vsq; bethleẽ ꝛ vi
deamus hoc verbũ qd̄ factũ est
qd̄ fecit dñs ꝛ ostendit nobis.
Et venerũt festinãtes ꝛ īuene⸗
rũt mariã ꝛ ioseph: ꝛ infãtẽ po
sitũ ĩ p̄sepio. Uidentes aũt co⸗
gnouerũt de verbo qd̄ dictum
erat illis de puero hoc. Et oĩs
q̄ audierãt: mirati sunt de his
que dicta erãt a pastoribus ad
ipsos. Maria aũt conseruabat
oĩa verba hec: cõferens in cor⸗
de suo. Et reuersi sunt pastores
glorificantes ꝛ laudãtes deũ i
nibus ꝓphetizabat in aula sua (Rñdit ies⁹) Hic ponit ipsius xp̄i mansueta declinatio: qꝫ cũ malediceretur nõ maledicebat vt hr̃. i. petri. ii. iõ mãsuete iniuriã declinat dicẽs (Ego demoniũ nõ hẽo) qđ ptꝫ qꝫ demones expellebat nec doctrinã malã habebat: sed sctissimã vt pꝫ intuenti. Si eñ aliq̄s hõ in nulla lege imbut⁹ vix tet xp̄i doctrinã statim ex sola rõne naturali iudicaret eã mũdissimã ꝛ honestissimã respectu cuiuscũq̄ alterius doctrine. Silr̃ miracula xp̄i nõ fiebãt virtute demonis: qđ patet ex hoc ꝙ faciebat multa nõ virtute demonis: sed virtutẽ cuiuscũq̄ creature trãscẽdẽtia sicut est suscitatio mortuoꝝ: illuminatio cecorum: et illustratio subita hoim simpliciũ ꝛ ydiota. ex hoc pꝫ ꝙ fiebãt virtute diuina. iõ sequitur (sed honorifico patrẽ meũ) declarãdo ei⁹ virtutẽ in miraculo (ꝛ vos inhonorastis me) attribuendo demoni qđ virtuti diuine deberet attribui ꝛ ne possꝫ dici ꝙ talia diceret ad iactãciã subdit (Ego aũt nõ q̃ro gl'iam meã) ¶ Sed q̃rit hic. Cũ xp̄s q̃reret gl'iam dei p̄ris ꝛ eadẽ sit gl'ia p̄ris et filii quõ põt dicere. Ego nõ q̃ro gl'iam meã? Dicẽdũ ꝙ dirigit ṽbũ ad intẽtionẽ coꝝ q̄b⁹ loq̄batur: q̄ reputabãt eũ q̃rere honorẽ mũdanũ. ꝛ ẽ sensus (Ego aũt nõ q̃ro gl'iam meã) q. diceret. Ego nõ q̃ro gl'iam ab honore dei patris deuiantẽ sicut vos creditis (est q̄ q̃rat ꝛ iudicet) q. d. illi q̄ q̃rũt gl'iam mũdi possũt manifeste iudicare et ꝓpendere ꝑ facta mea ꝙ ego talia non q̃ro: qꝫ vita xp̄i in pauꝑtate et ab eiectione existẽs gl'ie mũdane erat contraria. Aliter exponit̃. Ego aũt nõ q̃ro gl'iaꝫ meã. i. exaltationẽ meã pro nũc qꝫ ante passionẽ xp̄s q̃rebat abiectionẽ (est q̄ querat). s. de⁹ p̄r q̄ post humiliationẽ in cruce exaltauit eũ ꝛ dedit illi nomẽ qđ ẽ sup oẽ nomẽ: vt dꝫ ad phil'p. ii. (Et iudicet). s. de⁹ patre de illis q̄ me inhonorãt vindictã faciẽdo de ip̄is. qđ factũ est q̄ñ in vindictã mortis xp̄i destructa est ciuitas et tẽplũ: ꝛ pp̄l's occisus ꝛ captiuat⁹ est ꝑ romanos (Amẽ amẽ dico vobis) Hic ꝓbat terciũ supra ꝓpositũ. s. ꝙ sequẽs xp̄m lumen habeat vite Et diuidit in duas. qꝫ p̄mo ponit̃ xp̄i ꝓbatio Scḋo iudeoꝝ obiectio: ibi dixerũt ergo. In p̄ma parte dꝫ sic (Amẽ amẽ dico vobis) i. fideliter. et duplicatur ad maiorẽ affirmationẽ (si q̄s sermonẽ meũ seruauerit mortẽ nõ videbit ineternũ) Cuius rõ est. qꝫ semen est verbum dei. vt hr̃ Luc. viii. inq̄ñtũ vita eterna in ṽbo dei ꝯsistit: sicut in quodã principio seminali. qꝫ finaliter ꝓducit in vitam beatam. sicut virtute seminis ꝓducitur fructus ꝛ iõ sicut ille q̄ seruat semen a corruptione ꝑuenit ad fructum: sic seruãs verbũ diuinuꝫ peruenit ad beatitudinis statum q̄ b̃titudo designat. cũ dꝫ (Mortẽ nõ videbit) vita eñ b̃tã in visione ꝛ fruitione ꝯsistit: ꝛ iõ ꝑ exclusionẽ mort̃ gehẽne que huic visioni opponit̃: ꝯsecutio b̃titudinis intelligit̃: ꝛ sic pꝫ qđ supra fuit propositum. s. qđ sequens xp̄m habet lumen vite. qꝫ sequela xp̄i in obseruatione verbi ei⁹ ꝯsistit (Dixerũt) Hic ponitur iudeoꝝ obiectio in contrarium Et diuiditur in duas. qꝫ primo ponitur dicta obiectio. Scḋo xp̄i rñsio: ibi. respõdit iesus. Obiectio autem eorum incipit a conuicio. quia sicut homines irrationabiles ꝛ turbati statim dixerunt. (Nunc cognouim⁹: qꝫ demonium habes) q. d. prius tantum opinabamur te habere demoniuꝫ: sed modo sum⁹ certi: quia ita est ꝙ nulla falsitas a deo est. sed a diabolo q̄ est pater mẽdacii: vt tu dixisti. verbum autem tuum est manifestũ ꝛ apertum mendacium ad cuius probationem inducunt (Abraham mortuus est et prophete) qui tamen sermonem dei seruauerunt qui ẽ maioris virtutis q̃ sit sermo tuus ꝛ iõ patet falsum qđ tu dicis (Si q̄s sermonem meum seruauerit. ꝛc.) Ex quo patet ꝙ decipiantur in equiuoco ex quo christ⁹ dicebat de morte spirituali ipsi autem acceperũt de morte corporali: ꝛ ideo querunt derisorie duo. primuꝫ est. (Nunq̄d tu maior est patre nostro Abraham). q. dicant non secundum est. Quem te ipsum facis?). q. dicant manifeste patet ꝙ ad gloriam vanam de te falsa dicis. (Respondit iesus) Hic ponitur xp̄s responsio ꝑ primo ad scḋm. secundo ad primum: ibi. Abraham ꝛ qꝫ in vltimo quesito imponebant ei querere vanam gl'iam: ideo hoc excludit dicens. (Si ego glorifico meipsum). i. si ego quero gloriam meam preter rõnem veritatis diuine vt vos michi imponitis (gloria mea nichil est) i. falsa: quia falsum est non ens vel nichil. Sꝫ non est ita: quia gloria mea est a deo patre: a quo nullum falsum potest esse. et hoc est quod dicitur hic. (Et pater meus qui glorificat me.) per miraculorum operationem: et postea glorificabit per resurrectionis et ascẽsionis gloriã (quem vos dicitis: qꝫ deus vester est) per operum imitationem: sed hoc est falsũ quod ꝓbãt dicens (ꝛ non cognouistis eum) per fidem formatã in qua consistit dei filiatio per adoptionẽ (Ego autem noui eũ) sicut eius filius naturalis hñs eandẽ sciẽtiã

nõ ipo (Et si dixero qz nõ scio eũ: ero similis vo
bis mẽdax) sicut estis mẽdaces asserẽdo vos
eũ cognoscere cũ tñ eũ non cognoscatis: ita
essẽ mẽdax si assererẽ me eũ ignorare: cũ inq̃
tũ de⁹ habeã noticiã eãdẽ cũ eo / ꝛ inq̃tũ hõ
eũ clare videã: ꝛ iõ subdit (Sz scio eũ). Et p̃-
dicto mõ (ꝛ sermonẽ ei⁹ seruo) hoc addit: qz
vera cognitio p opa demõstratur. In note
eñ ope malo ẽ aliqua ignorantia. ꝓpter qd
dicit philoso. iii. ethi. Oĩs mal⁹ est ignorans
(Abrahã) Hic rñdet ad primũ. q̃sierãt ei pri
mo derisorie si ipe esset maior q̃ abrahã. et
rñdet q sic dicẽs (Abrahã pater vester exulta
uit vt videret diẽ meũ) Qz abrahã desidera
uit cognoscere tẽpus aduẽt⁹ xp̄i: qd est vide
re xp̄m in spũ: ꝛ sic patet q est maior abrahã
ꝓpter hoc eñ cognitionẽ hãc desiderabat qz
ab ipo sim gentiũ redemptionẽ expectabat
(vidit et gauis⁹ est) qñ. s. dictũ est ei: in semi
mine tuo bñdicẽtur oẽs gẽtes Gene. xxii. ca.
Et qñ in figura triũ ãgelorꝫ sibi apparentiũ
cognouit trinitatis mysteriũ Geñ. xviii. ꝛ in
oblatione ysaac ꝓpter qd locus ille dict⁹ est
Dñs videt vt hẽ geñ. xxii. qz dñs fecit videre
abraham occultum xp̄i mysteriũ Sed cõtra
hoc dictũ xp̄i veracissimuz arguũt dicentes.
(Quinquagita annos nõdũ habes ꝛ abrahã
vidisti). q. dicant hoc est ĩpossibile: qz a mor-
te abrahe vsqꝫ ad tẽpus xp̄i fluxerunt anni
circiter duo milia. ¶ Solet queri cũ xp̄s nõ
haberet vltra triginta tres ãnos: quõ iudei
assũpserũt tantã superfluitatẽ dicendo. q̃n-
quaginta annos. ꝛc. Dicendũ q ꝓpter labo
res ꝛ ieiunia videbat xp̄s lõge maioris eta-
tis q̃ esset. vel scd̃m alios ꝓpter reuerentiaz
ãni q̃nquagesimi q̃ erat iubileus. Iudei eñ
p ip̄m cõputabãtur. ꝛ est sens⁹ (quinquagin
ta ãnos. ꝛc) q. dicãt nõ vixisti adhuc vnũ iu-
bileũ (ꝛ abrahã vidisti) Ex mõ loquẽdi appa
ret ꝛ corꝫ falsitas ꝛ calũnia: qz xp̄s non dixit
vidi brahã sicut ipi petierũt: sz econtrario q
brahã viderat xp̄m: qz tñ corꝫ obiectio pce-
debat ex hoc q solũ in eo naturã hũanã ꝯsi-
derabãt iõ oñdit se naturã diuinã habere di
cens. Amẽ amen dicos vobis anteq̃ abrahã
fieret ego sũ) Ubi oñditur ei⁹ eternitas ꝯiũ
gendo verbũ p̄ñtis t̃pis ego sum: cũ v̄bo p̄-
teriti t̃pis: anteq̃ fieret: qz eternitas assistit oĩ
tẽpori: ꝛ qz iudei nesciebant verbis ei⁹ ꝯtra
dicere rõnabiliter loquendo. iõ ꝯtradixerũt
corporaliter ꝯspuendo: iõ subdit (Tulerũt la
pides: vt iacerẽt in eũ) sicut in blasphemũ: q̃
pꝫ manifeste q nõ mouebãtur amore iusticie
sz liuore inuidie: qz in lapidatione blasphe

mi reqritur debit⁹ pcess⁹ p accusationẽ corã
iudice: ꝛ testiũ depositionẽ (et iudicis sñiam
et tũc seqtur lapidatio extra ciuitatez: vt hẽ
leui. xxiiii. Ipi aũt volebãt eũ lapidare omis
so pcessu p̄dicto: ꝛ cũ hoc i loco sacro qd erat
illicitũ etiã de cõiũcto: ꝓpter qd ioiada põti
fex fecit athaliã trahi extra septa tẽpli anteq̃
occideretur: vt hẽ. iiii. regũ. xi. (Iesus abscõ
dit se) occultãdo retro parietẽ vl' aliqd hmõi
sz virtute diuinitatis se reddẽdo eis inuisibi-
lẽ: ꝛ in hoc nobis exẽpliũ patiẽtie dedit: ꝛ fide
lib⁹ suis materiã ꝯsolationis: qz aliqñ se ab
sũt erãt (ꝛ exiuit de tẽplo) p mediũ illorꝫ inu
sibiliter pgens sicut dꝫ de illis q voluerẽt eũ
p̄cipitare. Lu. iiii. Ies⁹ aũt trãsiẽs p mediũ
illorꝫ ibat. tñ a suis disc. videbat. qz secuti sũt
eũ.

¶ Expositio moralis.

Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt in
eũ) Beda. Pĩsice aũt quot ma-
las cogitatiões q̃s assumit q̃si tot
lapides in iesũ mittit. ac deinde q̃tũ ad se pti
net si ad deliberationẽ trãsit iesũ abscondit
(Ies⁹ aũt abscõdit se) q̃d aũt abscõdendo se
dñs signt: nisi vt q eis ipa v̄itas abscondit q̃
ei⁹ v̄ba seq̃ cõtẽnũt. Eã quippe quã nõ iue-
nit huilẽ v̄itas fugit mẽtẽ. Quid aũt nobis
exẽplo loqtur nisi eũ eo etiã resistere possim⁹
irã superbiẽtiũ huiliter declinem⁹. Hec beda
¶ Questio fr̃is anthonii bertõtini. Quis ex
vobis. ꝛc. Io. viii. ¶ Super quibus verbis
mouet talis qõ. Utrũ ꝯfessio sit de necessita
te salutis. Rñdeo scd̃m sco. et tho. in. iiii. di.
xvii. q ꝯfessio est de necessitate salutis in illo
q̃ i pctm̃ mortale cecidit vel in re qñ hẽ opor
tunitas suscipiendi: vel in ꝓposito qñ articu
lus necessitatis excludit sacramẽtũ ꝛ nõ con-
tẽpt⁹ religionis. Cõfessio vero ꝑtinet ad sa
cramẽtũ institutũ ꝯtra morbũ pcti mortalis
iõ tenemur ꝯfiteri qz passio xp̄i sñ cui⁹ v̄tu-
te nec originale pctm̃ nec actuale dimittitur
in nobis opat p sacramẽtorꝫ receptionẽ q̃ ex
ipa efficaciã hñt. sicut igit baptism⁹ ẽ d̃ neces
tate ad delẽdũ originale pctm̃ ꝛ methapho-
rice dꝫ p̄ma tabula: qz sicut nauta naue fra-
cta adherẽdo alicui tabule euadit maris pi-
culũ: vt dicit astẽsis lib. vi. ti. i. arti. i. q. iii. ita
ꝛ postq̃ hũana natura in adã naufragauit ꝛ
ꝛ innocẽtiã pdidit p ei⁹ pctm̃ hõ picula hui⁹
mundi euadit p baptismum ꝛ p̄ñle sacramẽ
tum. Sed baptismus p̄ma tabula vocatur
ita cõfessio est de necessitate ad remissionem
culpe actualis que dꝫ a hieronimo ad deme-
triadẽ virginẽ. ꝛ ponitur extra de pe. di. i. aũ
ca. medicina. Secunda tabula post naufra-

giũ ẽ culpã simplr cõfiteri. p pmo eñi occurrit baptismi toti⁹ remediũ.scdo si cãritas si fuerit pdita.occurrit pnia ad euadẽdũ pcti naufragiũ/ ad puenie̅dũ ad salutis portũ.sicut etiã hẽ in lib.de maximis theologie regulis.Regula.xxiii.Et q̃uis scdm theologos in locis pallegatis cõfessio proprie loq̃ndo nõ sit de iure naturali:sed diuino ⁊ noue legis: ⁊ cõcordat scot⁹ ibidẽ dicẽs q cõfessio est de iure diuino positio pmulgato a xpo apostolis.Tũ q sit necessaria etiã habes de pnia di.i.fere p totã vbi est taciturnitas confessionis: nõ est speranda venia criminis.

¶ Feria.ii.post do de passio. S.io.viii.

IN illo tp̃e.miserũt pricipes ⁊ pharisei ministros vt apprehẽderent iesũ.Dixit ergo eis ies⁹.Adhuc modicũ tẽp⁹ vobiscũ sũ: ⁊ vado ad eũ q̃ me misit.Queretis me et nõ inuenietis: ⁊ vbi ego sũ vos non potestis venire.Dixerũt ergo iudei ad semetipsos.Quo hic itur⁹ ẽ q: nõ inueniem⁹ eũ: Nũquid ĩ dispersionẽ gentiũ itur⁹ ẽ ⁊ docturᵘ gẽtes: Quis ẽ hic sermo quẽ dicit Queretis me: ⁊ non inuenietis Et vbi ego sũ: vos nõ potestis venire In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat ies⁹ ⁊ clamabat dicẽs.Si q̃s sitit veniat ad me ⁊ bibat.Qui credit ĩ me sicut dicit scriptura flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aq̃ viue Hoc aũt dixit de spũ sctõ quẽ accepture erãt credẽtes in eũ.

¶ Expositio litteralis.

HIc ponit ab euãgelista iniq̃tas phariseorũ:q̃ inuidia obtenebrati audientes tanta bona de xpo doluerũt ⁊ procurauerũt ministros p pricipes ad capiẽdũ ipsũ ⁊ hoc est qd dr(Miserũt pncipes ⁊c. Dixit ergo eis ies⁹) postq̃ xps oñdit suã originẽ.Hic cõñr declarat terminũ ad quẽ tendebat.Et diuidit in duas: q: pmo oñdit ppositũ Scdo ex hoc seq̃tur admiratio turbarũ ibi.Dixerunt ergo.Terminus ad quẽ tendebat xps est ipse pr̃ ad quẽ p mortẽ rediit: inq̃tũ p hoc gloriã corporis ⁊ exaltationem accepit.⁊ hoc est qd dicit quasi respondendo intentioni q̃rẽtiũ ipm capere (Adhuc modicũ tp̃s vobiscũ sũ).q.d.nõ mõ implebitis qd vultis:q: adhuc modico tp̃e volo manere i populo ad docendũ ⁊ miracula faciendũ(et vado ad eũ q̃ me misit) p mortẽ eñi iuit ad patrẽ pactis tñ predictis.(Queretis me)q: post ascensionẽ eius in celũ iudei videntes signa per apostolos fieri pñtia ducti reuersi sunt ad fidẽ xpi dicentes ad apostolos quid faciemus:vt hẽ act.ii.(⁊ non inuenietis)scz scdm penitentiã corporalẽ: sz penitentes eũ inuenerunt scdm pniam spũalem.Aliter exponitur de penitentia corporali q: appropinquante destructione ciuitatis per romanos multi iudeorũ cognouerunt hanc miseriam eis euenire propter mortẽ xpi quẽ tunc libẽter voluissẽt habere pñtẽ ad sue liberationẽ sequitur(et vbi ego sũ vos non potestis venire)Quare non dixit :vbi ego vado:qd videtur conuenientius dicere: Dicendũ q sicut ire ad patrem conuenit ei scdm hũanitatẽ in qua non est idem cũ patre Ita esse semper apud patrem cõuenit ei p diuinitatẽ in qua est idem cũ patre in essentia: distinctus tñ in persona:⁊ ad hoc designãdũ dicit vbi ego sũ (Dixerunt ergo ei)Hic ex verbis xpi ponitur turbe admiratio. Ex hoc eni q xps dixerat:q̃retis me ⁊ non inuenietis quasi dubitanter arguebant q deberet a iudea recedere ⁊ ire ad predicandũ gentibus extra terram iudeorũ ⁊ sĩca pz:sed ex fine verbi arguũt cõtrariũ dicentes.) Quis est hic sermo quẽ dicit queretis me ⁊ nõ inuenietis:⁊ vbi ego sũ vos non potestis venire).q.d.ex hoc q dixit vbi ego sum:pz illud qd dicit q̃retis me ⁊ non inuenietis:non intelligitur per hoc recessus eius a iudea. q: dixisset vbi ero ⁊ non vbi sũ q: tunc erat in iudea cũ ptulit verbũ predictũ:⁊ sic pz eorũ dubiũ circa xpi verbum Hic eni debebat loqui obstinatis vt videntes non viderent.⁊ audientes nõ intelligerent prout erat eis pphetatũ Isaie.vi.(In nouissimo ⁊c.declarata origine doctrine xpi ostenso q erat a deo data ⁊ facta Hic consequẽter inuitat ad ipsã ⁊ dicit sic(In nouissimo autem die magno festiuitatis). id est in die septimo:quia primus dies ⁊ vltimus erant

solenniores intermedus. vel aliter (in nouissimo).i.in octauo: quia peractis septem diebus festiuitatis tabernaculorū in octauo die erat festū cetus vel collecte: et dicebatur illa dies sanctissima in lege. Cuius ratio est qz significabat congregationē sctōrum in superna felicitate: in illa ergo die magna et solēni. (Stabat iesus et clamabat) predicādo ex hoc inoleuit consuetudo vt turbis vulgaribus fiat sermo stādo. Religiosis aūt sedēdo: qz xps docebat discipulos suos sedēdo vt habetur. Mat.v. Et cū sedisset accesserunt ad eū discipuli eius: et apiens os suū docebat eos: et i aliis pluribus lo. is in euāgelio turba docebat stādo vt hic habetur. Quod aūt docebat: subdit (Si quis sitit) i. si quis desiderat doctrinā vite (veniat ad me) per fidē formatā (et bibat) aquam sapientie salutaris: et nō solū ad sufficiētiam: sed etiā redūdātiā: qz fides et bonitas vnius fidelis debet ad alios deriuari: qd ostēdit saluator per scripturā: cuius sentētia habetur Prouerbiorum v. Sed verba hic aliquantulū mutata. et hoc est qd dicitur. (Qui credit et c. flumina de ventre eius fluent) ad aliorum redūdantiā (aque viue) dicitur aūt sapiētia diuina aqua viua: qz continuat hoiem suo principio. s. deo. (Hoc aūt dixit de spū) hec sūt verba euāgeliste exponētis verbū xpi predictū de acceptione spūsācti i signo visibili: sicut acceperunt apli in die pēthecostes qz ex illa acceptione facta ē redūdātia fidei in predicatione euangelii per totū orbē (quē accepturi erāt credētes in eū) Quis eni apostoli haberent grāam spūsācti ante illam diē pentecostes nō tn̄ ita plene et propter hoc nō receperāt in signo visibili: qd denotat gratie plenitudinē.

Expositio moralis.

IN nouissimo aūt die magno festiuitatis stabat iesus et clamabat) Ex hoc inoleuit q turbis sit predicatio stādo magis clamose. claustralibus aūt et capitulis sedendo et magis remisse: eo q dicitur Mat.v. Et cū sedisset accesserūt ad eū discipuli eius et apiens os suū docebat eos. (Sz turba q nō nouit legē maledicti sūt) aug. in me sic est maledictio. Ita etiā nūc est i ecclia q simplices et laici sūt aliqn deuotiores. scdz illd Isa.i. Cognouit bos possessorē suū et asinus presepe dñi sui. Israel aūt me nō cognouit. ¶ Nō fratris āthonii betontini. Si quis sitit veniat ad me et bibat. Joh.vii. Super quibus verbis oritur qo. ¶ Utrū per scripturā confessio fieri debeat? Breuiter rn̄detur scdm sniam Bona. scil tho. et rich. et gnāliter olim theologorum q lz proprius actus sacramentalis cōfessionis sit ille quo magis cōsueuimus manifeste. s. proprio verbo: tn̄ non nulli modi in dicti sūt ad supplementū vt scripture interpretatio: signa et huiusmodi. Illi q loquela priuant aut natura: aut egritudine. aut idiomatis ignorantia: aut alio quouis mō tenentur vel scriptura vel signis: aut interprete sacerdoti cōfiteri si inde scdm rich. scandalū euenire nō posset precipue ex parte nūcii aut mali sacerdotis q penitentes scripto cōuincere possūt circa maliciā. Talis aūt obligatio adeo stricta tribus rōnibus. vt bona. dicit instituta ē. Prima dicitur sacre communionis reuerentia: qz sicut dz in pascha cōicare ita saltem semel in anno tenetur se ab oi defectu purgare: iuxta illud apli. i. ad Cor. xi. c. Probet seipm hō et sic de pane illo edat et de calice bibat. Alia ratio dz periculi euitantia ne. s. heretici gregē dñi deuorarēt. Ideo sacerdos et pastor dz super gregē vigilare et sui pecoris vultū. i. cōscientiā agnoscere. Unā cuilibet aiarum curam gerenti per sapientem. prouerb. xvii. dz. Diligenter agnosce vultū pecoris tui tuosqz greges cōsydera. Tercia ratio dicitur salutaris medicine indigentia scriptum est eniz eccle. iiii. ca. Non est que faciat bonū non est vsqz ad vnum. Item quilibet meliori modo quo potest debet in cōfessione peccata detegere ostēdens se diuina gratia indigere quam nisi per ipsam confessionem potest habere. Qua propter metaphorice hodie ipse proclamat dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat. Attamen qui impedimentum non habent proprio verbo confiteri tenentur. Unde augustinus in libro de pn̄i. inquit Quem penitet omnino peniteat et dolorem lachrymis ostēdat. et representet vitam suam deo per sacerdotem preueniat iudicium dei. per confessionem precepit dominus mundandis vt ostenderent ora sacerdotibus docens corporali presentia confitenda peccata non per nuncium non per scriptum manifestanda. et hec verba notantur a gratiano de pe. dist. i. Et in hac confessione q fit proprio verbo triplex error committi solet. Quorum primus dicitur preparationis. secundus verecundationis. tercius discretionis.

¶ Feria tercia post dominicam de passione Secundum Johannem. vii.

IN illo tempore. Ambulabat iesus in galileam. Nō

enim volebat iudeã ambulare quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum cenophegia. Dixerunt autem ad eũ fratres eius. Transi hinc & vade in iudeam: vt discipuli tui videant opera tua que tu facis. Nemo quippe in occulto quicq̃ facit: & querit ipse in palam esse. Si hec facis manifesta teipm mundo. Neq; fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis iesus. Tẽpus meũ nondũ aduenit. Tps aũt vestrũ sẽper est paratum. Non potest mund⁹ odisse vos: me autem odit quia ego testmonium perhibeo de illo. q: opera eius mala sũt. Vos ascendite ad diem festum hunc Ego autẽ non ascendã ad diẽ festum istũ: q: tps meum nondum impletum est. Hec cum dixisset: ipse mansit in galilea Vt autem ascenderunt fratres ei⁹ tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo q̃rebant eũ in die festo: & dicebãt Ubi est ille? Et murmur multus de eo erat ĩ turba Quidã enĩ dicebãt q: bon⁹ ẽ Alii aũt dicebãt nõ: s; seducit turbas Nẽo tñ palã loq̃bat de illo ,ppt metũ iudeorũ.

Expositio litteralis.

In hac lectione euangelista agit de doctrina xpi iudeis collata: q: sicut p̃dictũ est pt̃ dz filius nutrimentũ & documẽtũ exhibere: & iõ hic tãgitur de origine doctrine xpi q̃tũ ad locũ seu aptitudinẽ loci. Circa qd sciendũ vt supra dictũ est q loc⁹ aptus ad predictã manifestationẽ erat ciuitas hierosolymitana: vbi ad diẽ festum conueniebat populus: & ideo ad manifestãdũ se in hoc loco inuitatur xps. & licet primo recuset: tamẽ fideliter consentit vt videtur. & hoc est quod dicitur (Ambulabat iesus in galileam) docẽdo in synagogis eoꝝ (Non enĩ volebat in iudeam ambulare) Licet enĩ posset esse inter eos sine nocumento. voluit tamen se aliqñ absẽtare ante tempus debitum passioni sue ostẽdendo in se veritatẽ humane nature. & q licitum erat fidelibus suis aliquãdo persecutionem fugere (Erat aũt. &c. cenophegia). i. festum tabernaculorum. Dicitur autem a cenos quod est vmbraculum: et phagin qd est comedere: quia septẽ dieb⁹ comedebãt iudei in vmbraculis (dixerunt autẽ ad eũ fratres eius) non q essent filii marie matris sue neq; ioseph vt alias dictũ est ĩ improbando errorẽ eluidii sup mat. in ca. Nec cognati sui qui erant ad apostolatum vocati q: de istis dz infra q fratres ei⁹ nondũ credebãt in eũ sed dz hic fratres q: erant de cognatiõe sua q̃ ex factis ei⁹ volebãt reportare gl'iam mũdanam scdm aug. vñ sequitur (Transi hinc & vade in iudeã) hoc est in hierl'm metropolim iudee (vt et discipuli tui videãt opera tua) Dubitabant enĩ de xpi miraculis vtrũ essent vera. ppt hoc sequitur (Neq; ei fr̃es ei⁹ credebãt in eum) q: et suggerebãt ei malũ. s. gloriã mũdanã q̃rere: iõ recusauit dicẽs (Tempus meũ nõdũ aduenit). i. tps gl'ie mee manifestande: q: post resurrectionẽ erat manifestãda (Tẽp⁹ aũt vestrũ sp est paratũ) q. di. tẽpus gl'ie mũdane quã q̃ritis nũc ẽ in principio huius solẽnitatis. q: iudei magis vocabant cõuiuiis & leticie in principio festi q̃ in fine qñ xps iuit ad festũ vt infra patebit (tẽpus aũt vestrũ. &c) q. d. vos potestis ire secure: nõ aũt ego in q̃tũ hõ q̃ inimicos capitales habeo. propter hoc sequitur. (Nõ põt mũd⁹ odisse vos) quasi dicat vos qui gloriam mundanã q̃ritis mũdanos aduersarios nõ hẽtis (Me aũt odit) q̃ q̃ro gl'iam dei: & p consequens arguo pctã mũdanoꝝ q̃ sũt ei cõtraria & hoc est qd dz (q: ego testimoniũ phibeo de illo) i. de mũdo & accipit hic mũdus nõ q̃tum ad creaturarũ substãtiã: sed q̃tum ad hoiꝝ maliciã sicut dictũ est ca. i. super illud. Et mundus eũ non cognouit Vos ascẽdite ad diem

festū hunc).i.ad principiū solēnitatis taber
naculoꝝ:qꝛ in principio magis vacabāt ho
mines epulis ⁊ leticie vt predictū est non ꝙ
inuitet eos ad talia:sꝫ ostēdēdo qđ ipi q̄rebāt
qꝛ q̄ mundana sunt adhuc sapiebāt tm̄ vt vi
su est.(Ego aūt nō ascēdā ad diem festū).i.
primū vt ꝙ postea venit in medio solēnita
tis in alia die non est incōtir⁹.⁊ subdit cā(qꝛ
tempus meū nō est īpletū)tēpus em̄ aptū do
ctrine veritatis ꝓpter quā venerat saluatoꝛ
non sic erat in principio solēnitatis ꝓpter p̄
dicta sicut circa finem(Hec cum dixisset ipse
mā̄sit in galilea)rōe p̄dicta(Ut aūt ascende
rūt fr̄es ei⁹ tunc ⁊ ipe ascēdit).i.ad diē festū
tabernaculoꝝ nō tm̄ cū fr̄ib⁹ suis.nec eadem
die:qꝛ ipi iuerūt ad primū diē illius festiui
tatis.ipe aūt venit illuc q̄rto die: vt patebit
infra.Sicut em̄ noluit esse in principio festi
uitatis ne fratribus suis malū ꝑsuadētibus
videtur fauere:sic non debuit se oīno subtra
here:ne a ppl'o doctrinā salutis subtraheret
quā venerat docere.Mod⁹ aūt veniēdi tan
git cū dꝫ(nō manifeste).i.cū magna comiti
ua ne daret iudeis occasionē maioris inuidie
(sed quasi in occulto)in hoc cōdescēdens infir
mis q̄ timore mortis occultādi erant(Iudei
ergo)Postq̄ euāgelista descripsit aptitudi
nē tēporis ad manifestādū originē sue doctri
ne.Hic ꝯñr describit occasionē manifestatio
nis dicte.Et diuidit in duas:scđm duas oc
casiones huiusmodi manifestationis.Secū
da ponitur ibi.Iā aūt die festo Prima occa
sio fuit inuestigatio iudeoꝝ xp̄m q̄rētiū.Quo
rū aliqui eum q̄rebant vt interficerent.Alii
aūt vt doctrinā ei⁹ deuote audirent et iđ de
buit apparere et docere/ vt ostēderet ꝙ mali
nocere non poterant nisi q̄tū permittebat :
sicut em̄ se occultando ostendit infirmita
tem humanitatis:ita confidenter inter ami
cos apparendo ⁊ existendo ostendit potētiā
deitatis. Debuit etiā apparere ꝓpter bonos
vt doctrinam originatā a deo ostēderet ⁊ attē
tius eum desiderarent.⁊ hoc est quod dicitur
Iudei ergo q̄rebant eum in die festo)dupli
ci de causa vt dictū ē(⁊ dicebāt.vbi est ille?)
qꝛ illi qui q̄rebant eū ex odio dedignabātur
eū noīare ꝓprio noīe. Illi aūt q̄ q̄rebant eū
ex deuotione:ita reputabāt eū famosū ⁊ au
tēticum:ꝙ non oportebat exprimere nomen
ꝓpriū. ⁊ ideo q̄tū ad eos sensus est(vbi est
ille?)q.d. vbi est ille q̄ tantus est talis est et
fecit tot miracula(Murmur multus erat in
turba de eo) ꝓpter contrarietatē opinionū
de eo:ideo sequitur.Quidā em̄ dicebāt:quia
bonus est approbando eius doctrinā ⁊ mira
cula(Alii aūt dicebant:non sed seducit tur
bas(ex hoc ꝙ isti malignā:es dicebāt t'bas)
eē seductas ab eo patet ꝙ maioꝛ pars scđm
numerū dicebāt cōtrariū qꝛ erāt principes
ppl'i illi q̄ dicebāt eū seductorē. Unde seq̄tur
(Nemo tm̄ palā loq̄batur de eo).i.in bonū
(propter metū iudeorū).i.illoꝝ de tribu iuda
lꝫ em̄ omnes de ppl'o aliq̄n noīarentur iudei
tm̄ sp̄ali mō sic noīantur illi de tribu iuda:⁊
isti grauius mouebātur contra xp̄m eo ꝙ in
scripturis xp̄s erat ꝓmissus de tribu eoꝝ ipi
aūt reputabāt istū galileū ⁊ ab eis extraneū
ꝓpter qđ etiā sacerdotes repudiabāt eū : vt
dꝫ in fine huius capituli.

¶ Expositio moralis.

AMbulabat iesus in galileā.ꝛc)p
hoc ostēdit xp̄s ꝙ aliq̄n dandus est
locus ire maxime q̄n ꝑsonalis est
persecutio:sicut videntur fuisse in ꝓposito:trā
si hinc ⁊ vade in iudeā.) Isti loq̄batur tanq̄
hūana gl'ia esset ꝑseq̄renda qđ est falsū:ꝓ
pter qđ xp̄s eis nō acq̄euit:vt daret nobis ex
emplū talē gl'iam non q̄rendi. Uerūtn̄ qꝛ p
pter hoꝝ verba doctrina salutis nō est omit
tenda.iiii.die festiuitatis q̄ erat media: eo ꝙ
septē dieb⁹ durabat festū ascēdit iesus in tē
plū ⁊ docebat ppl'm q̄ diebus p̄teritis inten
tus fuerat sacrificiis ⁊ oblationib⁹ cōsuetis
⁊ p hoc docuit predicatore euāgelii:vt scđm
dictū sapientis tp̄s tacendi ꝯsiderēt ⁊ tēpus
loq̄ndi.in seq̄ntib⁹ aūt nichil occurrit aliq̄d
misticū notabile. ¶ Questio fr̄is anthonii
betōtini.Tempus aūt vr̄m sp est paratum.
Ioh.vii.ca.In q̄bus vbis queritur.Utrum
absente sacerdote aliquis ad ꝯfessionē obli
getur.¶ Cui petitioni breuiter r̄ndetur: ꝙ
aliquē ad cōfessionē obligari tripliciť pōt in
telligi.Precepto.i.et ꝯsilio : atq; de cōgruo.
Precepto vero soli sacerdoti fienda est con
fessio.Unn̄ magister sen. distin.xvii. iiii.libri
taliter inquit.Sacerdotis examen req̄rēdū
est studiose:qꝛ sacerdotibus concessit de⁹ po
testatem ligādi atq; soluēdi:cū dn̄s io.xx.ca.
scribitur discipulis dixit. Accipite sp̄m sctm̄
quoꝝ remiseritis petā remittuntur eis: ⁊ quo
rū retinueritis:retēta sūt.Hinc aūt mat. viii.
ca scriptū est ꝙ leproso dn̄s ait. Uade ⁊ ostē
de te sacerdotib⁹. Ex quibus colligitur ꝙ abs
te sacerdote xp̄ianus ad cōfessionē ex necessi
tate nō obligatur.lꝫ q̄tū pōt eū diligēter re
q̄rere tenetur.Proinde magister sen. vbi s
pra.ca.Nunc prius.ait.Nec est vere humi

lis penitens: si non desiderat et requirit sa
cerdotis iudiciũ. Cõsilio aũt etiã laico xpia
nus confiteri tenetur. Ut ĥ de penitẽ. distin.
vi.ca. Qui cõfiteri. dꝫ. Tanta itaqꝫ est vis cõ
fessionis: vt si deest sacerdos confiteatur ꝓxi
mo. De congruo similiter hoc intelligitur.
Propterea magister sentẽ. vbi supra dicit. Si
defuerit sacerdos ꝓximo vel socio cõfessio est
faciẽda. Hoc aũt de ꝯgruitate nõ de necessita
te intelligi debet. s. vt quãdo richar. et doctoꝛ
subtilis dicunt: copia sacerdotis non hẽtur.
licet saluo melioꝛi iudicio vꝛgente periculo
moꝛtis hanc congruitatem per me et hoc cõ
siliũ non tenerẽ ꝓpter multa pericula atqꝫ
scandala que inde oꝛiri possunt. Sed qꝛ vos
hodie sacerdotũ copiã habetis: ideo dñs vo
bis ait. Tempus aũt vestrũ semꝑ est paratũ
scꝫ per confessionem in qua etiam triplex er
roꝛ sepius cõmitti solet. Et vnus eoꝝ dꝫ hu
miliationis / alter purificationis. Ultimus
vero secreti retentionis.

¶ Feria.iiii. post dominicam de passione
Euangelium. Secundũ iohannẽ. x ca.

In illo tp̃e Facta sũt ence
nia i hierosolimis ꝛ hiẽs
erat ꝛ ãbulabat ies' i tẽplo poꝛ
ticu salomonis Circũdederũt
ergo eũ iudei. ꝛ dicebãt ei Usqꝫ
quo animas nr̃as tollies? Si
tu es xp̃s dic nobꝫ palã. Respõ
dit eis ies'. Loquoꝛ vobis ꝛ nõ
creditis Opa q̃ ego facio i noĩe
p̃ris mei: hec testimoniũ ꝑhibẽt
de me. Sed vos nõ creditis: qꝛ
non estis ex ouib' meis. Oues
mee vocẽ meã audiũt: ꝛ ego co
gnosco eas ꝛ sequũt me Et ego
vitã eternã do eis: ꝛ nõ peribũt
i eternũ ꝛ nõ rapiet eas q̃sq̃ de
manu mea. Pater meus qd de
dit michi: maius oĩbus est. Et
nemo potest rapere de manu pa
tris mei. Ego ꝛ pater vnuꝫ su
mus Sustulerũt iudei lapides
vt lapidarent eũ. Respõdit eis
ies'. Multa bona opa ostẽdi vo
bis ex patre meo ꝓpter qd eoꝝ
op' me lapidatis? Respõderũt
ei iudei De bono opere nõ lapi
dam' te: sed de blasphemia. Et
qꝛ tu homo cũ sis facit teipsum
deũ. Respondit eis iesus Nõne
scriptũ est in lege vestra: qꝛ ego
dixi dii estis Si ergo illos dixit
deos ad quos sermo dei fact'
ẽ ꝛ nõ potest solui scriptura Quẽ
pater sãctificauit ꝛ misit i mũ
dũ vos dicitis qꝛ blaspemas: qꝛ
dixi fili' dei sũ. Si nõ facio opa
p̃ris mei nolite credere michi
Si aũt facio ꝛ si michi nõ vul
tis credere: operib' credite. Ut
cognoscatis ꝛ credatis: qꝛ i me
est pater: ꝛ ego i patre.

¶ Expositio litteralis.

Facta sũt aũt) Hic describit iudeoꝝ
malignitas xp̃m ꝑsequendo: ꝛ ꝑi
mo verbis Scdo factis. ibi Sustule
runt ergo lapides. Prima in duas. qꝛ primo
ponitur iudeoꝛuꝫ interrogatio maligna Se
cundo xp̄i rñsio vera: ibi. Respondit eis ie
sus. Circa primũ describit eoꝝ interrogatio
quantũ ad tẽpus ꝛ locuꝫ: ꝛ interrogãdi mo
dũ. Tẽpus tãgit cũ dꝫ (. Encenia facta sunt
in hierosolimis) i. est festũ dedicationis tẽpli
Encenia eñi ideꝫ est ꝙ innouationes. dꝫ ab
en ꝙ est in. et cenos nouũ qd fit qñ aliq̃ res
noua suo vsui applicatur in dedicatione aũt
tẽpliũ applicatur vsui. Sciendũ tñ ꝙ festuꝫ
non erat prime dedicationis q̃ facta est a sa
lomone: qꝛ illa facta est. x. die septẽbꝛis in au
tũno: vt hẽtur. iii Regũ. viii. c. Nec aũt scđe
dedicationis que facta est sub zoꝛobabel tem
plo reedificato: qꝛ illa facta est in martio tẽ
poꝛe vernali: sed fuit festum illius dedicatio
nis seu innouationis que facta est sub iuda
machabeo quando purificatum fuit templũ
ob anthioco epyphanie ꝓphanatuꝫ. vt ha

bet.i.Mach.iiii.c. que purificatio facta fuit
xxv.die noni mensis apud iudeos.vt habet.
i.Macha.iiii.que pro maiori parte cõmuni
ter concurrit cũ decẽbri apd nos.⁊ idõ ad hoc
denotandũ additur(Et hyems erat)⁊ sic pꝫ
temp⁹.Locus aũt designatur.cũ dꝫ(Et am-
bulabat iesus in templo in porticu salomo-
nis)noĩe templi intelligũtur atria ⁊ loca ad
domũ dñi ptinentia.Erat aũt ibi q̃dã locus
edificatus vbi salomõ stabat ad orãdũ qui
dicebatur regis oratoriũ.Sed cõtra hoc vi-
detur ꝙ oĩa q̃ edificauerat salomõ in templo
fuerunt cõbusta ꝑ caldeos:vt hẽ.iiii.Re.vlt
ca.Dicendum ꝙ alia porticus fuit recdifica
ta in templo ad similitudinẽ prioris:⁊ ideo
retinuit nomen precedentis sicut frequẽter
fit in edificiis reparatis.⁊ sic pꝫ interrogati
onis locus/subditur etiã interrogandi mo-
dus(Circũdederunt ergo eũ iudei)vt citius
eum in verbis caperẽt.(Et dicebãt ei)Quo
usq̃ aĩam nr̃am tollis)i.crucias dimittendo
nos in suspenso:ꝑ hoc inuẽtes ꝙ vellẽt eius
dicto stare et eum libenter sicut xp̃m recipe
re cũ tñ haberent contrariũ in corde.(Si tu
es xp̃s dic nobis palaꝫ non querunt si tu es
filius dei:qꝫ de hoc nõ curasset pylatus qui
erat gẽtilis apud quẽ intendebant eũ accu-
sare:sed querunt si tu es xp̃s id est vnctus q̃
vnctio debebatur regibus:⁊ per ↄ̃ns si respõ
disset se esse xp̃m statim accusassent eum p̄e
sidi.vt rebellare volentẽ contra imperatorẽ
romanũ cui subditi erãt iudei:⁊ aspirare ad
regnum.Eadem etiã de causa dixerunt(dic
nobis palam)vt possent contra eum habere
testimoniuꝫ(Respondit iesus)Hic ponitur
xp̃i vera responsio in qua primo ostenditur
iudeorum malignitas.Secundo discipulo-
rum xp̃i benignitas:ibi.Oues mee.In p̄ma
ergo parte dicitur sic(Loquor vobis⁊ nõ cre
ditis).q.d.Vos q̃ritis verba experimentia ꝙ
ego sim xp̃s non ad veritatẽ intelligenduꝫ:
sed magis ad calũniandũ qꝫ si illa dicerem
non crederetis:quod probat cõsequenter di
cẽs(Opera que ego facio in noĩe patris mei
⁊c)sicut pꝫ Ioh.iiii.c.Efficacissimũ argumẽ
tum ad probandũ veritatem excedenteꝫ na-
turalem facultatem intellectus sunt opera
miraculosa:⁊ tñ illis non credebant:cum tñ
fierent ad declarationẽ deitatis seu xp̃i.Cau
sa autem incredulitatis eorum subditur:cũ
dicitur.Sed vos non creditis:quia nõ estis
ex ouibus meis).i.innocentes et humiles:sꝫ
superbi et maligni.⁊ ideo dei iudicio exceca
ti.Considerãduꝫ ꝙ in hac reũsione xp̃s nõ

dixit expresse se esse xp̃m quẽ querebant:sed
dixit aliquid equiualens vel maius vt rñde
ret veritatem et excluderet calũnie maliciã
(Oues mee)Hic ↄ̃ᷓr ostẽdit discipulorum suorꝫ
benignitatem dicens(Oues mee)i.humiles
quibus reuelatur veritas.vt hẽ.math.xi.ca.
(vocem meam audiunt)credẽdo corde ⁊ obe
diendo opere(Et ego cognosco eas)non so-
lum noticia visionis:sed etiam approbatio-
nis ad vitã eternam(et sequũtur me)hic in
presenti ꝑ gratiam et in futuro per gloriam
ideo sequitur(⁊ ego vitam eternã do eis)lo-
quitur hic de illis que sunt oues eius non
solum secundum presentem iusticiam:sꝫ etiã
secundum predestinationem diuinã que fru
strari non potest et non rapiet eas quisq̃ de
manu mea)ꝑ violentiam quod probat tali
ratione(Pater meus quod dedit michi).i.
ipa deitas quam habeo a patre:qꝫ oĩa exce-
dit in infinitũ(et nemo potest rapere)cũ em̃
sit infinite potentie nichil potest ab eo aufer
ri per violentiam(Ego et pater vnũ sum⁹)
in virtute et potentia:sicut in deitate vt su-
pra dictuꝫ est(ergo nemo potest rapere oues
de manu mea.Notandum autem ꝙ ex hoc
verbo saluatoris(ego et pater vnum sum⁹)
excluduntur duo errores contrarii circa arti
culum sanctissime trinitatis.Sabellius em̃
posuit in deo vnitatẽ persone sicut et essen-
tie.⁊ hoc remouetur cum dicitur(Ego et pa
ter vnum sumus)Si enim pater et filius es
sent vna persona dixisset sum in singulari.
Arrius autem ecõtrario posuit diuersitateꝫ
essentiarum sicut ⁊ personarum.⁊ hoc exclu-
ditur per hoc cum dicitur.hic vnum.Si em̃
pater ⁊ filius hẽrent diuersas essentias non
diceret vnũ naturaliter:sed plura(Sustule
rũt ergo lapides)Hic ↄ̃ᷓr ostẽditur maligni-
tas iudeorꝫ in facto.Et diuiditur i duas:qꝫ
xp̃s primo refrenat eorꝫ seuiciã.Scḋo exclu
dit impositam sibi blasphemiã:ibi Rñderũt
iudei.In p̄ma igitur parte dicitur sic(Sustu
lerunt ergo lapides iudei vt lapidarẽt eum
moti liuore inuidie:nõ amore iusticie absq̃
legis ordine:vt supra dictũ fuit in casu simi
li.viii.c.(Rñdit eis iesus)dulciter eos repre
hendo(Multa opera bona ostẽdi.⁊c).s.veri
tatẽ docẽdo/infirmos curãdo ⁊ alia miracu
la faciendo(propter qd eorꝫ opus me lapida
tis)cũ tñ ex hoc me honorare deberetis(Rñ
derunt)Hic ↄ̃ᷓr excludit blasphemiaꝫ sibi
impositã.Et diuiditur in duas:qꝫ primo hu
iusmodi blasphemia ꝑponitur.Et scḋo exclu
ditur:ibi.Rñdit.In p̄ma ergo parte dicit

ste (Respõderũt ei iudei dicẽtes. (De bono opere nõ lapidam⁹ te:sz de blasphemia) In dictis eorũ patz cõtradictio:qz loquebantur sicut furiosi. Testificant enim eũ facere bona opera i miraculis:cũ dicũt (De bono opere). s. quod facis. et tñ dicũt hic eũ blasphemũ:cum dicũt (sed de blasphemia) Ista eñi sũt incõpatibilia:qz miracula xpi fiebant ad testimonium bonitatis ei⁹:et iõ cũ essent bona opera et diuina nõ poterãt fieri ad testificandũ aliqđ falsum:qđ tamẽ esset si ille esset blasphem⁹ ad cuius testimoniũ fierent. Ista aũt cecitas in eis pcedebat ex eo q solũ naturã humanã in xpo cõsyderabãt:iõ subdit (qz tu homo cum sis facis teipm deũ (Respondit eis). Hic cõsñr iesus excludit crimen blasphemie sibi impositũ. et hoc duplr. Primo excludit illud p scripturam. Secũdo p ratione:ibi. Si nõ facio Circa primũ sciendũ q sacra scriptura cũ sit a deo inspirata:nõ potest esse falsa Ipsa aũt attribuit dignitatem hominibus sanctis et prophetis:et ipi xpo aliter tamen:qz deitatẽ participatiue tantũ attribuit aliis a christo: sicut iudices locũ dei tenentes dicuntu rdii. Exodi.xxi.capitulo. Dominus dom⁹ applicabitur ad deos. et ibidem. Diis non detrahes ₇c. Christo autem attribuit deitatem pprie dictã. scdm quod habetur hiere.xxiii.ca. Ecce dies veniunt dicit dominus. et suscitabo dauid germen iustum. Sequitur postea Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. et vbi habemus dominus ponitur nomen domini tetragramaton in hebreo:quod nullo mõ attribuit alicui nisi deo vero Iõ patz q sicut scriptura veteris testamenti attribui aliis a xpo deitatem pticipatiue dictã. Ita ipi xpo deitatez proprie dictã (Scdm hoc igitur exponenda est lrã. Respõdit eis iesus) declarando se non esse blasphemũ dicendo se esse deum vel dei filiũ naturalem qđ pbat per scripturã dicẽs (Nõne scriptuz est. ₇c. qz ego dixi dii estis) hoc hẽtur in psal. lxxxi. et đz de iudicib⁹ et pphetis: iõ subditur (Si illos dixit deos) participatiue (ad quos sermo dei factus est) sicut fuerũt prophete et iudices (et nõ põt solui scriptura). i. nõ põt dici q cõtineat falsũ (quez pater sanctificauit) id est meipm quẽ sanctificauit. i. sanctum generauit ab eterno scdm deitatem. vel scificauit. i. plenitudine grẽ adimpleuit xpm ad humanitatem (et misit in mundũ) ad saluãdũ ipm:sicut predictum erat per prophetam (vos dicitis quia blasphemas:quia dixit filius dei sum) q. d. irrationabiliter loquimini: quia scriptura sacra que solui nõ põt:expsse loquit de diuinitate mea:vt patet p pdicta. (Si non facio) Hic cõsñr excludit crimẽ blasphemie sibi impositũ p rõnẽ. Circa quod sciendũ qđ oĩa determinãtur pprio opere. vt hẽ.iiii. Metheoꝝ. iõ p propriã opationem certificamur de natura rei xps. aũt faciebat opera diuinitatis propria. s. miracula totaz facultatem creature transcendentia et etiaz virtute propria:qz non solum faciebat illa obsecrando diuinã potentiã:sed aliqñ imperando. ex quo cõcluditur q in eo vere erat natura diuina:et p cõñs non erat blasphem⁹ dicendo se esse deũ vel dei filiũ: et hoc est quod đz (Si nõ facio opera patris mei. ₇c.) iõ concludit ex operibus (vt cognoscatis et credatis qz pater in me est et ego in patre) inqñtum est vna natura amboꝝ sicut et vna operatio.

Expositio moralis.

Ego et pater vnũ sum⁹) aug. Utrũqz audi vnum et sum⁹ et a caribdi et scilla liberaberis. qđ dicit vnuz liberat te ab Arrio qđ dicis sum⁹ a sabellio (Sustulerũt ergo lapides iudei) Hilari⁹ nũc hereticoꝝ furoꝝ dño in celis sedente pari sibi delitate dictis nõ obedientes odiũ ipietatis exercent. verboꝝ lapides faciunt et si possent de throno suo in cruce detraherent. Questio fr̃is ãthonii betõtini. sup verbis Si nõ facio opa pr̃is mei nolite credere michi. Io. x. In qbus verbis queritur. Cui sacerdoti sit facienda cõfessio? Ad hoc breuit dico scdm doctoris nr̃i Durãdi sniam: q tria sũt necessaria cõfessori:cui facienda est cõfessio vt sufficienter possit penitentib⁹ puidere vita scz scientia:et auctoritas Primo igit cõfessori est necessaria vita honesta. s. et deuota qđ pbat vbi eñi de cõfessorib⁹ đz pme Petri.iiii. Sit boni dispẽsatores multiformis grẽ dei a deo:vt de ipis illđ apl'i ad Co.iiii. dicere valeant. Sic vos existimet hõ vt ministros xpi et dispensatores mistroꝝ dei Et augu. ait. sicut de pe. dist.vi.c.i. dicit. Sacerdos cui ois pctõz offertur:et añ quẽ statuet ois lãguor:i nullo eoꝝ iudicãdus sit:q̃ in aliis iudicare est prõptus Iudicans eni aliũ q̃ iudicandus est seipz cõdẽnat. Scdo necessaria est cõfessori scia. qđ sic pbat:qz null⁹ artẽ aliquã docere psumit nisi prius ipse didicerit. Difficilior autẽ ars nulla est vtiqz animarum regimine. Unde gre. li. pastora. ca. ait. Nulli ars doceri presumitur prius intẽta meditatione discatur Ab iperitis ergo pastorale magisteriũ qua temeritate suscipitur:ita et qñ est ars artiũ et

regimen alarꝝ quis cogitationū vulnera ma
iora esse nesciat vulnerib⁹ viscerū:tū sepe q
pcepta spūalia cordis nō nouerūt se medicos
pfiteri nō metuūt dūqꝫ pigmentorꝫ seu con
fectionū vim nesciūt videri medici corporis
nō erubescūt. Tercio necessaria etiā est con
fessori necessitas q possit absoluere penitētes
Et lꝫ hic ille text⁹ q.xxiii.di.c.ad.hoc a Gra
tiano denotat deduci posset. vbi dꝫ Ceteruꝫ
scismaticorꝫ et hereticorꝫ sacra qm extra eccle
siā sūt iuxta sctōrꝫ patrū traditiones.s.pela
gii grego.cypriani.aug.Hiero.formā qdam
sacramētorꝫ nō aūt virtutis effec.uꝫ habere
pfitemur in quorꝫ nūero scdm hosti.duplici
fornicarii ꝛ simoniaci:ꝛ eorꝫ scdm tho.media
tores numerant:pcipue cū symoniaci hodie
sint excōicati:tū qꝛ p ꝯsiliū cōstātiense statu
tum est:vt a quocūqꝫ sacerdote:dūmō ab ec
clesia tolleretur sacramēta recipiantur : oīa
hec pretermittere statui. Solū hoc sciendūꝫ
est ꝙ cū sacerdos nō soluit nisi ligādo ad ali
quid faciendū ille solus absoluere pōt vt di
ctū est. Nā sacerdotibus dūtaxat. Jo.ii dñs
ait. Quorꝫ remiseritis pctā remittuntur eis
ꝛ quorꝫ retinueritis retenta sunt. Et tñ non
oīs sacerdos sed pprius qꝛ lꝫ oībus sacerdo
tibus clauis auctoritatis in cōsecratione tri
buatur:nō tñ executio ei⁹. Proprius vero sa
cerdos:vt hꝫ ex sacris:ꝛ ex glosa sup cap̄.Illo
Oīs vtriusqꝫ sexus.ille est q illius habet curā
ordinariā:vt papa legatus:diocesan⁹ eṗus
et pſbiter parrochialis: et breuiter oīs ille q
ab istis hꝫ iurisdictionē delegatā.i.cui aliqs
pdictorꝫ cōmittit auctoritatē audiēdi ꝯfessio
nes absoluendi et penitentias iniūgēdi. Ex
qbus apparet ꝙ frēs minores ꝛ pdicatores q
a plerisqꝫ sūmis pōtificibus alexan. ꝛ clemē.
salīis auctoritatē hñt audiēdi ꝯfessiones ex
ꝯmissiōe xpi reqsitis prochialibus ꝛ etiam
cōtra velle eṗi:si ex malicia nō ꝯmitterent p
prii sacerdotes vocari debēt. Et iō est : quia
illud quod conuenit alicui ex ordinariam iu
risdictione:potest ipse committere alteri ha
benti ordinem conuenientem ad illud offici
um exequendum sicut a quo extra de conse.
eccle apte notat. Illi ergo q confitentur hñ
ti auctoritatem a papa etiam inuitis eṗis si
maliciose contradicere voluerint ꝛ ab eodē
absoluuntur vere sunt absoluti: nec eadem
peccata in numero tenetur suis parrochiali
b⁹ ꝯfiteri:hoc de pdicatorib⁹ ꝛ miorib⁹ pꝫ in
extrauag̃ti. Joh.q incipit. Uas electōis ꝛc.
¶ Feria.v.post dñicā de passione. Euange
lium secundum Lucam.vii.ca.

In illo tp̄e. Rogabat iesū
qdā phariseus vt mādu
caret cū illo. Et ingress⁹ domū
pharisei discubuit. Et ecce mu
lier q erat in ciuitate peccatrix
vt cognouit ꝙ ies⁹ accubuit ī do
mo pharisei : attulit alabastrū
vnguenti Et stans retro secus
pedes eius lachrimis cepit ri
gare pedes ⁊ capillis capitis sui
tergebat Et osculabat pedes ei⁹
⁊ vnguēto vngebat Uidēs aūt
phariseus q vocauerat eū:ait i
tra se dicens Hic si esset ppheta
sciret vtiqꝫ q ⁊ qualis est mulier
q tāgit eū qꝛ peccatrix est Et re
spōdēs iesus dixit ad eū Symō
habeo tibi aliqd dicē. At ille ait
Magister dic. Et respōdens ie
sus dixit Duo debitores erant
cuidā feneratori Un⁹ debebat
denarios quingentos : ⁊ alius
quinquaginta Nō habentibus
illis vñ redderet ēt donauit vtri
qꝫ Qui ergo eū plus diligit? Rñ
dens symō: Estimo qꝛ cui plus
donauit At ille dixit ei Recte iu
dicasti. Et cōuers⁹ ad mulierē:
Dixit simoni. Uides hāc mulie
rē? Intraui ī domū tuā aquā
pedib⁹ meis nō dedisti Hec aūt
lachrimis rigauit pedes meos
⁊ capillis suis tersit Osculum
michi nō dedisti:hec aūt ex quo
intraui nō cessauit osculari pe
des meos Oleo caput meū nō

vnxisti hec aūt vnguēto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi Remittūt ei peccā multa qm dilexit multū. Cui aūt min⁹ dimittit minus diligit Dixit aūt ies⁹ ad illā Remittūtur tibi peccata tua Et ceperūt q̄ simul accūbebā dicere ītra se. Quis est hic etiā q̄ peccata dimittit: Dixit aūt ad mulierē Fides tua te saluā fecit: vade in pace.

¶ Expositio litteralis.

Descripta confirmatione doctrine xpi signo visibili in suscitando filiū vidue: vt supra dictū est. Hic ꝯñr eiusdē confirmatio describitur facto inuisibili: videlicet ꝑ remissionē peccōꝝ mulieris peccatricis vbi primo describitur locus: cum dr̄ (Et ingressus domū pharisei discubuit.) Legit aūt xp̄m māducasse cū peccatorib⁹ vt eos ad penitētiā ꝓuocaret: vt habet mat.ix. Itē cū amicis familiaribus. vt eoꝝ deuotionē nutriret: vt dr̄ io.xii. de martha ⁊ maria Itē cū cognatis pauperibus vt eorū inopiā suppleret: vt habet ioh.ii. de nuptiis: vbi deficiente vino xp̄s aquā vertit in vinū Item cū phariseis superbiētibus vt eoꝝ superbiā cōfutaret: ꝓut hic habet vt videbitur in ꝓsequendo (⁊ ecce mulier de peccatis suis plene ⁊ perfecte cōtrita (⁊ stās retro) qꝛ per verecūdia sui peccati non audebat se ātep̄onere (Lachrymis cepit rigare pedes eius) ex quo pꝫ magnitudo contritionis ex qua tm̄ fleuit q̄ poterant lauari pedes vnius hominis nudis pedibus incedētis (et capillis capitis sui tergebat) qbus ante ad compositionē vultus sui fuerat abusa (⁊ osculabatur pedes eius) vt totū deo seruiret in penitentia quicqđ ex se deū cōtempserat in culpa: scḋm quod dicit grego (⁊ vnguento vnguebat) ad refrigeriū caloris ⁊ mitigationē doloris ex labore itineris (Videntes aūt) Hic ꝯñr ponit pharisei indignatio. Vñ subditur (Ait intra se dicēs Hic si eēt ꝓpheta) ver⁹ sciēs occulta) sciret vtiq̄ q̄ ⁊ qualis sit mulier (et per ꝯñs nō ꝑmitteret se tāgi ab ea. Et r̄ndens ies⁹) ad cōfutationē illi⁹. ꝑ hoc ei q̄ r̄ndit ad eius cogitationē q̄ soli deo nota ē ostēdit se plusq̄ ꝓphetā (Duo debitores ⁊c.) Parabola est: vt cōueniēti⁹ concludat ꝯtra phariseū de r̄nsiōe qua subdit: cū dr̄ (R̄ndens symō ⁊c.) qꝛ amor ī hūanis plerūq̄ causat ex p̄cedentib⁹ donis: per ꝯñs maior amor ex maiorib⁹ donis. Hic ꝯñr xp̄s redarguit phariseum ex triplici defectu pietatis cū dr̄. (Cōuers⁹ ⁊c. seq̄tur. (Intraui in domū tuā. aquā pedibus meis nō dedisti) q̄ tn̄ erant fessi: ⁊ lētes ex labore itineris ꝯluto si seu puluerizati: eo q̄ sine calciamētis incedebat Scḋo redarguit eū ex defectu caritatis: cū dr̄ (Osculū michi non dedisti) qđ ē amicicie signū. Tercio ex defectu hilaritatis seu leticie q̄ noīe olei designat: vt dr̄. p̄.xliiii ꝓpterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ ⁊c. Tria autē dicta req̄runtur in hospitalitate gratiosa. et ecōtra laudat mulierē de triplici ꝑfectiōe opposita vt pꝫ in lr̄a: ⁊ iō cōcludit (remittūtur ei peccā multa) videt aūt q̄ deberet dici ꝯtrariū: qꝛ p̄lo p̄dixerat donū esse causā amoris hic aūt ecōtrario infert amorē esse causā doni. Dicendū ad hoc q̄ primo in parabola loq̄bat mō hūano vbi amor ex dono causat: sꝫ in applicatiōe parabole ad ꝓpositū ꝯuertit se ad loquēdū de amore dei erga nos q̄ nō ꝓcedit ex bonis meritis nr̄is: sꝫ magis causat bonū in bonis: et iō ꝯueniēter ꝯcludit dicto mō. vel alit̄ pōt dici q̄ in peccō sūt duo remittēda. s. culpa et pena. Culpa aūt ex dei liberalitate remittit: cū ad nullū bonū meritoriū possit eē in nobis sine gr̄a qua nō hēm⁹ aū culpe remissionē: sꝫ habita gr̄a ⁊ culpa dimissa: adhuc remanet pena remittēda ad e⁹ remissionē facit bonū op⁹ nr̄m caritate iformatū. ⁊ de hac remissione loq̄tur dñs. vñ seq̄tur (Cui aūt min⁹ dimittitur min⁹ diligit Remissio aūt culpe: aut nulla ē. aut totalis sit: sꝫ remissio pene fit ꝑ ptes ⁊ nō tota sit̄ de cōi cursu. lꝫ aliqñ fiat tota sit̄ ꝓpter fauorem penitētis. ⁊ ex liberalitate dei ⁊ hoc fuit in ꝓposito in hac muliere: iō sequitur (Remittūtur tibi peccā) nō solū q̄tū ad culpā sꝫ ēt q̄tū ad penā ex vehemēti amore dei ⁊ horrore peccā p̄teriti (Quis ē hic) Hoc dicebāt: qꝛ videbāt tm̄ hūanitatē exteri⁹ apparētē: sꝫ ignorabāt deitatē interi⁹ latētē q̄ p̄t peccā dimittē (fides tua te saluā fecit) qꝛ illa fides fuit formata caritate: ⁊ iō fecit hūtem dignā vita eterna De ista muliere peccatrice dubitant aliq̄ doctores: vtrum fuerit mari soror lazari vel alia. De quo dictū est quid sentiant doctores Joh.xii. ibi eñ hoc posui: quia prius scripsi super iohannem q̄ super lucam.

Expositio moralis.

Rogabat aũt illũ quidã phariseus.rc.) p mulierẽ peccatricẽ ad dñi pedes accedentẽ significatur quelibet psona vere de peccatis penitens et cõtrita ad quod requirit q sicut deum offendit p culpam: ita seruiat ei per penitentiã. Ad roma. vi.c. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie: & iniquitati ad iniquitatẽ: ita exhibete nũc seruire iusticie in sanctificationem: et sic fecit mulier ista. vñ dicit grego. Omelia.xxv. Liquet fr̃es q illicitis actib⁹ prius mulier intẽta vnguentũ sibi pro odore sue carnis adhibuit: qd ergo sibi turpe exhibuerat: hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena cõcupierat: sed hos iam p pniam cõterẽs flebat. Capillos ad cõpositionẽ vultus exhibuerat: sz iã cũ capillis maculas tergebat. Ore superba dixerat: sed pedes dñi osculãs hoc i redẽptoris sui vestigia figebat. quot ergo in se habuit oblectamẽta: tot de se inuenit olocausta. Cõuertit ad virtutũ munera numerũ criminũ: vt totũ seruiret deo in penitentia quicquid ex se deũ cõtẽpserat in culpa. (Vidẽs autẽ phariseus.rc.) p istũ q xp̃m notauit de ignorantia: & mulierem de immũdicia significat ypocrita de sua falsa iusticia psumẽs & alios cõtẽnens. qz sicut dicit Johãnes os aureum. Vera iusticia cõpassionẽ hz: falsa vero indignationem. ppter qd iste phariseus arguit de pietatis omissione in modicis respectiue: & mulier cõmẽdatur de maioribus valde cũ dr. (Intraui in domũ tuã aquã pedib⁹ meis non dedisti. hec aũt lacrimis.rc. ppter qd sibi dr. Remittũtur tibi pctã tua. ¶ Questio fr̃is anthonii betõtini. Ecce mulier q erat i ciuitate peccatrix: vt cognouit q iesus accubuisset in domo pharisei attulit alabastrum vnguẽti: & stãs retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes ei⁹. Lu. vii. ¶ Ex quibus oritur qstio q talis est. Utrũ ad pcti deletionem necessaria sit ipa cõtritio. Ad qd breuiter dr scdm durãdũ nr̃m: q cũ pctm sufficienter p actũ volũtatis possit nasci: sufficienter per eũdẽ actũ valet vtiq dissolui. Nã vt iohẽs Chry. ait & ponit extra de regu. iur. Unũ qd q qd per qualecunq cãm nascitur p easdẽ dissoluitur. Cũ igit p actũ volẽdi ad quẽ seqt delectatio pctm nascat p actũ nolẽdi ipsiusmet volũtatis ad quẽ sequitur tristicia: op; vt destruatur. Sz qz scdm btm aug. Nichil est magis in potestate hois q ipsa voluntas. deus aũt nõ reqrit ab hoie: nisi quod est i ei⁹ ptãte. Hinc Ecclesiastici.xv. scribitur. Ante hoiem vita & mors: bonũ & malũ: qd placuerit ei dabitur illi. Propterea vt doctor noster Frãciscus ait. Illud est simpliciter necessariũ sine quo finis vltim⁹ hẽri nõ põt: sicut medicina infirmis: vel apostematis incisio necessaria est: qz sine ipa sanitas nõ hr. Cũ felicitas igitur q finis vltimus & necessarius humani generis est: q p pctm amittitur: sine cõtritione hẽri nõ possit: nemi dubiũ esse dz q summe necessariũ eiusdẽ generis sit ad salutem. Quid enim vtilius sacramẽto baptismi: de q Joh.iii. scribitur Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua & spũsctõ nõ intrabit in regnũ celorum. & tñ in adultis sine cõtritione nõ valet: qz ficte baptizatur q de pctõ nõ dolet. vñ sacramẽtũ: & nõ rem sacramẽti suscipit q ficte ad eũ accedit. Nõ pterea necessaria est eucharistia. cũ Jo. vi. dicat. Nisi mãducaueritis carnẽ filii hois: & biberitis ei⁹ sanguinẽ nõ hẽbitis vitã i vobis & si qs sine cõtritione cõicaret: iudiciũ sibi mãducaret & biberet. Juxta illud apli ad Cor.xi.ca. Qui mãducat & bibit indigne iudiciũ sibi mãducat et bibit. Sup hec oia qd maius dicere possumus de passiõe dñi. de qua vt Jo.xi. scribitur cayphas dicit expedit: vt vnus hõ moriatur p pplo & nõ tota gẽs peat et Luce. vlti.ca. dz. Oportebat pati xp̃m. Et tñ sine cõtritione nõ pdest nã si oppositũ teneretur ita iudã sicut latronẽ saluari potuisse crederetur qd nõ tm̃ dicere sed etiã cogitare nephariũ est. Et ppterea cũ tantã virtutẽ habeat ipa cõtritio: sine ea pfecto nõ valet vlla cõfessio. Sepius enim sine cõfessione ad salutẽ pficit ipa cõtritio. vñ pphã. Dixi indicã Confitebor aduersũ me: & tu remisisti impietatem pcti mei. Et hiero. ait. O lachryma humilis tua est potentia tuum regnum: tribunal iudicis non vereris cunctorum tuorum peccatorum accusatoribus silentium imponis: non est q te vetet accedere: si sola intras vacua non redibis magis crucias diabolum q pena infernalis. Qui plura? vincis inuisibilem: ligas omnipotentem inclinas filium virginis. hec ille.

¶ Feria. vi post dominicã de passione. Euãgelium secundum iohannem. xi. ca.

In illo tẽpe Collegerũt põtifices & pharisei cõsiliũ aduersus iesũ: & dicebãt Quid facimus. qz hic hõ multa signa facit. Si dimittim⁹ eũ sic: oẽs credent i eũ. Et venient romani

& tollent nostrū locū & gentem
Unus aūt ex ipsis cayphas no
mine. cū esset pontifex āni illiꝰ
dixit illis. Uos nescitis quicq̄
nec cogitatis qꝛ expedit vobis
vt vnꝰ moriatur hō pro populo
& nō tota gens pereat. Hoc aūt
a semetipso nō dixit: sꝫ cuꝫ esset
pontifex anni illius propheta-
uit qꝛ iesus moriturus erat p
gente: & nō tm̄ pro gente / sed vt
filios dei q̄ erant dispersi cōgre
garet in vnū. Ab illo ergo die co
gitauerunt vt interficerent eū
Iesꝰ ergo nō in palā ābulabat
apd iudeos sed abiit in regionē
iuxta desertū in ciuitatē que di
citur effrē. Et ibi morabat cuꝫ
discipulis suis.

¶ Expositio litteralis.

Hic ponit effectus suscitationis la-
zari respectu absentiuꝫ a bethania
vt narrat euāgelista qꝛ audita su-
scitatiōe lazari ex ira & inuidia moti sūt pha
risei & scribe ad tractandū de morte xp̄i. Et
diuiditur in tres. qꝛ p̄io ponitur eoꝝ cōgre-
gatio. Secundo congregatoꝝ dubitatio: ibi.
Et dicebāt. Tercio dubii determinatio: ibi.
Unus ex ipsis. In prima ergo parte dicit sic
(Collegerunt ergo pōtifices) q̄ erāt maioris
auctoritatis & magis litterati (& pharisei) q̄
videbantur pre aliis religiosi ex q̄bus factū
eoꝝ grauius erat cōsiliū. (aduersus iesū) hoc
nō est ex textu: sed subintelligitur. Circa hoc
notādū q̄ pontifices erāt de tribu leui. Pha
risei aūt p magna parte erāt de tribu symeō
qꝛ ex illa tribu habuit ortū secta phariseoꝝ:
iō in figura huius fuit p̄dictū gen. penul ca.
Symeō & leui fratres vasa iniquitatis bel-
lantia in cōsiliū eoꝝ nō veniat aīa mea (& di
cebant) Hic ponitur eoꝝ dubitatio q̄d face-
rēt de iesu qꝛ habebant rōnes ad vtrāq̄ par
tē. Ex euidentia eñ miraculoꝝ cogebantur
dicere (qꝛ hic hō multa signa facit) et ex hoc
sequitur q̄ erat ei credendū magis q̄ moysi
qꝛ moyses nō tot nec tanta signa fecit: & ma-
xime qn̄ populus ei p̄io credidit: imo valde
pauca: vt pꝫ exo. iiii. c. & sic habebant argumē
tum ad ipꝫ recipiendū & honorādū tāq̄ verū
xp̄m. Sꝫ econuerso arguebant in contrariū
dicētes (Si dimittimus eū sic omnes credēt
in eū) sicut in xp̄m qꝛ xp̄o debebatur regimē
scd̄m scripturas quas male intelligebant de
t̄pali regno: iō ex hoc videbat seq̄ contra impe
ratorē romanū rebellio q̄ tunc t̄pis dn̄abat
eis: & hoc videbat ꝓpinqua occasio destructi
onis ciuitatis & templi p ptātem romani im
perii: q̄ tunc erat maxia: & iō ipi nō hēbāt aliq̄
quā virtutē resistēdi / & hoc ē qd̄ dꝫ (& venient
romani) in tanta fortitudine q̄ nō poterimꝰ
resistere (& tollent locū nostrū). i. ciuitatē et
t̄plū (et gētē) captiuādo p̄plm: & sic pꝫ q̄ pas
sio timoris subuertebat in eis iudiciū rōnis.
(Unꝰ aūt ex ipis) Hic ponit dubii dteriatio
& diuidit in tres: qꝛ primo dubiū deteriatur
Scd̄o deteriatio approbat: ibi. Ab illo aūt
die. Tercio a xp̄o euitatur: ibi. Iesꝰ aūt nō
palā. Prima in duas: qꝛ primo ponitur cay-
phe deteriatio. scd̄o huiꝰ deteriationis expo
sitio: ibi. hoc āt a semetipo. In prima igitur
pte dꝫ sic (Unꝰ aūt. ex ipis cayphas noie) nō
est de textu: sed intelligitur nomē eiꝰ ꝓpter
auctoritatē sui officii. vn̄ subditur (cuꝫ esset
pōtifex anni illiꝰ) dn̄s aūt preceperat esse tm̄
vnū sūmū sacerdotē & p totā vitā suaꝫ: quo
moriente aliꝰ sibi succederet: vnde & i morte
eius reuertebātur fugitiui. Sed ꝓpter cupi
ditatē & ambitionē suā statuerūt inter se illi
qui erāt de genere sacerdotali. vt quolꝫ āno
vnus esset qui illo officio fungeretur. Aliaꝫ
aūt rōnē assignat iosephꝰ dicens. a t̄pe hero
dis ascalonite q̄ auxilio romanoꝝ occupauit
regnum iudee sacerdotiū cōiter vēdebatur:
et sic ꝓpter maius lucrū temporale summus
sacerdos frequēter mutabatur (dixit eis) pro
pter auctoritatem officii sic locutꝰ est dicens.
(Uos nescitis quicq̄). q. d. prima facie quilꝫ
intelligens videre potest: q̄ ad mortem huiꝰ
hoīs debemꝰ laborare. Cuiꝰ rō est: qꝛ bonuꝫ
cōe magis est eligendum q̄ bonū pticulare.
Si autē homo iste dimittat bonū totiꝰ p̄pli
dissipabit: vt pꝫ p p̄dicta scd̄ꝫ eoꝝ estimatio-
nē. & sic ꝯcludit q̄ sit agēdū ad mortē xp̄i eti
am si ex pte eiꝰ inueniatur aliqua cā. & hoc ē
qd̄ dꝫ (Expedit vobis vt vnꝰ moriat hō) ēt
si esset bonꝰ & iustꝰ) p p̄plo). i. ꝯseruatōe p̄pli
(& nō tota gens pereat) sed maneat in vita hic
pꝫ manifeste q̄ passio inuidie & liuoris cōtra

xp̄m.⁊ passio timoris perdendi gētē ⁊ locum
subuertebant eis rōnis iudiciū: qꝫ in nullo
casu licitum est iterficere inocentē.ꝑ hoc eni
nō ꝓcurat bonū cōe:sꝫ magis destruit.ꝓpter
qḋ dei iudicio factū est ꝙ illud malū qḋ cre-
debant per mortē xp̄i euadē.s.destructionē
loci ⁊ gentis quā ꝑ mortē incurrerunt.qꝫ in
penā hui⁹ pc̄ti romani ꝑ Titū ⁊ vespasianū
locū ⁊ gētē destruxerūt.Anno quadragesimo
scd̄o post passionē xp̄i sicut fuerat a daniele
ꝓphetatū.ix.c.Et ciuitatē ⁊ santuariū dissi-
pabit ppl̄s cū duce ventur⁹ ⁊c.⁊ a saluatore
ꝑdictū.Lu.xix.Uidens ciuitatē sctām hiersꝫ
fleuit super illā(Hoc autē)Hic ponit ꝑdicte
deterīationis expositio ꝙ quidē expositio est
Johis euāgeliste ostēdentis qualit̄ cayphas
ꝑdictā deterīationē ꝓtulit ꝙuis ei eēt intē-
tio cayphe dare solū ꝯsiliū de xp̄i morte pro
tp̄al' ꝑiculi euasione circa ppl̄m iudeorū:tñ
verbū eius sic sonabat ꝙ xp̄s erat moritur⁹
ꝓ gēte ⁊ pplo ⁊ ꝙ sic fuit ꝓlatū:fuit ꝓphetia
quodāmō de futuro ꝙ xp̄s erat moritur⁹ ꝓ
salute sp̄uali:nō solū iudeoꝝ sꝫ etiā oīm gē-
tiū ꝗ credituri erant in ip̄m:⁊ hoc est qḋ dē
(Hoc aūt a semetip̄o ñ dixit).i.supradictum
verbū hoc non ꝓtulit:sꝫ per motionē alteri⁹
(sꝫ cū esset pontifex ãni illius ꝓphetauit)qꝫ
ip̄o ignorante dictū ꝓpheticū ꝓtulit:nō rōe
sui meriti:sed dignitatis officii(qꝫ iesꝰ erat
moriturus ꝓ gente).s.iudeoꝝ multi de iu-
deis saluati sunt per ip̄m(⁊ non tm̄ ꝓ gent e
sua:sed vt filios dei)non qꝫ adhuc eēnt filii
dei actu.sed in potentia ad actū reducenda:
qꝫ erant predestinati(qui erant dispersi)per
diuersos ritus gentiliū(Cōgregaret ī vnū)
.i.in vnā ecclīam ex iudeis ⁊ gentilibus con
stitutā:vt essent⁹ vnū ouile sicut est vnus pa
stor vt supra dictum est ꝓcedenti.c.ꝓpter
qḋ Gene.penul.c.dꝫ de xp̄o.Ip̄e erant expe
etatio gentium non solum iudeorūꝫ nec hoc
est ꝯtra illud qḋ dicit saluator.Mat.xv.Nō
sū missus nisi ad oues que perierant domus
isrl':qꝫ ibi saluator loquitur de sua missione
ad predicandum in persona propria.ꝓpter
qḋ ap̄ls dicit roma.xv.Dico ei dñm iesum
xp̄m ministrum fuisse circūcisionis(Ab illo)
Hic ponitur determinationis cayphe appro
batio ꝙuis eēt iniqua:qꝫ oēs alii erāt affecta
ti ad procurandū mortē xp̄i:sicut ip̄e:⁊ hoc
est qḋ dꝫ.(Ab illo ergo die cognouerunt: vt
interficerent iesū)sꝫ enī nō habuissent volū
tatē īterficiendi ip̄m.vt patuit ꝑ predicta.tū
ex ꝯsilio cayphe diffinierunt hoc adimplere
ꝙ citius possent(Jesus aūt)Hic ꝯsr̄ ponitur
huius determinationis declinatio.nō ei ad-
huc erat tp̄s passionis xp̄i a deo preordinatū
⁊ iudei querebant occidere eū vt visū est:iō
recessit ad tp̄s:⁊ hoc est qḋ dē(Jesus aūt nō
in palā ambulabat apud iudeos)ꝙuis ei in
ter eos existens posset eoꝝ impetū refrenare
tñ voluit ad tp̄s latere ⁊ se occultare rōnib⁹
predictis.c.viii.⁊.x.vbi similit̄ agitur de oc-
cultatione(sed abiit in regionem iuxta dese
tū)vbi pauci de iudeis erāt in ciuitatē ꝗ dꝫ
effrē ꝗ erat parua ⁊ paꝝ populata(⁊ ibi mo-
rabatur cum discipulis suis.)vsqꝫ ad tem-
pus ꝓpinquū sue passioni.¶ Super euan-
geliū illud nō hꝫ moralitas.¶ Questio fra
tris anthonii betōtini.Expedit vt vnus ho-
mo moriatur.Jo.xi.Super ꝗbus ꝗbis mo-
uetur dubitatio.¶ Utrū cōtritio sit ꝯgrui
sima ad deletionē culpe mortalis.Ad hoc rñ
det scd̄m Frā.ꝙ sic.⁊ rō talis est:qꝫ maxima
atqꝫ penosa egritudo cura maxima indiget.
Hic hie.ad matrem ⁊ filiā in galiis ꝯmoran
tes ait.Putride carnes ferro curātur ⁊ cau-
terio: venena serpētina curant antidoto qḋ
satis dolet'maiori dolore expellitur.Cū aūt
mortalis culpa ꝗ diuina maiestas offēditur
maxima sit egritudo sp̄ualis et oīm malorū
excessiua:pena maxia ⁊ dolorosissima ad ei⁹
expiationem debetur aliter profecto.diuina
iusticia nō seruaretur.Mēpe.in.xv.Deute.
scriptum est.ꝓ mensura pc̄i erit et plagarū
modus.Sed cōtritionis tristiciam esse oīm
penarū maximā:non modo ratione:sed au-
ctoritate et exemplo a doctoribus demōstra
tur:maxime igitur congruū est:vt mortalis
culpa deleatur ex cōtritiōis tristicia:ꝗ est do
lor in voluntate.i.displicentia pc̄i.pretерiti
sit oīm penaꝝ maxima:qꝫ cuꝫ mors philoso
pho teste sit vltimū terribilium ⁊ arduoꝝ ꝗ
tristicia sepius superari videtur:cū multi po
tius mortē eligant vt ip̄ā tristiciam fugiāt:
sicut in plerisqꝫ monstratum est quos augu-
stinus in lib.de ciui.dei hystoria lōga lataqꝫ
describit.ꝑfecto vt de multis aliquos rume
siores cōmemorē.Saul ⁊ samson mori citi⁹
voluere ꝙ tristiciam eos nimis affligentem
⁊ cruciātē longi⁹ sustinere quod etiā exēplo
demonstratur Nā vt augu.ait in eodē loco
Spūs ꝗ sūt ī purgatorio et ī inferno nulla
ꝓrinus afflicti sunt pena acriori tristicia.ex
hoc fit vt qui delectantur in culpa correspō
denti crucientur ⁊ ipsi pena propterea vt q
diximus:auctoritate probetur.Rich.de sc
victo.Si pena inferni cū amore posset ass
mi:pena non esset:sicut ⁊ in superna glo

felicitas minime tenetur: si a beatis cū tristicia possideretur.

¶ Sabbato post do. de passione. Jo. xii.

IN illo tpe cogitauerūt aūt principes sacerdotū vt lazarū interficerēt qz multi ppt illuz abibant ex iudeis & credebant i iesū. In crastinū aūt turba multa q̄ conuenerat ad diē festū cū audissent qz venit ies⁹ hierosolimā acceperūt ramos palmar & processerūt obuiā ei & clamabāt Osāna Benedict⁹ q̄ venit i noīe dn̄i rex israel. Et īuenit ies⁹ asellū & sedit sup eum Sicut scriptū ē Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit sedēs sup pullū asine Hec nō cognouerūt discipuli ei⁹ primū: sz qn̄ glorificat⁹ ē ies⁹ tūc recordati sunt qz hec erāt scripta de eo. Et hec fecerūt ei Testimoniū ergo phibebat turba q̄ erat cū eo quādo lazarū vocauit de monumēto & suscitauit eū a mortuis Propterea & obuiā venit ei turba qz audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerūt ad semet ipsos Videtis qz nichil pficim⁹ Ecce mūd⁹ tot⁹ post eum abiit Erāt aūt gētiles q̄dā ex his qui ascēderāt: vt adorarent i die festo. Hi ergo accesserūt ad philippū q̄ erat a bethsaida galilee Et rogabāt eū dicētes. Dn̄e volumus iesuz videre Venit philipp⁹: & dixit ādree Andreas rursū & phil pp⁹ dixerūt iesu. Jes⁹ aūt respondit eis dicens Venit hora vt clarificet filī⁹ hominis Amē amē dico vobis Nisi granū frumēti cadēs i terrā mortuū fuerit: ipsū solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert Qui amat aīam suā pdet eā Et q̄ odit aīaz suā i hoc mūdo i vitā eternā custodit eā Si quis michi ministrat: me sequatur Et vbi sū ego: illic & minister me⁹ erit Si q̄s michi ministrauerit: honorificabit eum pater me⁹ q̄ ē in celis. Nūc aīa mea turbata est: & q̄d dicā? Pater saluifica me ex hac hora Sz ppterea veni in horā hanc Pater clarifica nomen tuū Venit ergo vox de celo dicēs Et clarificaui: & iterū clarificabo Turba aūt q̄ stabat & audierat dicebat tonitruū factū eē Alii dicebāt Angel⁹ ei locut⁹ ē Respōdit ies⁹: & dixit Nō ppt me hec vox venit sed ppter vos Nūc iudiciū est mūdi nūc pricipes huius mūdi eiicief foras Et ego si exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad meipsū Hoc aūt dicebat significās qua morte esset moritur⁹. Rn̄dit ei turba Nos audiuim⁹ ex lege: qz christ⁹ manet ī eternū & quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hoīs? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis

ies⁹ Adhuc modicũ lumẽ in vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt tenebre vos nõ cõprehẽdant. Et q ambulat ĩ tenebris nescit quo vadat Dũ lucẽ habetis credite ĩ lucẽ vt filii lucis sitis Hec locutus est eis iesus Et abiit ꝛ abscõdit se ab eis.

¶ Expositio litteralis

P Ro declaratiõe h⁹ euãgelii ẽ itelligẽdũ p̄mo: q occasio cogitatiõis tamorti.i.lazari fuit inuidia iudeoꝝ ex fama ꝛ gloria xp̄i quoniã videntes pharisei q multi ex iudeis venerant de hierusalem: vt lazarꝝ viderent quem suscitauit a mortuis facta enim mirabilia libenter videntur. Mirabilissimum autem erat videre quatriduanum mortuum suscitatum comedentem ꝛ bibentem ꝛ alia opa facientẽ sperabãt etiã audire ipm referẽtẽ statũ alteri⁹ vite: quẽ oẽs scire desiderãt. ꝛ qꝫ ĩ hoc glia xp̄i manifestabatur de quo dolebant principes populi: ideo dicit (Cogitauerunt aũt principes sacerdotũ: vt ꝛ lazarꝝ interficerẽt) Ex quo pꝫ eoꝝ malignitas: qꝫ volebant interficere illũ quẽ de⁹ viuificauerat ad occultãdũ miraculũ ¶ Si aũt queratur. quare magis lazarũ persequebantur q̃ cecũ illuminatũ de quo dictuꝫ est.ix.c. ꝛ languidũ sanatũ de quo fuit dictum.v.c. Dicendũ q hoc erat qꝫ lazarus erat hõ nobilis ꝛ famosus. ꝛ ideo miraculum in ipo factum erat magis publicũ ꝛ famosũ. (In crastinũ) Hic describitur honor exhibitus xp̄o ĩ turbe obuiatione. Et diuiditur ĩ duas qꝫ p̄mo describitur ipa obuiatio Scdo subditur huius obuiationis ratio ibi. Testimonium ergo. In prima pte dicitur sic. (In crastinũ aũt turba multa que conuenerat ad diem festũ) qꝫ oẽs tenebantur venire in hierusalẽ ĩ solennitate pasche (cũ audissent: qꝫ iesus venit hierosolimã) Ista fuit quita die ante pascha. illa die accipiebatur agnus ꝛ seruabat vsq ad vesp̄am q̃rtedecie diei ꝛ tũc imolabatur vt habetur Exo.xii. ideo xp̄s illa die venit in hierlm: vbi erat immolandus tanq̃ ver⁹ agnus pro nobis: vt sic veritas rñderet figure (acceperunt ramos palmaꝝ) qđ diuina dispositione factum est ad designandũ victoriam quam xp̄s de hoste in proximo erat habitur⁹ Unde antiquitus dabatur ramus palme vitori in certaminibus (ꝛ processerunt obuiã ei) reuerẽter (ꝛ clamabant. Osanna).i. salua obsecro: qꝫ petebant ab eo salutẽ) benedict⁹ qui venit) In hoc laudant ꝛ ꝯfitent eius aduẽtũ Dicere enim hois non est suũ facere: sꝫ tm̃ fateri: ꝛ iõ qñ nos deũ benedicimus non ei bonũ facimus: sed tm̃mõ eius bonitatem fatemur ꝛ laudamus Dicere aũt dei: est suũ facere scdm qđ dř ps.xxxii. Dixit ꝛ facta sunt ꝛ ideo qñ deus hoĩ benedicit ei beneficiũ impendit (in noie dñi).i. sicut dñs. non sic antẽ venit moyses sed tm̃modo vt seruus: vt hř ad hebreos.iii. vel aliter (in noie dñi).i. a deo patre missus ad explendũ voluntatem eius (rex israel) in hoc confitentur eius potentiã tñ diminute: qꝫ credebant eum regnaturuꝫ temporaliter ꝛ liberaturũ eos a tributo. ipe autem venit ad regnandũ spũaliter ꝛ ad liberandum totum genus humanũ a diabolo qđ erat maius. propter hoc in ps.cxvii. vbi ista laus predicta fuit dř. Benedictus q venit in noie dñi de⁹ dñs ꝛ illuxit nobis ĩ quo exprimitur eius [illegible]initas ꝛ regnũ spũale. (Et inuenit iesus asellum ꝛ sedit super eũ) modũ autẽ et qualiter ꝛ per quem xp̄s hunc asellũ habuit. s. per missionem discipuloꝝ euangelista transit: qꝫ sufficienter fuit expressum ab aliis: scꝫ mat.xxi. ꝛ mar.xi. (sicut scriptũ est) zacharie.xi. (Nolite timere filia syõ ꝛc) Hoc fuit expositum mat xxi. (Hec non cognouerunt discipuli eius primum).s. p tunc: qꝫ adhuc erant simplices ꝛ illiterati (sed qñ glorificatus est iesus).i. per resurrectionẽ suã qñ fuit gloriosus simul in aĩa et corpore Tunc eñi aperuit illis sensũ: vt intelligerent scripturas: vt hř lu. vlti. (Testioniũ ergo) Hic ponitur dicte dubitatiõis ratio q fuit pmulgatio suscitationis lazari ipis turbis p illos q pñtes fuerãt in suscitatione. ꝛ hoc est qđ dꝫ (Testimoniũ ergo phibebat. ꝛc. Pharisei ergo) Hic ꝯñr ponitur phariseoꝝ zel⁹ siue emulatio cũ dꝫ (Pharisei ergo dixerũt ad semet ipo).i. intra se (videtis qꝫ nichil proficimus) Hoc exponitur dupliciter. Uno mõ de bono zelo qꝫ aliq de phariseis in eũ crediderãt: vt pꝫ io.iii. De nicodemo. Et isti volebãt alios retrahere a xp̄i psecutione. q. dicant q̃tũcunq laborauerimus ad eum impediẽdũ nichil tñ pfecimus: ꝛ iõ videtur q sit factum diuinum. Cui simile dictum fuit gamalielis retrahentis iudeos a persecutione apostoloꝝ vt hř act.v. Discedite ab oibus istis et sinite illos. qm̃ si ex hoibus ẽ consilium hoc op⁹ dissoluetur si aũt ex deo est nõ poteritis dis-

soluere:ne forte ⁊ deo repugnare videamini
Alio aūt mō exponitur de malo zelo ꝗtū ad
illos q̄ nō crediderāt xp̄o: et iō inuidia moti
talia dicebāt (Ecce mūdꝰ totꝰ post eū abiit)
Sermo iste est hiperbolicus ad exprimendū
ꝙ multi xp̄m seq̄bātur. Erāt aūt) Hic ostēdi
tur glorificatio christi a gētilibus.et diuidit
in duas:q2 p̄lo ponitur eorꝫ deuotio. Scdo
christi r̄nsio:ibi Jesꝰ āt rńdit. In p̄ma ergo
pte d2 sic (Erāt aūt q̄dā gētiles ex his q̄ ascē
derāt:vt adorarēt in die festo) Nā aliq̄ de gē
tilitate cōuertebātur ad ritū iudeorꝫ q̄ dicebā
tur p̄seliti:⁊ isti tenebātur esse in solēnitate
paschali:sicut ⁊ alii. Dicūtur eī hic gentiles
q2 remanebat eis nomē p̄stinū.Alio modo
exponitur hoc ⁊ melius de gētilibꝰ scdm ve
ritatē q2 tēplū p̄ sui scītate hēbatur in reue
rentia a gētilib2 q̄ erāt in circuitu iudeorꝫ vt
hē.ii.macha.iii.c.⁊ iō multi de eis ascēdebāt
adorare in hiersm:⁊ maxie ī solēnitate pascha
li nō tā admittebātur ad esū agni paschalis
nisi prius dimisso ritu gētilitatis cēnt circū
cisi:vt hē exo.xii. Isti igr̄ q2 audierāt christi
miracula iō volebāt eū videre ⁊ eius doctri
nā audire.iō subditur (Hic ergo accesserūt ad
philippū) q2 videbāt eū mansuetū ⁊ piū:⁊ iō
prius exposuerunt suū desideriū (venit phi
lippus ⁊ dixit andree) q2 ādreas principalior
erat ipso cū esset p̄mꝰ christi discipulus ⁊ p̄
eū fuerat cōuersus:vt dictū est supra ca.i. et
iō volebat circa hoc agere de eius consilio:⁊
maxime:q2 forte memor erat v̄bi christi dicē
tis apostolis. Mat.x. In viā gentiū ne abie
ritis p̄pter qd̄ ipse christo nolebat hoc nun
ciare p̄prio capite (Andreas rursū ⁊ philip
pus dixerūt iesu) Hoc diuina dispositione fa
ctū est ad prenosticādum ꝙ gētiles erant in
proximo adducendi ad fidē christi per predi
cationē aplorꝫ (Jesus aūt r̄ndit eis dicens)
Hic ponitur christi r̄nsio in qua p̄mo denū
ciat suā passionē. Scdo adhortatur ad imi
tationē ibi. Qui amat aīam Circa primum
sciendū ꝙ christus r̄ndēdo denūciationi sibi
facte de gentiliū deuotione:prenūciauit suaꝫ
passionē q2 imediate post illā gētiles erāt re
cipiēdi ad fideꝫ:⁊ hoc est qd̄ d2 (Uenit hora:
vt clarificetur filius hoīs) ī passione fuit cla
rificatus per signa ostensa in solis obfuscati
one:ī terremotu ⁊ sepulchrorꝫ apertōe:et ve
li tēpli scissione.fuit etiaꝫ clarificatus in sua
resurrectione ⁊ ascēsione scdm qd̄ d2 ad phi
lippē.ii. Humiliauit semetipsū factus p̄pter
qd̄ ⁊ deus exaltauit illū:⁊ dedit illi nomē qd̄
est super omne nomē. Fuit etiā clarificatus
in gētiliū cōuersione q̄ eius deitatē cōfitētur:
p̄pt qd̄ vbiq2 ibidē subditur (Et oīs lingua
cōfiteatur) Et q2 christus preuidebat ista fu
tura in primo:iō audiēs deuotionē gētiliuꝫ
q̄ iā erāt dispositi ad credendū dixit (Uenit
hora) sicut aliq̄s vidēs messes dispositas ad
collectionē dicit Uenit hora:vt mittātur fal
ces Uerūtā per cōgruū exēplū ostēdit ꝙ mors
eius debebat preuenire cōuersionē gētiliū di
cens (Nisi granū frumēti cadēs ī terrā mor
tuū fuerit ipsū solū manet) q2 non facit fru
ctus multiplicationē:nisi per suā precedēteꝫ
corruptionē:sic mortuo christo quo ad suam
hūanitatē multiplicata est fides in gētilibus
Unū sīlr̄ est ac si christus expresse dixisset Isti
gētiles q̄ mō volūt venire ad me post mortē
meā venient ad me p̄ fidē (q̄ amat aīam suaꝫ)
Hic hortatr̄ xp̄s ad sue mortis imitationē Ad
cuiꝰ itellectū sciēdū ꝙ amare aliquē ē ei velle
bonū ⁊ si bonū volitū sit vere ⁊ simplr̄ bonū ē
verꝰ amor ⁊ alr̄ nō Sūt āt q̄dā hoīs bona q̄ sūt
bona simpr̄ ⁊ vera q̄ sūt bona spūalia: q̄dā aūt
sunt bona scdm q̄d:vt tp̄alia bona:corpora
lia ⁊ mūdi delectabilia ⁊ scdm hoc aug.expo
nit dupliciē hāc litterā. Pri̇o sic (Qui amat
aīaꝫ) s. vere quo ad spūalia (p̄det eā) in p̄nti
nō formidans sustinere mala p̄ntis vite pro
xp̄o.vn̄ dicit. Si cupis vitā tenere cuꝫ xp̄o:
noli mortē timere p̄ xp̄o In morte eī dē quo
dāmō aīa p̄di quo ad p̄ntē vitaꝫ. q2 separatur
a corpore.Alio mō exponit ad sensū contra
riū (Qui amat aīam suā). s. non vere volen
do sibi delectabilia huiꝰ mūdi (p̄det eā) in fu
turo:q2 priuabitur vita btā Et scdm hūc sen
sū dicit augu. Noli amare.s.aīam in hac vi
ta ne perdas eā in vita eterna. Et hec vltia
expositio magis cōuenit textui : quia sequit̄
(Qui odit animā suā in hoc mundo in vitā
eternam custodit eaꝫ) Et ideo qn̄ p̄iꝰ dixit
(q̄ amat aīam suā) subītelligitur in hoc mū
do.⁊ qn̄ subditur (perdet eā:ītelligitur ī futu
ro.Et ꝙ debeamꝰ ipsū imitari ī passione ostē
dit p̄ rōnē dicēs (Si q̄s michi ministrat me
sequat̄ (q.d. rōnabile est ꝙ minister sequat̄
dn̄m.Et cū hoc ostēdit huius seq̄le p̄miuꝫ: ip
sā.s.btitudinē dicēs (Et vbi ego sū) q2 xp̄us
inq̄tū deꝰ essētialiter ipsa btitudo ē ⁊ ꝗtum
ad humanitatem erat actu beatus in anima
que est principalior pars hominis. ideo ipsa
anima aliquando nominatur homo vt ha
betur decimo ethicorum (Si quis michi mi
nistrauerit obediando mandatis meis ho
norificabit eum pater meus) Honor ei datur
homini ab aliis hominibꝰ ī vita p̄nti ī testi

moniū virtutis. sꝫ honoꝛ dat hoībus a deo
in glīa celesti i p̄miū v̄tutis (Nūc aīa mea)
Hic oñditur qualiter xp̄us gloꝛificatus est a
pr̄e. ⁊ diuidit in duas: qꝛ pꝛimo ponit huius
glīe petitio. Scd̄o subdit ipsius ꝯmissio: ibi
Venit ergo. Circa pꝛimū xp̄s p̄mittit sue pe
titioni ostēsionē affectionis naturalis ad de
clarationē vere humanitatis in ip̄o dicens.
Nūc aīa mea turbata est) Turbari em̄ ali-
qd̄ dꝛ qn̄ ꝯmouet. iō mare motū dꝛ turbatū
In ip̄o aūt ꝑs sēsitiua dimittebat agere qd̄
erat sibi pꝛopꝛiū. iō iminente passiōe affect⁹
sensitiu⁹ ꝯmouebatur timoꝛe ex hoꝛroꝛe na
turali. Et hoc qd̄ dꝛ hic aīe turbatio: tn̄ ista
turbatio nō erat cōtra rationē sꝫ magis con
ueniēs rōni ⁊ ꝑ rationē excitata ad oñdēdū
veritatē hūane nature dictū est. ⁊ ad meren
dū nr̄az redemptionē sicut et alie aflictiōes
xp̄i: et qꝛ dixerat alios imitari moꝛtē suā: ne
foꝛte aliqs diceret Secure potes moꝛtē subi
re: qꝛ nichil mali sentis. iō ꝯtrariū voluit oñ
dere ꝑ talē turbationē: ⁊ ꝑ ꝯñs non est rece-
dēdū ab ei⁹ imitatōe ꝓpt̄ naturalē hoꝛroꝛē
(Et quid dicā) q. d. scdꝫ appetituz sensitiuuz
faciā hāc petitionē (Pr̄ saluifica me ex hac)
liberando me a passione im nente. Verūtn̄
qꝛ scd̄m appetitū rōnalē q̄ dn̄abat i eo vole
bat pati ꝓpter obedientiā pr̄is: ⁊ ꝓpter hūa
ni generis salutē. iō aliter loqtur dicēs (Sꝫ
ꝓpter hoc veni in hoꝛā hāc) q. d. ad hoc veni
in mūdū: vt patiar propter p̄dicta: ideo oꝛā-
do dicit. (Pater clarifica nomen tuuz). i. fac
illud in quo relucet gloꝛia tui nōis. s. passio-
nem filii in qua ipse pater est clarificatus: ⁊
ꝑ ꝯñs fili⁹ q̄ est idē cū patre in substātia: qꝛ
ꝑ passionē filii diuulgatā ꝑ apostoloꝝ p̄dica
tionē noticia patris et filii ⁊ sp̄ūsscti diffusa
ē ꝑ totū oꝛbē (Venit ergo) Hic ponitur glīe
petite ꝯmissio. ⁊ diuiditur in tres: qꝛ pꝛimo
ponitur vox patris ip̄am glīam ꝯmittētis.
Scd̄o opinio turbe de illa voce sentiētis: ibi
Turbe ergo Tercio expō ꝑlate vocis: ibi. Rn̄
dit iesus. Circa pꝛimū sciēdū q illa vox fuit
foꝛmata a tota trinitate: cuꝫ eius opera sint
indiuisa. Verūtn̄ dꝛ vox pr̄is: qꝛ fuit foꝛma-
ta ad repn̄tandū ꝑsonā ei⁹: ⁊ hoc est qd̄ dicit
(Venit ergo vox d̄ celo) a deo pr̄e mō p̄dicto
(Et clarificaui) qꝛ xp̄s nō clarificauit semet
ip̄z: vt pōtifex fieret: vt dꝛ ad hebꝛeos. v. Sꝫ
pr̄ clarificauit eum pꝛīo in miraculis in vita
factis (⁊ iterū clarificabo) qꝛ postea clarifica
uit eū in moꝛte ꝑ signa diuinitatis ostēsa re
suscitādo eū ⁊ exaltando eū ad celū (Turba
ergo) Hic ponitur opinio diuersa de illa vo
ce. In illa em̄ turba aliqui erāt magis rudes
q̄ tm̄ sonū vocis ꝑceperant ⁊ non significa-
tionē. ⁊ q̄tum ad illos dꝛ (Turba ergo q̄ sta
bat ⁊ audierat dicebat tonitruū factū esse) i.
aliqd ꝑ modū soni cōfusi (Alii aūt magis ꝑ-
spicaces itellexerēt articulationē vocis: ⁊ illi
dicebāt Angelus ei locutus est) credebant ei
eū esse puꝝ hoīem: ⁊ iō dicebāt angelū ei loq
sicut aliqn̄ in scriptura dꝛ q angeli ꝓphetis
loqbātur (Rn̄dit ies⁹) Hic ponitur expositio
audite vocis ⁊ diuidit in tres: qꝛ pꝛīo ponit
xp̄i expositio. Scd̄o iudeoꝛuꝫ ꝯtradictio ibi.
Nos audiuim⁹. Tercio xp̄i rn̄sio: ibi Adhuc
modicum. In pꝛīa ꝑte oñdit xp̄s q non erat
tonitruū: nec son⁹ ꝯfusus sicut aliq credebāt
sed vox diua ꝓpter instructionē ppl̄i circun
stātis vt cognoscerent ip̄m esse veꝝ xp̄m cui
de celo dabat testimon. ū. ⁊ hoc ē qd̄ dꝛ (Nō
ꝓpter me venit hec vox) qꝛ vox fit ꝓpter in-
structionē alicuius. xp̄s aūt instructione nō
indigebat scd̄m qd̄ de⁹. silr̄ nec inq̄tū hō qꝛ
ab instanti ꝯceptionis oīa ꝑfecte cognouit q̄
cognoscit de⁹ sciā visionis. Iō vox illa non
est facta ꝓpter ei⁹ instructionē: qꝛ sciebat se
ꝑ passionē gloꝛificādū a pr̄e (sꝫ ꝓpt̄ vos. i. ꝓp
instructionē vr̄am (Nūc iudiciuz est mūdi)
iudiciū discretōis. qꝛ tp̄e passionis xp̄i discer
ti sūt fideles credētes ab obstinatis ꝑ infide
litatē. In futuro autē iudiciū cōdēnationis
infideliū et p̄miationis credentiū Vel aliter
(Nunc iudiciū est mundi) i. pꝛo mundo q̄-
tum ex diuina snīa mundus a p̄tāte diaboli
ereptus est in passione xp̄i. iō subdit (nūc p̄n
ceps mundi eiicietur foꝛas) Diabol⁹ ei hic d̄
mundi p̄nceps. nō q sit dn̄s substātie mūdi
sꝫ hoīm mūdialr̄ viuētiū inq̄tū se subiiciūt
ei ꝑ pctm̄. Vn̄ aūt eiect⁹ diabol⁹ ꝑ passionē
xp̄i ꝑ quā apta est ianua glīe: ⁊ sic diabolus
non pōt ipedire sctōs a ꝯsecutione glīe sicut
faciebat ān̄: tn̄ ꝑmittit tētare hoīes ad exer
citiū ⁊ meritū electoꝝ (Et ego si exaltat⁹ fue
ro a terra) s. i cruce: vbi exaltat⁹ est moꝛiēs
in aere debellando aereas potestates. Dicit
etiaꝫ in cruce exaltatus qꝛ ꝑ hoc meruit glo
rificationē ⁊ exaltationē sui coꝛpoꝛis: ⁊ sub-
iecta est sibi multitudo gētiū ꝑ fidē: vt hꝫ ad
Philip. ii. c. Propter qd̄ ⁊ de⁹ exaltauit illū
vt. sequtur ⁊ oīs lingua cōfiteat: qꝛ dn̄s iesus
xp̄s i glīa ē dei pr̄is (Oīa trahā ad meip̄z) q̄
amoꝛe em̄ in cruce oñso ad' gen⁹ hūanū h
vi attractiuā oīm mētiū. Hoc aūt dicebat si
gnās q̄ moꝛte esset moꝛiturus) illa sūt verba
euangeliste interp̄tātis quid xp̄us intellige
ret per illam exaltationeꝫ. s. suam crucifixio

nez.(Rñdit)hic ponitur iudeoꝝ ꝯtradictio
arguentiū ex eius morte audito ꝙ ipse nō eēt
xp̄s dicētiū(Nos audiuim⁹ ex lege ꝙ xp̄us
manet in eternū)noīe legis iudei aliqñ acci-
piūt totū vet⁹ testamētum:⁊ nō solū quinqꝫ li
bros moysi:q̄ a ꝓprietate dñr lex. In ꝓphetis
aūt firmatio de eternitate xp̄i vt pꝫ Isaie.ix.
Et vocabitur nomē eius admirabilis ꝯsilia
rius de⁹ fortis:pater futuri secli.princeps pacis
multiplicabit ei⁹ imperiū:⁊ pacis nō erit fi-
nis.Siml'r.Danl'.v.c.Potestas ei⁹ ptās eterna
⁊c.Michee.vi.c. Et tu bethleē ephrata ⁊c.se
quitur Ex te eñ egredietur q̄ sit dñator in isrl'
⁊ egressus ei⁹ ab initio a dieb⁹ eternitatis ta-
lis aūt ꝑmanētia videt cōtrariari morti . iō
sequitur(⁊ quō tu dicis opꝫ exaltari filiū ho
minis).i.mori in cruce.q.d.si tu loqueris de
teipso sequitur ꝙ tu nō sis xp̄s q̄ manet in eter
nū. Si aūt loqueris de alio:dic nobis q̄s est
iste filius hoīs.lꝫ ei xp̄s nō vocauerit se ī isto
loco filiū hoīs:tñ cōiter sic se vocabat.Et iō
iudei repetēdo v̄ba ei⁹ hoc addiderūt. Si āt
q̄ratur qualiter iudei intellexerūt ꝙ xp̄s suam
crucifixionē futurā vocaret exaltationē. Di
cēdū ꝙ ꝓuerbiū erat apd̄ iudeos ꝙ crucifixio
vocabat̄ exaltatio ⁊ adhuc hoīes tali mō lo-
quendi vtuntur.sicut cū aliq̄s imprecatur alteri
suspēsionē dicit ei:tu sis in altū eleuatus se
quitur. Dixit ergo eis iesus)Hic ponitur xp̄i
responsio:ī qua emēdat eos de aliquali cognitio
ne xp̄i ꝑ scripturas quātū ad ei⁹ eternitatē:
Sꝫ ostēdit eā īꝑfectā dicēs(Adhuc modicum
lumē in vobis est) qꝛ nō intelligebāt mortē
xp̄i et passionē ī hūanitate stare sil'cū deitatis
eternitate:tñ vtrūqꝫ ponit scriptura de xp̄o
determinate iam dictū.De eius passiōe scri-
bitur Isa.liii.c.Tanq̄ ouis ad occasionē du
cetur.⁊c.Et secd̄m antiquos doctores hebreo
rū totū illd̄ cap̄. de xp̄o ad l'ram intelligitur
ab illo loco qui ponitur capitulo precedenti.
Ecce intelliget seruus meus. ⁊c. Similiter
dan.ix.ca.expsse p̄dicitur passio xp̄i. Et post
ebdomadas septuagintaduas occiditur xp̄s
Et ideo monet eos ad querendū perfectam
cognitionem de xp̄o dicens(Ambulate).i.in
cognitione ꝓficite(dum lucem habetis) id ē
me presentialiter qui sum lux illuminans ꝑ
veritatē doctrine ⁊ lumen gratie(vt non te
nebre vos comprehendant).s.ignorantie et
culpe(Et qui ambulat in tenebris).s.predi-
ctis(nescit quo vadat)quia declinat a recti-
tudine vie(Dum lucē habetis credite in lu-
cem.id est in meipsum:vt filii lucis sitis)per
imitationē ⁊ gratie adoptionem.(Hec locu

tus est iesus et abiit.) quia non recipiebant
eius doctrinam (et abscōdit se ab eis)eo mo
do ⁊ eisdem causis sicut dictum est ca.viii.et
x.Sed non videtur verū quia supra se abscō
dit eo ꝙ vellent occidere. cum hic autem nō
dicitur hoc dicendum ꝙ ipse videbat cogita
tiones eorum ad hoc tendentes: licet adhuc
non prorupissēt in opere.Et ideo voluit eos
preuenire se abscondendo:quia nondum ve
nerat hora passionis sue.⁊c.

¶ Expositio moralis.

Cogitauerunt autem principes sa-
cerdotum:vt lazarum interficerēt
⁊c.)Aug.O ceca seuicia quasi dñs
suscitare potuerit mortuū: ⁊ non possit occi
sum.Ecce vtrumqꝫ fecit. Nam lazarum mor
tuum et seipm̄ occisum suscitauit(In crasti-
num aūt conuenerat)nam qñ aliquis inso-
lens ꝑfecte conuertitur ad deum alii plures
animari solent ad simile faciendū(Acceperūt ra-
mos oliuaꝝ)ꝑ quos significat̄ leticia:ꝓpter
quod ꝑ istos significātur illi q̄ gaudēt ⁊ deū
laudant de mutatione tali. Osanna clama-
re est salutē supernā a dño postulare.nā osā
na interpretatur obsecro salua. ꝑ asellum q̄
erat oneribus assuetus significatur iudea: q̄
legis oneribus erat subiecta de quo dicit pe-
trus act.xv.Quid tētatis imponere iugū su
per ceruicē discipulorū quod neqꝫ nos:neqꝫ
patres nostri portare potuim⁹(Erant gen-
tiles quidam) ⁊ sequitur(Domine volumus
iesū videre.⁊c)Aug.Ecce volunt eū iudei o c
cidere et gentiles videre:sed et illi ex iudeis
erant qui clamabāt.(Benedictus qui venit
in nomine dñi)Ecce isti ex circuncisiōe ⁊ illi
ex preputio velut duo parietes de diuerso ve
nientes et in vnam fidem christi parati oscu
lo concurrentes.Ideo sequitur(Uenit hora
vt clarificetur filius hominis) Clarificatus
est eñ in ecclesia ex iudeis et gentilibus col-
lecta.Quid sequitur morale ē vsqꝫ ibi(Et ego
si exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad meipꝫ
⁊c.)Nam amore quo pro nobis passus ē tra
hit nos ad ipsum sicut magnes lapis trahit
ad se ferrum.⁊c. Hic omnia trahit ad se. Nā
homo dicitur omnis creatura . Mar.xvi.ca.
Predicate euangeliū omni creature.i.omni
homini:sicut fuit expositum ibi(Dicit ergo
eis iesus.Adhuc modicū lumen in vobis est
⁊c.)Moraliter attritus de peccatis modicū
lumem habet:propter quod vsqꝫ ad contri-
tionem perfectam debet procedere ne com-
prehendant eū tenebre per residuum morta-
lis culpe. Dilexerūt eñ magis gloriam ho-

minum ꝙ dei. ꝛc. Isti hodie multos habent sequaces. scilicet pro mundi gloria se ꝛ sua prodigaliter exponentes et parum aut nichil pro merenda dei gloriam facientes. ¶ Questio fratris anthonii betontini. Qui odit animã suã in hoc mũdo in vitam eternam custodit eam. Johannis. xii. ca. ¶ Ex quibus verbis queritur Utrũ post hanc vitã anime de peccatis contristantur. Ad quod breuiter rñdet ex sententia thome ꝛ astexani ꝙ in contritione tria sunt considerãda: ex quibus scilicet consequens quod est dolor / eius forma que est actus virtutis gratia informatus: eius efficacia: quia est actus meritorius ꝛ sacramentalis: ꝛ quodammodo satisfactorius. Post igitur hanc vitam anime que sunt beate cõtritionem habere non possunt: quia carent dolore propter gaudii plenitudinẽ. Que vero sunt in inferno carent contritione: etiam si dolorẽ habeant: quia deficit eis gratia dolorẽ informãs. Que sunt in purgatorio dolorem habẽt gratia informatũ sed nõ meritorium: quia nõ sũt in statu merendi. In hac autem vita omnia tria predicta inueniri possunt. Unde de pe. ni. distin. vii. dicitur. Tempus vero penitentie est vsque in vltimum articulũ vite. Et augu. in libro de penitentia dicit. Studeat quisque sic delicta sua corrigere: vt post mortẽ non oporteat tolerare. idcirco dñs ad petõres ait Qui odit aĩam suam in hoc mundo: in vitã eternam custodit eam.

¶ Dñica in palmis. Euan. scdm. math. xxi.

In illo tpe: Cuz appropinquasset iesus hierosolimis: ꝛ venisset betphage ad mõtem oliueti tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite ĩ castelluz qd contra vos est: ꝛ stati inuenietis asinã alligatã ꝛ pullũ cuz ea. Soluite ꝛ adducite michi Et si qs aliqd dixerit: dicite quia dominus his opus habet Et cõfestim dimittet eos. hoc aũt totuz factuz est: vt impleretur qd dictuz est per prophetã dicẽtem Dicite filie syõ ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedẽs super asinã ꝛ pulluz filium subiugalis Euntes aũt discipuli: fecerunt sicut pceperat illis iesus Et adduxerunt asinã ꝛ pulluz ꝛ ĩposuerunt sup eos vestimenta sua in via Alii autẽ cedebãt ramos de arboribus: ꝛ sternebãt ĩ via Turbe ãt q̃ pcedebãt et q̃ sequebantur clamabãt dicentes Osãna filio dauid Benedictus q̃ venit in nomine domini.

¶ Expositio litteralis.

Hic ponitur ab euangelista veritas adipletionis pphetie que ponebatur zacharie. ix. c. et hoc ostẽditur duplici signo. Scda ibi plurima autem turba. Circa qd sciendum ꝙ signum aduentus xpi in hierlm ad redẽptionẽ ppli fuerat pdictum et celebri fama diuulgatũ: zacha. ix. c. videlicet ꝙ xps venturus erat in hierlm in paupertate ꝛ humilitate sedens super asinã ꝛ pullũ eius ꝛ idõ legisperiti hoc videntes in ipso xpo ad implerũ ostẽdũt se cõtẽptores sue maiestatis: quia non receperũt eũ sed magis tanq̃ deceptorẽ persecuti sunt ꝛ hoc est qd dicitur (Et cũ appropinquasset hierosolimã). scilicet xps ꝛ discipuli eius. (ꝛ venisset bethphage ad mõtẽ oliueti mõs oliueti est ppe hierlm distans ab ea per vnum miliare quia dicitur Act. primo. quia distat tm̃ ab ea per iter sabbi qd cõtinet mille passus q̃ faciunt vnũ miliare. Bethphage est quedã parua villa in descensu montis oliueti versus hierlm: et erat villa sacerdotũ: quia li sacerdotes non hẽrent hereditates ad excollendũ: hẽbãt tñ domos ad aĩalia nutriendũ ꝛ ad manẽduz tpe quo non vacabant cultui diuino in hierlm ex loco illo) misit discipulos dicẽs. Ite in castellũ ꝛc) id est in hierlm: q̃ erat clausa triplici muro cũ propugnaculis ꝛ fortalitiis ad modũ castri. vt hẽ. iii. Reg. ꝛ idõ dicitur castellũ (ꝛ stati inuenietis asinã. ꝛc) Ista asina erat cõis pauperibus nõ hñtibus aĩalia. ꝛ q̃ operabat in ea dabat sibi pabulũ: ꝛ facto opere reducebat ad locuz deteriatum vt alius indigens posset reperire eã: ꝛ pullus eius nutriebatur cũ ea pro simili opere (Hoc aũt factũ est vt adimpleretur qd dictũ est per zacha. ix. Dicite filie syon. ꝛc.) hoc

est ciuitati hierl'm q̄ dicebatur filia syō: quia
in monte syon erat fortaliciū ciuitatis illius
& ꝓtegebatur ciuitas ab illa parte sicut filia
a matre. Cōsiderãdū etiã ꝙ hic accipitur cō
tinens ꝓ cōtento. s. ciuitas ꝓ habitantib⁹ in
ciuitate (Ecce rex tu⁹. ⁊c) i. xp̄s q꞉ hec aucto-
ritas a doctorib⁹ hebreis exponitur ad litterā
de xp̄o (sedēs sup asinā & pullū. ⁊c.) non q꞉ se
derit sup vtrūq simul sed successiue: q꞉ prio
sedit sup pullū q̄ tñ non erat domit⁹. q꞉ ad-
huc non fuerat applicatus hūanis vsibus:
vt hr̄. Math. xi. Et luc. xix. iō postea sedit su
per asinā hoc aūt factuz est in figura: q꞉ per
pullū significabatur ꝑplus gētilis: qui non
fuerat subiect⁹ iugo legis ꝑ asinā vero ꝑpl's
iudaicus q̄ laborauerat sub lege. ad hoc autē
veniebat xp̄s vt vtrūq ꝑplm subiugaret si-
bi ꝑ fidē catholicam (Plurima autē turba)
Hic ponitur scd̄m signū qd̄ dictū fuerat per
zacha. ꝙ xp̄o adueniēte sup asinam & pulluz
ciuitas hirosolima exultaret & letaretur: & hoc
factū fuit tūc vt dr̄ hic. & hoc pꝫ in tribus pri
mo ꝙ dr̄ hic (Plurima turba strauerūt vesti
menta in via) & hoc fuit in signū exultatiōis
et honoris: & ne asina & pullus offenderet ad
lapides. Scd̄o in eo qd̄ dr̄ (Alii aūt cedebāt
ramos de arboribus. ⁊c. Viriditas ramoruz
erat signū leticie & exultationis. Tercio ī eo
qd̄ dr̄ (clamabāt dicentes. Osanna filio da-
uid) Osanna est verbū hebraicū cōpositum
ex osi qd̄ est salua: & anna qd̄ est aduerbium
optandi et valet vtinam: vt dr̄ Osanna re-
mota vltima littera prime dictionis. vñ est
ibi ꝯpositio ex corrupto & integro: & iō tm̄ va
let osanna ꝙtū vtinā vel obsecro salua: & de
qua salute intelligatur: subditur (Bñdict⁹
qui venit in noīe dñi) q꞉ xp̄s veniebat ad dā
dū bñdictionem celestem et salutem eternā.

¶ Expositio moralis.

Et cuz appropinquasset hierosoly-
mam ⁊c) per asinaꝫ que erat oneri
assueta significatur iudea: q̄ legis
oneribus erat subiecta de quo petrus act. xv
c. Quid tentatis ponere iugū sup ceruicem
discipulorū ꝙ neq nos neqꝫ patres portare
potuimus / ꝑ pullū vero de quo dr̄ marci. xi.
ca. in quo nemo sedit significat populus gē-
tilis q̄ non erat subiectus onerib⁹ legis. xp̄s
aūt sup vtrūqꝫ sedit: q꞉ ex ābobus vnā eccle
siam sibi subiectā fecit (Et imposuerūt vesti
mēta sua. ⁊c. s. apostoli per quoꝝ vestimenta
significatur coꝝ doctrina qua recepta a iu-
deis / et gentilibus sedit in eis xp̄us (Pluria
autem turba strauerunt vestimenta sua. ⁊c)

Grego. ome. xxiiii. Quid sunt terrena oīa ni
si quedam corporis indumenta. vestimenta
igitur in via sternere est in via vite presen-
tis bona terrena pauperib⁹ erogare. Ramos
de arboribus cedere est sanctorum exēpla ac
cipere. Osanna clamare est salutem supernā
a dño postulare. Nā osanna interpretatur
obsecro salua. ¶ Questio fratris anthonii
betontini. Alii autem cedebant ramos de ar
boribus: & sternebāt in via. Math. xxi. c. Su
per quibus verbis queritur. Cur alma ma-
ter ecclesia hanc quolibet anno fiendaꝫ cele-
britatem voluit instituere? Ad quod breuis
tribus rationibus rñdetur. Primo ratione
confirmationis: qm̄ eniꝫ vt beatus iob. vii.
cap. dicit. Militia est vita hominis super ter
ram. Et precipue tempore penitentie quãdo
magis ac magis a demonibus impugnatur
vt igitur fortes manerem⁹ in prelio signum
voluit demonstrare victorie: cuz palmis eīs
victores coronabantur antiquitus adeo vt
sponsus xp̄us anime sue sponse illud canti-
corum. vii. dicere possit. Statura tua assimi
lata est palme: ratione rectitudinis. Scd̄o
ratione letificationis. Naꝫ qui in stadio cur
runt cum brauium tangere vel saltem aspi-
cere possunt profecto letantur. Cum igitur
palma vite eterne significet brauium cū nō
solum videre: sed etiaꝫ tenere nos ordinauit
ecclesia: quatenus fortius pugnantes in pñ-
ti cum inimicis fortius currentes ad bonum
brauium palmas portemus in gloria: & cum
sanctis portantibus palmam stemus in eter
na leticia. Et proinde apo. vii. scribitur. Vi-
di turbam magnam quam dinumerare ne-
mo poterat ex oībus gentibus et tribubus
& populis: et linguis stantes ante thronum
dei in conspectu agni amicti stolis albis et
palme in manibus corum. Ultimo ratione
nostre instructionis ꝑ hāc eīs solēnitatē pal
maꝝ instruimur quolibet anno vt iudeos xp̄ā
damus: q̄ hodie dñs clamauerunt. Osanna
in excelsis. Osanna scd̄m hiero. dictū est he-
braicū: et est cōpositū ex integro et corrupto
Osi enim apud hebreos idē sonat quod ob-
secro. et anna idem est quod salua. Unde osā
na quasi obsecro salua in excelsis. vnde de scē
disti. Sed & feria. vi. sequenti clamauerunt.
Crucifige crucifige eū: & iō ꝙꝙ non debeant
ad xp̄ianissimū cogi tamen debēt apud xp̄ia
nos confundi Cū vt ipse passionis non appa
reāt extra vel aperiant hostia vel fenestras
vt in ca. nullus. extra de iude. habetur. Cuz
vt deferant signata vestimenta. Cum vt

obseruãt nõnulla alia q̃ hic causa breuitatis omitto. ꝑ hãc etiã celebritatẽ instruimur: vt ꝓsperitatẽ mũdanaꝝ salubri exẽplo tẽperem⁹ xp̃s eñ tñ honorẽ suscipiẽs non in pallefre do/non in curru aureo vt Jo. chry. ait: sȝ su per asinã ⁊ pullũ sedere voluit: ⁊ videns ci uitatẽ hierꝉꝫ super eã amarissime fleuit. Vñ bern. ait. Discam⁹ in nulla leticia h⁹ scł'i fi duciã eẽ ponẽdã scientes q̃ extrema gaudii luct⁹ occupãt ꝑ hanc igit palmaꝝ festinatio nẽ instrumẽtũ q̃ magis ad ꝓpositũ est vt pa cẽ ⁊ cõcordiã inter nos hẽam⁹ q̃d eñ ꝑ pal mã nisi pax ⁊ ꝯcordia designat ꝓpterea de xp̃o Chry. ait. Nõ hȝ in circuitu splẽdẽtes gladi os aut certa ornamẽta terribiliũ armatorũ Sȝ q̃ ꝑ ramos frõdẽtes testimonia pacis ꝑ fecto oĩa elemẽta vel lĩe palme ad pacẽ xp̃ia nũ pp̃lm vocãt. Quid eñ ꝑ p. nisi q̃ ꝑsto re mittendũ ⁊ dimittendũ sit odiũ significatur teste dño. Math. v. sic dicente. Esto ꝯsentiẽs aduersario tuo cito. ⁊ q̃d ꝑ a. nisi q̃ cũ amo re benignitate ⁊ hylaritate diligẽd⁹ sit ini mic⁹ designat. Hic apl's ad Co. ix. dicit hyla rem ei datorẽ diligit deus. Et q̃d ꝑ l. nisi lõ geuitas dilectionis monstrat. Nẽpe nõ vere dimittit odiũ q̃ñ meõria docetur in futurũ. Proinde sapiẽs. Eccl'ia. x. c. dicit. Ois iniurie ꝓximi ne memineris. Et q̃d ꝑ m. nisi mła de notatur q̃ hoc totũ q̃ð diximꝰ ad finẽ ꝑduci tur. ꝓpterea ãbro. ait. Hinc causa ramũ oli ue portãt q̃ opera mĩe nõ amãt. Et iõ xp̃us hũiliter. ⁊ pacifice ad locũ passionis ad lími tos veniẽs cũ palmis voluit recipi vt eũ cũ pace sequẽtes sine odio debeam⁹ ꝯsiteri: hac de cã apl's ad philip. ii. inq̃t hoc eñ sentite in vobis q̃ð ⁊ in xp̃o iesu. Quid apl's in nobis sicut ⁊ xp̃o iesu sentire debem⁹ ꝑfecto ait ip̃e ostẽdẽs: hũilitatẽ: q̃ cũ in forma dei esset non rapinã arbitrat⁹ ẽ eẽ se equalẽ deo: sȝ semet ip̃m exinaniuit fact⁹ obediẽs vsq̃ ad mortẽ Quã obediẽtiã ap'le sctissime exẽplo hũilita tis xp̃i sequere obligamur. Hic hiero. Pau. cõ det dicens. Predilectissimi filii mei diligite vos inuicẽ. Non eñ accepi hoc ab hoĩe sed a saluatore hoc iquit est p̃ceptuȝ meũ: vt di ligatis inuicẽ. In sola eñ dilectione oĩa vir tutũ bona ꝯsistunt sicut ex vna radice multi exeũt rami: sic ex charitate oẽs ꝑpetrantur vir tes. Si linguis hoim loquar inq̃t apl's ⁊ an gelorũ. ⁊c. ⁊ sequitur. Si oẽm habuero ꝓphe tiã ⁊ nouerĩ oĩa misteria ⁊ oẽꝫ sciam: ⁊ si ha buero oẽm fidẽ: ita vt mõtes trãsferã chari tatẽ aũt nõ habeã nichil sũ. q̃ verã charitatẽ hȝ benign⁹ ẽ ⁊ patiẽs. Ille verã charitatẽ hȝ q̃ nõ tñ ꝓximos diligit ꝑ affectionẽ cogna tionis ⁊ carnis. sicut ethnici ⁊ publicani faci unt sȝ ita diligit inimicũ sicut amicũ: in hoc vero põt ꝑ̃õ cognoscere si manet in charita te si ip̃e ab eo dili git q̃ ab eo aduersat. Hec ille doctissimus hominum.

¶ Passio dñi nr̃i iesu xp̃i scðm math. xxvi.

IN illo tp̃e dixit ies⁹ disci pulis suis Scitis q̃r post biduũ pasca fiet ⁊ fili⁹ hoĩs tra det vt crucifigat. Tũc ꝯgregati sũt p̃ncipes sacerdotum ⁊ seni ores pp̃l'i ĩ atriũ p̃ncipis sacer dotũ q̃ dicebat cayphas: ⁊ ꝯsiliũ fecerũt vt iesũ dolo tenerẽt ⁊ oc ciderẽt Dicebãt aũt Nõ ĩ die fe sto: ne forte tumlt⁹ fieret ĩ pp̃l'o Cũ ãt eẽt ies⁹ ĩ bethania ĩ domo symonis leprosi: accessit ad eũ mulier: hñs alabastrũ vnguen ti p̃ciosi: et effudit super caput ipsi⁹ recũbẽtis Videtes aũt disci puli ĩdignati sũt dicẽtes Ut q̃d ꝑditio hec: Potuit eñ istð venũ dari mlt'o ⁊ dari paupib⁹ Sci ens aũt ies⁹ ait illis Quid mole sti estis huic mulieri: Op⁹ eñ bo nũ opata ẽ ĩ me Nã sẽper pau pes habetis vobiscũ/ me aũt nõ sẽper habebitis Mittẽs eñ hec vnguẽtũ hoc ĩ corp⁹ meũ: ad se peliẽdũ me fecit Amẽ dico vobis Vbicũq̃ p̃dicatũ fuerit hoc euã geliũ ĩ toto mũdo dr̃: ⁊ q̃ hec fe cit ĩ memoriã ei⁹ Tũc abiẽs vn⁹ d duodecĩ q̃ dicebat iudas sca rioth ad p̃ncipes sacerdotũ: et ait illis Quid vultis michi da re: ⁊ ego vobis eũ tradã: At illi cõ

stituerūt ei: triginta argēteos. Et
exinde q̄rebat opoꝛtunitatē: vt
eū traderet. Pꝛia āt die azimoꝝ
accesserūt ad iesū discipuli dicē-
tes Ubi vis paremꝰ tibi comedē
pascha: At iesꝰ dixit Jte i ciuita
tē ad quēdā: ꝛ dicite ei. Magi-
ster dicit Tp̄s meū ꝓpe ē apd te
facio pascha cū discipl'is meis
Et fecerūt discipl'i sicut ꝯstituit
illis iesꝰ: ꝛ parauerūt pascha Ue
spe āt facto: discūbebat cū duo
deci discipl'is suis Et edētibus
illis: Dixit Amē dico vobis: qꝛ
vnꝰ vestrū me traditurꝰ ē Et cō
tristati valde: ceperūt singuli di
cere Nūqd ego sū dñe: At ip̄e re
spōdēs ait Qui intigit mecū ma
nū i parapside: hic me tradet Fi
liꝰ qdē hoīs vadit: sicut scriptū
ē d illo. Ue āt hoī illi: p quē filiꝰ
hoīs tradet Bonū erat ei: si na-
tꝰ nō fuisset hō ille Rñdēs autē
iudas q̄ tradidit eū: dixit Nūqd
ego sū rabbi: At illi. Tu dixisti
Cenātibꝰ aūt eis: accepit iesus
panē ꝛ bñdixit ac fregit dedit-
q̄ discipl'is suis ꝛ ait Accipite ꝛ
cōedite. Hoc ē coꝛpꝰ meū Et ac
cipiēs calicē grās egit ꝛ dedit il
lis dicēs Bibite ex hoc oēs Hic
ē ei sāguis meꝰ noui testamē-
ti q̄ p mlt'is effūdet i remissionē
petōꝝ Dico aūt vobis Nō bibā
amodo de hoc genimine vitis vs
q̄ i diē illū cū illō bibā vobiscū
nouū i regno p̄ris mei Et hym
no dicto: exierūt i mōte oliueti.
Tunc dixit illis iesꝰ Oēs vos
scādalū patiemini i me i ista no-
cte Scriptū ē eni. Percutiā pa-
stoꝛē ꝛ dispgēt oues gregis Post
q̄ aūt resurrexero: p̄cedā vos i
galileā Rñdēs aūt petrꝰ: ait illi
Et si oēs scādalizati fuerit i te
ego nūq̄ scādaȥabor At illi iesꝰ
Amē dico tibi: qꝛ i hac nocte ā
teq̄ gallꝰ cātet: ter me negabis
Ait illi petrꝰ Etiā si opoꝛtuerit
me moꝛi tecū: nō te negabo Si
milit ꝛ oēs discipl'i dixerūt. tūc
venit iesꝰ cū ill'i villā q̄ dr geth
semani ꝛ ait discipulis suis Se
dete hic donec vadā illuc ꝛ oꝛē.
Et assūpto petro ꝛ duobꝰ filiis
zebedei cepit ꝯtristari ꝛ mestus
esse Tūc ait illis Tristis ē aīa
mea vsq̄ ad moꝛtē: sustinete hic
ꝛ vigilate mecū Et ꝓgressꝰ pu
sillū: ꝓcidit i faciē suā oꝛās ꝛ di
cēs Pr̄ mi: si possibile ē trāseat
a me calix iste Uerūtñ nō sicut
ego volo: sȝ sicut tu Et veīt ad
discipl'os suos: ꝛ iuenit eos doꝛ
mientes ꝛ dixit petro sic Nō po-
tuisti vna hoꝛa vigilare mecū:
Uigilate ꝛ orate vt nō itret's in
tētationē Sp̄s qdē p̄mptꝰ ē: ca
ro aūt ifirma: iterū scdo abiit ꝛ
oꝛauit dicēs pr̄ mi: si nō pōt hic
calix transire nisi bibā illū: fiat
volūtas tua: ꝛ veīt iterū: ꝛ iuenit

quod tñ ꝯditionate dixerat.et ideo bñ subdi
tur(Et non erat cõueniens testimoniũ illo-
rum.Jesus aũt dixit illi.ego sũ) Interroga
tus de veritate diuinoꝝ respondet:qui prius
in aliis tacuerat:qꝛ de diuinis non debet ita
taceri veritas si interrogetur:sicut de huma
nis.In quarta parte minusprincipali dꝫ sic
(Nã et galileus es(licet eñ esset vna lingua
oĩm hebreoꝝ . tñ scdm varias partes iudee
variabatur in aliqua pprietate:sicut lingua
gallica in picardia ⁊ normãnia : per quã per
pitur in loquela de qua natiõe sit aliquis(ce
pit anathematizare)id est maledicere sibiipsi
si cognouisset iesũ. vnde anathematizatio si
gnat iurationem q̃ est p execrationẽ.s.qñ ali
quis imprecatur sibimetipsi malũ pene : si ita
sit sicut imponitur ei(Et cõfestim mane fa-
cto)Hic ꝯñr describitur xpi passio per genti
les cõsummata . Et primo describitur ipsius
xpi crudelis occisio. Scdo ei⁹ fidelis ⁊ deuo
ta tumulatio ibi.⁊ cũ sero esset factũ.Prima
in duas . quia primo describitur xpi iniqua
ꝯdẽnatio. Secundo inique sententie execu-
tio:ibi.Et postq̃ illuserũt ei. Prima in quat
tuor qꝛ primo xps gẽtili iudici pñtatur.scdo
ab eo examinatur:ibi.Et interrogauit eum
pylatus.Tercio eius innocentia declaratur
ibi. Per diem autẽ festum.quarto iniq̃ cõdẽ-
natur:ibi. Pylatus aũt volẽs satisfacere po
pulo.sentẽtia istaꝝ ptiũ pꝫ ex dictis. Math.
xxvii. vbi ista ponũf eodẽ ordine a principio
illius capituli vsq; ppe mediũ.tñ aliqua sũt
ibi interposita que hic omittuntur qꝛ Mar-
cus breuitati studebat(Postq̃ illuserũt) Hic
ꝯñr describitur iniq̃ snie late in xpm execu-
tio.Ubi primo ponitur ipsi⁹ xpi iudicati cru
cifixio. Scdo crucifixi illusio.ibi ⁊ pretereũ-
tes blasphemabant. Tercio illusi expiratio:
ibi.Et facta hora sexta Sententia istaꝝ par
tium patet ex dictis. Math.xxvii.exceptis q̃
sequuntur(patrẽ alexandri ⁊ rufi)Hic dicit
hieronimus q̄ nomen istius symonis hic ex
ponitur rõne filioꝝ suoꝝ qui erãt discipuli
xpi(⁊ dabant ei bibere myrrhatũ vinũ) Di
cũt aliqui q̄ istud vinum dꝫ myrrha tũ ex p
prietate mirrhe que est valde amara. ista tñ
amaritudo causabat ex admixtiõe fellis.Alii
aũt dicũt q̄ nõ solũ fuit ibi mixtio fellis:sed
etiam myrrhe(non accepit. Contrariũ tñ vi
detur Joh xix.c.vbi dꝫ. Cũ accepisset ies⁹ ace
tũ. Ad qđ dicendũ q̄ aliquid accepit ad gu-
standum:modicũ tñ ppter impletionem p-
phetie dictis. In siti mea potauerũt me ace
to ⁊ qꝛ illud qđ modicũ est quasi nichil repu
tatur:iõ hic dr q̄ non accepit.s.ad perfecte bi
bendum(Erat aũt hora tercia ⁊ crucifixerũt
eũ) Jo.xix.c.dꝫ Erat aũt hora quasi sexta.'se
cundum veritatẽ erat hora media inter sex-
tam et terciam.mediũ vero denotat ab vtro
q; extremoꝝ:⁊ ideo ab euangelistis aliqñ de
noĩatur tercia aliqñ sexta) Uidens aũt cẽtu
rio qui ex aduerso stabat: qꝛ sic clamans ex-
pirasset.⁊c.)videbat eñ q̄ illa vox non pote
erat naturaliter formari ab homine sic ppin
quo morti:⁊ iõ conclusit q̄ esset formata vir
tute dei dicẽs(Uere hic homo filius dei erat
Et cũ iam sero factũ esset) hic describitur ip
sius xpi deuota tumulatio ⁊ patet sententia
ex dictis Math.xxv. exceptis que sequuntur
(quod erat parasceue)i.preparatio quia tũc
erat feria sexta in qua preparabãtur ea que
debebant comedi die sequenti venit ioseph
ad sepeliendum xpm anteq̃ intraret sabba-
tum in quo non erat licitum facere talia(ab
arimathia)que antiquit⁹ dicta est ramatha
de qua fuit Samuel:vt hꝫ pmo Regũ. decu
rio.id est vnus de curialib⁹. Decuriones ei
dicuntur q̃ sunt de curia alicuius magni pn
cipis. Dicuntur etiã curiones qui accipiunt
curam plebis(et audacter introiuit ad pyla
tum ⁊c)prius enim erat discipulus xpi occul
tus propter metum iudeorum : sed exemplo
mortis xpi animatus ostendit se publice esse
xpi discipulum petendo eius sepulturam: et
exequendo(et aduoluit lapidem ab hostiũ
monumenti)Circa enim sepulchrum erat q̃
dam clausura ad hostiũ illius clausure fuit
positus lapis magnus non a solo ioseph:sed
etiam ab aliis q̃ fuerũt cũ eo in sepultura xpi

¶ Expositio moralis. Marci.xiiii.

ERat autẽ pascha.⁊c. Theophilus.
Uoluit enim dominus in pascha-
te crucifigi : quia ipse erat verum
pascha.(Et querebant summi sacerdotes.⁊c
Adhuc aliqui de istis xpm persequuntur in
membris suis(Et cum esset in domo symo-
nis leprosi (per hoc ostendit q̄ predicatores
non debent abhorrere peccatores. (Uenit
mulier habens alabastrum.et cetera. mu-
lier ista rationalis est anima:que frangit a-
labastrum cum rationabiliter domat corp⁹
proprium:⁊ quoniam hoc cedit ad honorem
dei:effundit super caput xpi. Prime ad cho-
rinthios.xi. Caput christus de⁹(Erãt aũt
quidam indigne ferentes) Isti sũt similes il

lis q grauius potuit expendas decē solidoꝝ pro xpo: q quinquaginta vel cētū p mūdo: nō sequitur (Sinite eā) eius approbādo operationē (Et iudas scharioth.ꝛc.) Beda. Multa hodie scelus iude. s. q dnz ac magistrū deūq; suū pecuniā vendiderit: veluti imane ac nephariū abhorrent: nec tñ cauēt. nā cū p muneribus caritatis ꝛ veritatis ignūt: deū q veritas ꝛ vita est. pdūt (Et pmo die azimoꝝ) sequitur (ꝛ mittit duos ex discipulis suis. ꝛc.) .i. petrū ꝛ iohānē vt dr lu. xxii. Per petrū significatur actio bona. p iohānē ɔtēplatio deuota q preparāt pascha. i. disponūtur ad xpi corpus debite sumēdū. pparant aūt in cenaculo. i. in hoie per oronē in deū eleuato: grandi lōgitudine lōganimitatis. Lato latitudine caritatis. strato varietate virtutis (Uespere aūt. ꝛc.) p hoc aūt q xps in mēsa denūciauit suū pditorem designauit q multi pditores veniūt ad mēsā suā. Hiero. Dic sacerdos dic clerice quō eisdē labiis deoscularis filiū virginis qbus deosculatus es filiā meretricis. O iuda osculo filiū hois tradis. Et mūducantibz illis accepit iesus panē. ꝛc.) p iesū q salus interpretatur: intelligitur bonus platus xpi vicarius: et de sua subditoꝝ q suoꝝ salute sollicitus. hic accipit panē cū diligēter studet sacrā scripturā: ꝛ bndicit qñ deo attribuit eius negligētiā. Frāgit aūt ꝛ dat deuote pdicando. Ecōtra de ignorante dr treno. iiii. Paruuli petierūt panē ꝛ nō fuit q frāgeret eis (Et accepto calice ꝛc) p quē pcussio designat in scriptura. hic calix sumit patiēter tolerādo ꝛ datur aliis ad sile exhortando (ꝛ hymno dicto exierūt in mōtē) p hoc ostēdens q ascēdēs ad vitā artiorē primo dz iplorare clemētiā diuinā (Et ait illis iesus. Oēs vos scandalizabimini. ꝛc.) Chryso. Carnale est cadere sz diabolicū est iacere Petrus aūt ait illi. Et si oēs scādalizati. ꝛc.) Cōiter accidit q illi q aliis in virtute se pferūt turpius aliis cadūt. iō subdit (Amē dico tibi ꝛc. Et veniūt i pdiū qd dr gethsemani) qd interptatur vallis pinguedinis. iō significat humilitatē gratiosā. p hoc igit q xpus orauit ibi humiliter signat q oratio humiliantis se veraciter deo ē accepta. Eccle. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Per hoc āt q dr dñs hic ter orasse: docuit nos orare pfecte qz pfectio ɔsistit in tribus. s. principio medio ꝛ fine (Quēcūq; osculatus fuero. ꝛc. Amicicie signis proditores vtūtur vt eoꝝ dolus latētius pagatur (Et āputauit auriculā. ꝛc.) Hoc signū fuit de mētis aure eoꝝ amputāda: sicut pz per effectū: qz nichil audire volūt de salute sua (At ille relicta syndone nudus profugit ab eis) Beda. Qui vult fugere manus iniquorū relinquēs mēte q mundi sunt fugiat post xpm: sicut ioseph relicto pallio fugit de dñe manibus impudice (Petrus aūt a loge sequebat ē eū) Beda. Merito a lōge seqbatur qui erat de primo negaturus. nō eni negare posset si po primus adhesisset (et sedebat cū ministris) Hiero. Atriū sacerdotis ē circuitus secularis ministri demonia cū qbus qui sedet nō pt flere peta. Ignis aūt desideriū est carnis (Sūmi vero sacerdotes ꝛ oē ɔsiliū qrebāt aduersus iesū testimoniū) Modus aūt iniquoꝝ est aduersus innocētes qrere testimonia: ꝛ recipere falsa (Sūmus aūt sacerdos scindēs vestimēta. ꝛc.) in hoc fuit significatū q pscindēdū erat sacerdotiū iudeoꝝ sicut et stabilitas sacerdotii xpi: p hoc q eius tunica eū a crucifigētibus cū nō fuit scissa (Et ceperūt quidā cōsuere eū. ꝛc.) Hiero. Ut sputaminibus suscēptis faciē anime nre lauaret: ꝛ velamine faciei sue velamē cordiū nroꝝ auferret. Et colaphis qbus in capite pcussus est caput hūani generis quod est adā sanaret. ꝛ a lapis quibz expalmatus est laus eius maria manibz nostris labiisq; plauderet vt dz Oēs gētes plaudite manibus (ꝛ statim iterū gallus cantauit. ꝛc) Hiero. Gallus lucis qd est nisi spūs sctūs. cuius voce in prophetis ꝛ apostolis de trina negatiōe excitamur ad amarissimos post lapsū flet qui male de deo cogitamus ꝛ male locuti sumus pximo ꝛ male facimus ad nosipsos. (Et interrogauit eū pylatus. ꝛc.) Iuste traditi sunt romano exercitui qui saluatorē tradiderunt romanoꝝ psidi. Ita vt miraretur pylatus). s. de eius patiētia quē audierat pritū in lege ꝛ potētē ad oia rñdere (Pontifices aūt ɔcitauerūt turbā. ꝛc) Adhuc hodie aliqui magis nitūtur saluare et etiā pmouere malos hoies q bonos (Pylatus aūt volens satisfacere pplo. ꝛc.) sic faciunt mali iudices p fauore hūano iusticiā subuertētes (ꝛ experunt eū salutare) Ista faciūt multi in ecclia deuote salutantes eū in apparentia sz eū expoliant bonis et affligūt ꝛ pcutiunt in mēbris suis (Et angariauerunt quēpiā. ꝛc. Hic multi portāt hodie in angaria crucē xpi (Et dabant ei vinū mirrhatū bibere. ꝛc.) Similiter hodie multi dant xpo bibere potum amarum. Et diuidunt sibi vestimenta sua rapiētes bona simplicium xpianorum (Et cum iniquis deputatus est) sic fit hodie ipsius membris per iusticie subuersionem in multis locis. (Et pretereuntes blasphemabant eum.

&c) Hoc similiter faciūt detractores bona fa
cta mēbrorū xpi denigrātes (Deus me⁹ vt
quid dereliquisti me propter qd nō dz xpian⁹
mirari si a deo pmittitur p malos tribulari
qz sic suo capiti cōformantur (Et velū tēpli
scissum est) prie Cor.iii.c.dz Tēplū dei sctm
est qd estis vos. & id velū hui⁹ tēpli scinditur
qn p cpassionē mortis xpi fidelis ab ol terre
nor in ordinato amore sepat (Videns autē
centurio. &c. (p hoc q iste gētilis cfitebat in
xpo veritatē deitatis significata fuit illumi
natio futura gentiū: & excecatio iudeorū. Ve-
nit ioseph ab arimathia (sequitur. Et petiit
corpus iesu. &c) Moraliter iosep q interpre-
tatur accrescens: corpus iesu petiit qn psona
crescens in virtutibus eucharistiam sumit.
(Et inuoluit in syndone) qn deuotionē suā
abscōdit ab hūana laude: et ponit in monu-
mēto qn libenter cogitat de ipo: qz monumē
tum dz quasi monens mētem. Per hoc autē
q sancte mulieres aspiciebant vbi ponerēt
significatū fuit q religiose psone que sūt in
mundo mortue debent cum eo p cōpassionē
sepeliri: vt resurrectionis eius participes fie
ri mereantur. ¶ Questio fratris anthonii
betontini. Sumite hoc est enim corpus meū
et accepta calice grās agens dedit eis. Mar
ci.xiiii.ca. Ex qbus verbis queritur Quid. s.
in hostia cōsecrata: quid ve in mero existen-
te calice consecrato esse credere debemus? Ad
quod breuiter rndetur: quia scdm grego. in
omelia paschali: in hoc sacramento aliud est
quod videt: & aliud quod intelligitur et aliō
quod cernitur ē species panis in hostia et vi
ni in calice: sed illud quod creditur est veri-
tas carnis & sāguinis iesu christi. Intelligē-
dum tamen q sub panis specie que videtur
in hostia quattuor esse creduntur. Primo cre-
ditur quidē ibi esse corpus xpi ex vi verborū
qz verba consecrationis de solo corpore fa-
ciunt mentionem secūdo est ibi sanguis xpi
ex cōcomitantia propinqua: qz lz aia non vi
uificat corpus nisi sanguine mediante: tamē
pertinet ad eandē naturā: et ideo cōcomita-
tur ipm. Tercio creditur ibi esse aia ex cōco-
mitantia ppinqua: qz pertinet ad eandē na
turam humanam. Quarto est ibi deitas ver
bi ex cōcomitantia remota que diuinitas lz
cum tribus precedentibus faciat suppositum
vnum: tamen non pertinet ad vnam natu-
ram. Hec etiam eadem quattuor in calice eē
creduntur. Primo quidaz est ibi sanguis ex
virtute verborū eo q verba consecrationis
calicis de solo sanguine faciūt mētionē scdo

creditur ibi esse corpus xpi ex cōcomitantia
immediata: qz corpus est sanguinis imedia-
tum receptaculuz. tercio creditur ibi esse aia
ex cōcomitantia ppinqua: qz ptinent ad eā-
dem naturam hūanā quarto creditur ibi di
uinitas ex cōcomitantia remota: qz non pti-
net ad eandem naturā q̄uis bn ad idē suppo
situz. Quod aūt ista in hoc dignissimo sacro
sint pbatur p btm amb. in lib. de sacra. q ait
Illa q fuerunt in vtero virginis inueniunt
in hoc dignissimo sacramēto. Ista quattuor
insuper ibi esse saluator ondit Jo. vi. c. dicēs
Ego sum panis viuus q de celo descendi. p
hoc eni q dicit panis dat intelligere corpus
vnde ait. Caro mea vere est cibus. per hoc q
dicit viuus dat intelligere animā p quā cor-
pus viuificatur. Et qz anima sine sanguine
corpus viuificare non potest. ideo subintelli
gitur sanguis. idcirco infert Sanguis meus
vere est potus. Dicit aūt qui de celo descen-
di ppter diuinitatē. Ex qbus omnibus tria
pñt elici documenta: scdz tres catholicas ve
ritates. Primū documētū est cū in primitia
eccl̄ia sacrm̄ hoc sub vtraq specie toti popu-
lo ministraretur: rationalis fuit institutio mo
derna: vt sub specie panis tantum populus
cōmunicaretur propter multa pericula q ac-
ciderūt. qz non est sicut heretici ymaginātur
vt sit tm̄ corpus i hostia & sāguinis in calice:
imo corp⁹ ē in calice & sāguis i hostia. Scdz
documentū ē: qz ex quo scdz gre. aliud est qd
cernitur & aliud est qd creditur In hoc sacra
mento adoratio non est dirigenda ad illud
quod cernitur. s. ad species: sz ad id quod cre
ditur tantū: qz illud est dignuz dānatiōe qd
adorari non debet: nisi prius adoretur vl' ele
uetur a sacerdote propter periculum ydola-
trie ex quo verba consecratiōis merito secre
te proferuntur. Terciū documentū est q lz p
prie in hoc sacramento non videatur xpus:
quia scdm grego. aliō est qd cernitur: & aliō
quod creditur. Nam ibi accidentia cernun-
tur q non sunt in corpore xpi sicut in subie-
cto: tamen non errant fideles: qui dicunt in
sacerdotis manib⁹ se vidisse deum: quia nul
lus errat cuius verba possunt verificari: co
modo verificatur diuina scriptura in qua di
citur q aliqui viderunt deuz oculo corpora
li: sicut moyses vidit deum corporaliter cer-
nendo rubum: sicut exo. iii. cap. scriptum est:
non q ibi diuinitatez videret: sed quia diui
nitas ibi assistebat in illo rubo. ita corp⁹ xpi
suo modo speciebus assistit que in hoc sacra-
mento cernuntur: & quia ista abscondita erāt

ab oculis eorum hoim. Ideo saluator hodie dicit vt habetur mat. xxiiii. c. Sumite hoc est corpus meum: et accepto calice ec.

¶ Feria quarta post do palmarum. Passio dñi nostri iesu xpi secundum lucam. xxiii.

In illo tpe Appropinquabat autem dies festus azimorum: q̄ dicitur pascha Et q̄rebant principes sacerdotum et scribe quomodo iesum interficerent: timebāt vero plebē. Intrauit autē sathanas in iudā: qui cognominabatur scarioth vnus de duodecim Et abiit et locutus est cū principibus sacerdotum et magistratibus: quēadmodum illū traderet eis Et gauisi sūt: et pacti sūt pecuniā illi dare/ et spopondit Et querebat oportunitatē: vt traderet illum sine turbis. Uenit autē dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha: et misit petrū et iohannē dicēs Euntes parate nobis pascha: vt mādūcemus At illi dixerūt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos Ecce introeūtibus vobis ī ciuitatē occurret vobis homo amphorā aque portans: sequimini eū ī domū in quā intrat/ et dicetis patrifamilias domus. Dicit ibi magister Ubi est diuersorium vbi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum: et ibi parate. Euntes autē inuenerunt sicut dixit illis iesus: et parauerunt pascha Et cū facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cū eo Et ait illis Desyderio desyderaui hoc pasca manducare vobiscū anteq̄ patiar. Dico enī vobis: quia ex hoc nō manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit et dixit Accipite: et diuidite īter vos Dico enim vobis q̄ nō bibā de generatiōe vitis: donec regnū dei veniat Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur hoc facite ī meam cōmemorationē Similiter et calicem postq̄ cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum sanguine meo: q̄ pro vobis effundetur Uerūtamen ecce manus tradentis me mecū est ī mensa Et quidē filius hoīs scd̄m q̄ diffinitū est vadit Uerūtamē ve homini illi per quē tradetur Et ipsi ceperunt q̄rere inter se: quis esset ex eis q̄ hoc facturus esset Facta est autē et cōtentio inter eos: quis eorum videretur esse maior Dixit autē eis Reges gentiū dominātur eorum et q̄ potestatē habent super eos benefici vocantur Uos autē nō sic Sed q̄ maior est ī vobis fiat sicut minor Et q̄ precessor ē sicut ministrator. Nā quis maior est qui recūbit: an q̄ ministrat? Nōne q̄ recūbit? Ego

sũt i medio vestrũ sũ: sicut q̃ mi
nistrat Uos aũt estis q̃ permã-
sistis mecum in tentationibus
meis Et ego dispono vobis si-
cut disposuit michi pater meᵘ
regnũ: vt edatis ⁊ bibatis sup
mensã meã in regno meo ⁊ se-
deatis sup thronos iudicantes
duodecĩ tribᵘ israel Ait aũt dñs
symoni. Symõ ecce sathanas
expetiuit vos: vt cribraret si-
cut triticũ Ego aũt rogaui ꝑ te
vt nõ deficiat fides tua: ⁊ tu ali
qñ cõuersus confirma fratres
tuos. qui dixit ei Dñe tecũ para
tᵘ sũ: ⁊ i carcerẽ ⁊ in mortẽ ire.
Et ille dixit Dico tibi petre Nõ
cãtabit hodie gallus: donec ter
abneges nosse me Et dixit eis.
Qñ misit vos sine sacculo ⁊ pe
ra ⁊ calciamẽtis: nũq̃d al'q̃d de
fuit vob̃? At illi dixerũt Nichil
Dixit ergo eis Sȝ nũc q̃ habet
sacculũ tollat silr̃ ⁊ perã. Et q̃
nõ habet vendat tunicã suã et
emat gladiũ Dico eñ vobis: q̃m
adhuc hoc q̃d scriptũ ẽ oportet
impleri i me Et cũ iniq̃s depu-
tatus ẽ Etenĩ ea q̃ sũt de me fi-
nẽ habẽt At ille dixerũt Dñe ecce
duo gladii hic. At ille dixit eis.
Satis ẽ. Et egressᵘ ibat scd̃ȝ cõ
suetudinẽ in mõtẽ oliuaꝝ. Se-
cuti sunt aũt illũ ⁊ discipuli eiᵘ
Et cũ puenisset ad locũ: dixit il
lis Orate ne itretis i tẽtacionẽ
Et ipse auulsᵘ ẽ ab eis q̃tũ iactᵘ
ẽ lapidis Et positis genibᵘ ora
uit dicens. Pater si vis: trans-
fer calicẽ istũ a me. Uerũtñ nõ
mea volũtas: sȝ tua fiat Appa-
ruit aũt illi ãgelᵘ de celo cõfor-
tãs eũ Et factᵘ i agonia ꝓlixius
orabat Et factᵘ ẽ sudor eiᵘ sicut
gutte sanguinis decurrentis i
terrã Et cũ surrexisset ab orati
one ⁊ venisset ad discipulos su
os iuenit eos dormiẽtes pre tri
sticia Et ait illis Q̃d dormitis?
Surgite ⁊ orate ne intretis in
tentationẽ. Adhuc eo loquente
ecce turba ⁊ qui vocabat iudas
vnᵘ de duodecim antecedebat
eos ⁊ appropinquauit iesu vt
oscularetur eũ Jesus aũt dixit
illi Judas osculo filiũ hoĩs tra
dis? Uidentes aũt hi qui circa
ipsũ erant q̃d futuꝝ erat dixerũt
ei. Dñe si ꝑcutimus in gladio?
Et ꝑcussit vnus ex ill' seruũ pri
cipes sacerdotum. et amputa-
uit auriculam eius dextram.
Respondens autem iesus ait.
Sinite vsq; huc Et cũ tetigisset
auriculam eius sanauit eũ Di-
xit autem iesus ad eos qui vene
rant ad se principes sacerdotũ
⁊ magistratus tẽpli et seniores
Quasi ad latronẽ existis cũ gla
diis ⁊ fustibus: cũ quotidie vo
biscũ fuerim in tẽplo/ ⁊ non ex
tendistis i me manᵘ. Sed hec ẽ

hoꝛa vestra ⁊ potestas tñbꝛaꝝ
Cōpꝛehendentes aũt eũ duxe-
rũt ad domũ pꝛincipis sacerdo
tũ. Petrꝰ vero sequebatur eũ a
longe. Accẽso aũt igne ĩ medio
atrii ⁊ circũsedẽtibus illis erat
petrꝰ ĩ medio eoꝝ Quẽ cũ vidis
set ãcilla quedã sedẽtẽ ad lumẽ
⁊ eũ fuisset ĩtuita dixit Et cũ hic
illo erat At ille negauit eũ dicẽs
Mulier: nõ noui illũ Et post pu-
sillum alius vidẽs eũ: dixit. Et
tu de illis es: Petrꝰ vero ait O
homo nõ sũ. Et interuallo facto
quasi hoꝛe vniꝰ: alius quidem.
affirmabat dicẽs Uere ⁊ hic cũ
illo erat: nã ⁊ galileus ẽ. Et ait
petrus. Homo nescio qd dicis.
Et cōtinuo adhuc illo loquẽte
cãtauit gallꝰ Et cōuersus dñs
respexit petrũ Et recoꝛdatus ẽ
petrus verbi dñi sicut dixerat:
qꝛ priusq̃ gallꝰ cãtet ter me ne-
gabis Et egressꝰ foꝛas petrus:
fleuit amare Et viri q̃ tenebãt
iesũ illudebant ei: cedentes eũ.
Et velauerũt eũ: ⁊ percutiebãt
faciẽ eius Et interrogauerunt
eũ dicentes. Pꝛophetiza quis
est q̃ te percussit. Et alia multa
blasphemãtes: dicebant in eũ.
Et vt factus est dies cōuenerũt
senioꝛes plebis ⁊ pꝛincipes sa-
cerdotũ ⁊ scribe ⁊ duxerũt illũ
in consilium suũ dicẽtes Si tu
es christꝰ dic nobis: Et ait illis
Si nobis dixero nõ credetis mi
chi: si aũt ⁊ ĩterrogauero nõ re
spõdebitis michi neq̨ dimittetis
Ex hoc aũt erit filiꝰ hominis se
dẽs a dextris virtutis dei Dixe
rũt aũt omnes Tu ergo es filiꝰ
dei: Qui ait Uos dicitis: qꝛ ego
sũ. Ait illi dixerũt. Quid adhuc
desyderamꝰ testimoniũ: Ipsi eñ
audiuimꝰ de oꝛe eiꝰ Et surgens
oĩs multitudo eoꝝ duxerũt eũ ad
pylatũ. Ceperũt aũt illũ accu-
sare dicẽtes Hũc inuenimus sub
uertentẽ gentẽ nostrã ⁊ pꝛohibẽ
tẽ tributa dari cesari: ⁊ dicentẽ
se chꝛistũ regẽ esse. Pylatus au
tem ĩterrogauit eũ dicens Tu
es rex iudeoꝝ: At ille respõdens
ait. Tu dicis. Ait autẽ pylatus
ad pꝛincipes sacerdotũ et tur-
bas Nichil inuenio cause in hoc
hoĩe At illi conualescebant di-
cẽtes Cōmouit populũ docens
per vniuersã iudeã incipiens
a galilea vsq̨ adhuc. Pylatus
aũt audiens galileã. interroga
uit si hõ galileꝰ eẽt Et vt cogno
uit q̄ de herodis potestate esset
remisit eũ ad herodẽ q̃ ⁊ ipse hie
rosolimis erat illis diebꝰ Hero-
des aũt viso iesu gauisus ẽ val
de Erat eñ ex multo tempoꝛe cu
piens videre eũ eo q̄ audierat
mlta de illo Et sperabat signũ
aliqd videre ab eo fieri. ĩterroga
bat aũt illũ multis sermonibus

At ipse nichil illi rndebat Sta-bant aut principes sacerdotu et scri be costanter accusantes eu Spre uit aut illu herodes cu exercitu suo: et illusit indutu veste alba: et remisit ad pylatu Et facti sunt amici herodes et pylatus in ipa die Na antea inimici erant adinuicem. Pylatus aut couocatis princip-bus sacerdotu et magistratibus et plebe: dixit ad illos. Obtulistis michi huc hoiem quasi auertente ppl'm Ecce ego cora vobis inter rogans nulla causa inuenio in hoie isto ex his in qbus eu accusatis: sz neqz herodes Na remisit illu ad nos: et ecce nichil dignu morte actu e ei Emedatu ergo illu di-mitta. Necesse aut habebat di-mittere eis p die festu vnu Ex-clamauit aute simul vniuersa turba dicens Tolle huc et dimit-te nobis barabam: q erat pter se ditione quanda facta in ciuitate et homicidiu missus in carcerem Iteru at pylatus locutus e ad illos volens dimittere iesu At illi suc-clamabant dicentes. Crucifige crucifige eu Ille at tertio dixit ad illos Quid eni mali fecit iste? Nulla causa mortis inuenio in eo Corripia ergo illu et dimitta At illi instabant vocibus magnis: po-stulantes vt crucifigeret Et inua lescebant voces eor Et pylatus adiudicauit fieri petitione eor

Dimisit aut illis eu q pter ho micidiu et seditione missus fue rat in carcere que petebant: iesu vero tradidit volutati eor. Et cu ducerent eu apphenderunt sy-mone queda cirenente venien-te de villa: et iposuerunt illi cruce portare post iesu Seqbatur aut illu multa turba ppli et mulier q plangebant et lamentabantur eu. Couersus aut ad illas iesus: dixit Filie hierusale nolite flere sup me: sz sup vosmetipsas flete et sup filios vestros Qm ecce ve nient dies in qbus dicent Beate ste riles et ventres q no genuerunt: et vbera q no lactauerunt Tunc inci pient dicere montibus cadite super nos: et collibus operite nos Qz si in viridi ligno hoc faciunt: in arido qd fiet? Ducebant aut et alii duo nequam cu eo vt interficerentur Et postq venerunt in locu q vocatur caluarie ibi crucifixerunt eu Et latrones vnu a dextris: et aliu a sinistris Iesus aut dicebat Pater dimitte illis: no eni sciunt qd fa ciunt Diuidentes vero vestimen-ta eius miserunt sortes Et stabat po pulus expectans: et deridebant illu principes cu eis dicentes Alios sal uos fecit seipm saluu faciat: si hic e xps dei electus Illudebant aut ei et milites accedentes: et ace tu offerentes dicentes illi Si tu es rex iudeor: saluu te fac Erat at

et sup scriptio scripta super eũ litteris grecis et latinis et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus aũt de his q̃ pendebãt latronibus blasphemabat eũ dicẽs. Si tu es xp̃s saluũ fac temetipsũ et nos. Rñdẽs ãt alter increpabat eũ dicẽs. Neq₃ tu times deũ q̃ i eadẽ dãnatione es. Et nos q̃dẽ iuste. Nã digna factis recipimus. Hic vero nichil mali gessit. Et dicebat ad iesũ. Dñe memento mei: dũ veneris i regnũ tuũ. Et dixit illi iesus. Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris i paradiso. Erat aũt fere hora sexta. Et tenebre facte sunt in vniuersã terrã vsq₃ ad horã nonã. Et obscuratus ẽ sol. et velũ tẽpli scissũ ẽ mediũ. Et clamãs iesus voce magna ait. Pater i manus tuas cõmẽdo spm̃ meũ. Et hec dicens expirauit. Uidẽs aũt cẽturio qd̃ factũ fuerat glorificauit eũ dicẽs. Uere hic hõ iustus erat. Et oĩs turba eorum q̃ simul aderant ad spectaculũ istud et videbant q̃ fiebãt percutiẽtes pectora sua reuertebãtur. Stabãt aũt oĩs noti eius a longe: et mulieres q̃ secute fuerãt a galilea hec viderẽs. Et ecce vir noĩe ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus. Hic nõ cõsenserat cõsilio et actibus eorũ ab arimathia ciuitate iudee: q̃ expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pylatũ et petiit corpus iesu. Et depositũ inuoluit in syndone: et posuit eũ i monumẽto exciso in quo nõdũ quisq̃ positus erat.

¶ Expositio litteralis.

Appropinquabat) Postq̃ euãgelista descripsit xp̃i predicationem hic cõsequẽter describit ipsius passionẽ p quã solutũ est preciũ nr̃e redẽptionis. Et diuiditur in duas ptes. Primo describitur maligna xp̃i cõprehẽsio p exploratione iudeorum. Scd'o eius cõdẽnatio iniusta p executionẽ gẽtiliũ. c. sequenti. Prima diuiditur in quattuor partes. Primo describit xp̃i vẽditio facta non ex eius ignorãtia: s₃ magis ex presciẽtia et volũtate. Scd'o ipsius venditi traditio nõ ex eius displicẽtia: s₃ charitate. tercio traditi cõprehẽsio: nõ ex xp̃i ipotẽtia: sed ex sua mitigate. quarto cõprehẽsi illusio: non ex sua sinisticia s₃ hũilitate. Scd'a ibi. Uenit autẽ dies azimorũ. tercia ibi. cõprehẽdẽtes aũt eũ. quarta ibi. Et viri q̃ tenebant eũ illudebãt ei. Circa primũ dr̃. Appropinquabat aũt dies festus). i. solennitas paschalis q̃ celebratur primo mẽse. xv. die mensis: vt hr̃. Leuitici xxiii. Incipiebãt tñ a vespere pcedẽtis diei (Azimorũ) q₃ fermẽtũ et fermẽtatũ nõ debebãt apparere i domibus iudeorum septẽ diebus huius solẽnitatis vt hr̃. Exo. xii (q̃ dr̃ pascha) i. transitus: q₃ tũc transiuit angelus dñi per egyptũ interficiens primogenita egyptiorum: et hebreos saluans (et querebãt principes sacerdotũ. etc. moti inuidia cõtra xp̃m (quo eũ interficerent) s₃ eũ hoc s[?]me deliberarẽt: tñ erat eis difficile ppter fauorem ppli ad xp̃m. ideo subdit. Timebãt vero plebẽ ne cõtra eos insurgeret: s₃ in xp̃m manus mitterẽt (Intrauit aũt sathanas in iudã). i. aĩam iude: non p illapsũ: q₃ hoc est deo ppriũ s₃ p effectũ vẽditionẽ xp̃i ei suggerẽdo) et abiit et locutus est cũ principibus sacerdotũ. etc.) motiuũ aũt iude hic tacet sed exprimitur. Mat. xxvi. et Jo. xii. s. vt recuperaret valorẽ vnguẽti pciosi effusi sup xp̃m a maria sorore lazari (et quesiti sũt) q₃ ille modus capiendi xp̃m p suũ discipulum videbat magis possibilis et secretus (Uenit ãt dies azimorum) Hic cõsequẽter describit ipsius xp̃i vẽditi traditio et primo traditio pnũciat. scd'o executioni dat ibi. Et egressus ibat. Pronũciatio dicte traditionis facta est a xp̃o cũ cenaret cũ discipulis et ideo primo describitur paschale cõuiuiũ. Scd'o in-

stituitur eucharistie sacrm ibi. accepto pane. tercio ponitur dicte traditiōis pnūciatio ibi verūtn. quarto discipulorum informatio. ibi fa cta est cōtētio. Circa prīmū dr (Venit autē dies azimorum) Ista erat .xiiii. dies mēsis primi in cuius vespere debebāt comedere agnū pa schalē cū azimis panib⁹ (in qua necesse erat occidi pascha) et accipitur hic pascha non pro die solēni sicut supra: sed pro agno paschali q̄ in illo vespere debebat occidi (Ecce intro eūtibus vobis in ciuitate) .i. hierusalem (oc curret vobis homo .etc.) In hoc dedit eis signum directiuū in preparatione conuiuii paschalis (et dicetis patrifamilias dom⁹ .etc. Hic aūt creditur fuisse xpi discipulus: et ideo puidit de loco et de agno et aliis necessariis ad celebrationē agni paschalis: vt dictū fuit ple nius mar. xiiii. Desiderio desideraui .i. valde desiderauí (hoc pascha mādúcare) qz tūc fini uit vet⁹ testamētū et inchoauit nouū quod erat sibi in desideriū (Dico eīm vobis: qz ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei .etc.) qz post illā cenā nō comedit nec bibit: nisi post resurrectionē suā in qua impletum est regnum dei: qz tunc aperta est ianua: et xps resurrexit ad vitam immortalē et xpus cum multis comedit et bibit ad pro bandum sue resurrectionis veritatem: vt ha betur infra .xxiiii c. nō bibā de generatiōe vi tis) generationem vitis vocat vinum: quia exprimitur de fructu vitis (Et accepto pane Hic pñr instituitur eucharistie sacramentum post legale conuiuiū: cum dr (Et accepto pa ne gratias egit) per hoc ostēdit q in cōsecratio ne hui⁹ sacramēti prerequiritur deuotio et ora tio (et fregit et dedit eis dicēs. Hoc est corpus meū .etc.) non est sic intelligendū q prius frā geret et daret discipulis: postea diceret verba consecrationis: sed magis econuerso: qz xps de dit apostolis suis corpus suū cōsecratum: et iō prius dixit verba cōsecratiōis q̄ sunt. Hoc est corpus meum: qz verba consecrationis ef ficiunt quod figurant. postea fregit et dixit. (Hoc facite in meam cōmemorationē) quia eucharistie cōsecratio ē quedam dñice passionis rememoratio: et propter hoc cōsecratur corpus separatim a sanguine: qz in passiōe sanguis fuit separatus a corpore: et ideo subditur (Si militer et calicē .etc.) Cetera aūt q̄ ad illud sa cramētū pertinēt tractanda sūt in quarto sē tenciarum (Verūtn̄) Hic pñr xps pnunciat tra ditionem suam dicens (Ecce manus tradē tis me mecū est i mensa) Ex quo pz maxima ingratitudo et pditio iude qui ingerebat se

comestioni cū xpo quē nō latebat sua pditio (Et quidē filius hois) qz licz sit de⁹ et hō: nō tn̄ tradebatur et patiebatur scdm diuinitatē in qua impassibilis est: sed tn̄ scdm humanita tē: scdm qd diffinitum est in prouidētia dei p salute mundi (Verūtn̄ ve hoi illi p quē tra detur .etc.) qz licz iudas post fac. si penituerit hoc tn̄ fuit inutiliter: qz per desperationem se su spendit. vt hr mat. xxvii. ca. (Et ipi ceperunt querere inter se) .i. apostoli (qs esset ex eis q̄ hoc facturus esset) tn̄ nescierūt: qz hoc xps nō re uelauit manifeste sz tn̄ iohāni secrete. vt hr ioh. xiii. (Facta est cōtentio) Hic aūt ponit in formatio discipulorum. et prio ostēditur qual sit apt⁹ ad officiū plationis. Scdo qd foret eis licitū tpe persecutionis ibi. Et dixit eis Ad huc primo ponitur informatio discipulorum in generali. Scdo ipi⁹ petri in speciali ibi. Ait aūt dñs symoni. Adhuc primo informat disci pulos de plationis aptitudine. Scdo de pre mii magnitudine: ibi. Vos aūt Circa primū sciendū q cū apli audierunt xpm predicantē traditionē suam ad mortem crediderunt si militer hoc esse futurum: et iō ceperunt quere re inter se qs inter apostolis esset conuenien tior ad tenendū xpi locum. et hoc est quod dr (Facta est autem inter eos contentio) .i. dis putatio (qs eorum videretur esse maior) .i. aptior ad presidendū aliis loco xpi: et iō xps de hoc eos docuit. videlicet q ille esset ad hoc aptior q̄ esset vere humilior: per contrarium ad terrē nā dñationē et ad hoc inducit exemplum su ū dicens (Quis maior est q̄ recūbit an q̄ ministrat nōne q̄ recūbit?) q.d. sic scdm iudiciū hūanū et infert (Ego autē in medio vestrum sum si cut qui ministrat) hoc iam ostenderat in lo tione pedū suorū discipulorum: et ex hoc in tēdit cōcludere q ille est aptus ad succedēdū sibi in regimine ecclesie q̄ est fundatus in ve ra humilitate (Vos aūt) Postq̄ ostēdit apti tudinē prelati: hic consequenter ostēdit ma gnitudinē pmii dicēs (Vos aūt q̄ pmāsistis mecū) iā eī iudas exierat de societate eorum accepto pane intincto: vt habetur Iohā. xiii. (In tentationibus meis) quia imminebat agonia sue passionis (Et ego dispono vobis regnum) quod intelligitur dupliciter. Uno modo de regno militantis ecclesie: cuius re gimen xps tradidit apostolis. Aliomodo de regno triumphantis ecclesie ad quod erant apostoli assumendi post laborem vite presen tis (vt edatis et bibatis). Hoc dupliciter in telligitur. Unomodo de sacramento eucha ristie cuius consecrationem. acceptionem: et

dispẽsationẽ xp̄s tradidit ap̄lis. Alio mõ de fruitione glĩe ad quã ap̄li erant predestinati (et sedeatis super thronos) q̄z ĩ iudicio extremo erũt assessores xp̄i iudicãtis (Ait aũt) Posita informatione discipulorum ĩ gñali. hic ponit̃ iformatio Petri ĩ spāli de fragilitate hũana ↄsiderãda et de cõstãtia ex diẽ adiutorio habenda cũ deo. (Symon ecce sathanas expetiuit vos) i. studiose q̄siuit p tẽtatiões subuertere: q̄z multũ nitit̃ ad subuertionem sctõrum illos ei pulsare negligit quos quasi iure quieto possidere se sentit: vt dicit grego (vt cribraret). i. tẽtationũ impulsum ↄcuteret. et sicut ĩ tali ↄcussione remanet palea trãsit farina: sic iudas remãsit diabolo ad penã eternã. Alii v̄o ap̄li trãsiert ad gloriã. (Ego aũt rogaui p te: vt non deficiat fides tua). i. finaliter. non ei rogauit q̄ petrus non caderet sed vt in casu non remaneret. iõ seq̄tur. (Et tu aliqñ ↄuersus). i. de petõ ad gr̃am (cõfirma fr̄es tuos) hoc dr̃ ei: q̄z ecclia erat sibi ↄmittẽda. vt h̃r ioh. vlt. ca. vbi ter dr̃ ei a xp̄o Pasche agnos meos. Et hoc etiã ptz p fidez deficere non vsq̄ ad finẽ mũdi potissime in ecclesia romana q̄ a petro post xp̄m fundata est (Dñe tecũ paratus sũ et ĩ carcerẽ et in mortẽ ire) hoc dicit ex feruore et confidens de sua constantia et virtute. Ideo ↄtr̃ p̄dicitur sibi sua fragilitas (non cãtabit hodie gallus donec ter abneges nosse me post binam aũt negationẽ petri gallus cantauit: sed petrus nõ aduertit: sed post terciam cuz iterum gallus cantauit pront fuit expositũ plenius Mar. xiiii. (Et dicit eis) Hic ↄtr̃ ostendit quid foret apostolis licitum tempore persecutionis: quia cum primo xp̄s misit eos ad p̄dicãdũ dedit eis formã incedendi. vt sine pecunia et prouisione alia necessariorum incederent: vt dictum fuit supra. x. c. Et ideo forte crederẽt q̄ tempore persecutionis que imminebat non liceret eis talia portare quod remouet dicẽs (Sed nunc qui habet saccum) ad portandũ pecuniã p prouisione necessariorũ (Tollat) i. portet (similiter et perã) i. repositoriũ victu alium et quia non solum erat ab eis licitum talia portare. sz etiã seipsos a psecutorib⁹ moderate defẽdere saltẽ p tunc. iõ subdit (Et q̄ nõ hz). i. gladiũ (vẽdat tunicã suã et emat) p hoc innuens q̄ licita esset eis defẽsio moderata tp̄e persecutionis. iõ subdit (Dico enĩ vobis qm̄ adhuc hoc quod scriptũ est opz ĩpleri in me). i. mortẽ acerbissimã et cõtemptibilissimã per iudeorum psecutionem (et cũ iniq̄s deputatus est) hoc scribitur Isa. liii. ca. Et eni ea q̄ sũt de me scripta) s. p. p ↄphetas (finem hñt) i. sunt ppe cõplementum (Dñe ecce duo gladii hic) non curauerũt ap̄li loqui de sacculis vel peris: sed tm̄ de gladiis: q̄z erãt dispositi ad defẽsionẽ sui magistri lz postea fugerẽt timore hũano pculsi. Dicit autem chrys. q̄ illi duo gladii erãt duo magni cultelli ad scindẽdũ carnes agni (Satis est) q̄z vn⁹ euanginãdus sufficienter ostẽdit licẽtiã se defẽdendi et audaciã petri ad defẽdẽdũ suũ magistrũ et voluntariã passionẽ xp̄i: q̄ cũ haberet q̄ p eo pugnaret: ipse tñ hoc p̄hibuit alius nõ euanginatus ostẽdit ap̄los nõ fuisse pmissos facere q̄tũ poterãt ad defensionẽ sui magistri: vt p hoc ostẽderet q̄ pfectior ẽ patiẽtia q̄ defensio etiã licita (Et egressus ibat) hic ponitur traditionis xp̄i executio. Et primo ex parte xp̄i se voluntarie offerentis. Scd̄o ex parte iude eũ pditorie tradentis. ibi. Adhuc eo loquẽte. Circa primũ dr̃ (Et egress⁹) de loco cene p̄dicte (ibat scd̄m cõsuetudinẽ) q̄z assuetus erat illuc exire de nocte cã orõnis (in mõtẽ oliuarũ) vbi sciebat traditorẽ venturuz (orate ne intretis in tẽtationẽ) orõ eñi scd̄m damascenũ est eleuatio mẽtis in deum. Quãto aũt mẽs eleuatur in deũ tanto facilius tentatio ab eo separatur (Et ideo auulsus est ab eis) quia ab eis q̄z orõ dz esse solitaria (Et positis genibus orabãt) q̄z dẽ esse reuerens et deuota. (Pater si vis transfer. etc.) q̄z debet esse discreta submittẽdo propriã voluntatẽ voluntati diuine (Apparuit aũt illi angel⁹ (visione corporali in specie hũana (confortans eũ) p modũ seruientis: quod factum fuit ad confirmãdũ fidẽ discipulorũ q̄ xp̄s sit maior angelis ratione deitatis. Per hoc etiã ostẽdebatur q̄ in eo vera humanitas erat q̄ confortabatur contra tristiciãinsurgentẽ in parte sensitiua ex apprehensione mortis imminentis (Et factus in agonia) erat enim illa agonia reluctatio sensualitatis mortẽ horrentis et rationis ipsam acceptantis: quia virtute diuina quelibet pars pmittebat agere et pati quod erat sibi propriũ (prolixus orabat) ostẽdens q̄ in maiori necessitate magis dz homo orationi insistere (Et factus est sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis) ex vehementi eñi anxietate sensualitatis que pmittebatur agere et pati q̄d erat sibi propriũ vt dictum est: fiebat vt nõ solum humores exirẽt per sudorem. sz eũ hoc aliq̄d de sanguine sudorẽ tingente: scd̄m v̄o alios supernaturaliter factum est vt sãguis pro sudore exiret: vt sic xp̄s iaz suũ sanguinẽ pro salute nostra effundere inciperet (Iuenit

eos dormientes pre tristicia(tristicia ei ē pas
sio causata ex malo p̄nti qđ nō pōt repelli:⁊
sic causat aggrauationē al quasi de p̄lli pōde
re mali p̄ntis:qđ nō pōt amoueri:⁊sic p̄ gn̄s
impedit vlteri⁹ motū spirituū a corde ad or
gana sēsuū exteriorꝫ:sꝫ qꝛ hmōi sp̄ūs causāt
opera vigilie:inde est ꝙ tristicia impediēs ta
le motū spirituū causat aggrauationē sēsuū
⁊ cessationē ab actib⁹ proprijs: sicut fit in sō
no ꝓprie dicto q̄ causatur ex vaporatione hu
morꝫ ex cibis ⁊ potibus ascendēte versus ce
rebrū:q̄ humores ibidē ingrossati ex frigidi
tate cerebri descēdūt vers⁹ organa sensuum
opilātes meatus p̄ quos sp̄ūs ꝓgrediētes a
corde debent ad organa sensuū trāsire: et sic
cessant sensus ab actibus vigilie.(Adhuc eo
loquēte)Hic gn̄ter ponit executio traditōis
ex pte iude tradentis:cū dꝛ(Judas vnus de
duodecīꝫ antecedebat eos)tanꝗ̄ ductor illo
rū q̄ volebāt ꝯphendere iesū(⁊ appropinqua
uit iesu vt oscularetur eū)dederat eñ iudas
cōprehensoribus istud signū: ne p̄ iesu cape
rēt iacobū fratrē dn̄i q̄ fuit ei valde similis:
vt dictū fuit mat.xxvi(Juda osculo filiū ho
minis tradis).i.i signo caritatis ꝓditionem
homicidii facis ex quo factū iude aggrauaba
tur valde(Uidētes aūt hi q̄ circa ip̄m erāt)
i.xp̄i discipuli qđ futurū erat)s.captionē ma
gistri sui vt duceretur ad mortē.(Dixerunt
ei. Dn̄e si ꝑcutim⁹ in gladio:⁊ ꝑcussit vnus
⁊c) Aliis discip̄lis licētiā petētib⁹ ꝑcutiendi
ad mḡri sui defēsionē Petr⁹ q̄ erat audacior
ceteris ⁊ feruētior nō petiuit licētiā nec expe
ctauit r̄nsionē:sꝫ amputauit vni⁹ auriculā
intendēs eū interficere vl' grauiter vulnera
re(Sinite vsq̄ huc)q.d. nō moueat vos qđ
est futurū:qꝛ ꝑmittēdi sūt vt me ꝯp̄hēdāt
vt impleātur ea q̄ de me scripta sunt(Et cū
tetigisset auriculā ei⁹ sanauit eū)in quo ap
paret maria xp̄i caritas sanando illū q̄ vene
rat ad ꝯp̄hēdēdū ip̄m)Dixit aūt iesus ad
eos q̄ venerant ad se principes sacerdotum
⁊c.)Cōtrariū videt mat.xxvi. vbi dici vide
tur ꝙ p̄ncipes sacerdotū nō fuerūt in captio
ne iesu: sꝫ ductus fuit ad eos p̄ cōprehēsores
ad locū vbi cōuenerāt. ad qđ r̄ndetur dupl'r
Uno mō ꝙ lꝫ nō ꝯuenerit ad cōprehendēdū
iesū i ꝓprijs ꝑsonis:venerūt tñ in virtute in
ministris ab eis missis. Alio modo ꝙ aliq̄ de
principib⁹ sacerdotū venerūt cū ministris ad
ꝯp̄hēdēdū iesū vt diligēti⁹ fieret negociū
plures tñ expectabāt in domo:vt dicit mat.
Quasi ad latronē existis cū gladiis ⁊ fustib⁹
cū quotidie vobiscū fuerim in templo) q.d.
tunc non cepistis me:qꝛ nolebā:nec mō cape
retis nisi p̄ mitterē.iō sequitur(Sꝫ hec est ho
ra)vobis cōcessa ad me cōprehendēdū(⁊ po
testas tenebrarꝫ)qꝛ diabolus tenebrarꝫ prin
ceps eos ad hoc incitabat.(Cōprehendentes
aūt)Hic gn̄r ponitur xp̄i traditi cōprehēsio.
⁊ subditur petri negatio:cū dī(Petr vero)
de negatione eñ petri varie loquūtur euan
geliste:q̄ varietas exposita fuit ⁊ concordata
mat.xxvi.)Hic gn̄r describitur xp̄i cōprehēsi
illusio cū dī(Prophetiza nobis xp̄e ⁊c.)per
hoc eñi designabant ꝙ esset falsus ꝓpheta:⁊
ignoraret q̄s eū ꝑcuteret.⁊nō solū illudebāt
sed etiā calūniose interrogabāt)si tu es xp̄s
dic nobis)qꝛ si r̄ndisset sic statim imposuissēt
ꝙ voluisset sibi vsurpare dignitatē regiā:cō
tra cesaris ordinationē:q̄ dignitatē regiam
a iudeis abstulerat sicut dī.iii.ca. Si autem
dixisset non:obiecissent contra eū de redar
gutione:qꝛ pluries ʋbis ⁊ factis dixerat se eē
xp̄m Uñ io.x.dicentibus ei iudeis. Si tu es
xp̄s dic nobis palā. R̄ndit eis iesus loquor
vobis:⁊ non creditis:opera que ego facio in
nōie patris mei hec testioniū perhibēt de me
iō sequitur(Si dixero vobis nō credit michi)
sicut ⁊ alias nō credidistis :nec verbis meis
nec factis(Si autē interrogauero non r̄nde
bitis(sicut eū aliis petiuerant de xp̄o quō sit
filius dauid nō r̄nderūt: ⁊ in pluribus aliis
eius q̄stionibus simile inuenit(neqꝫ dimit
tetis)qꝛ obstinationē sciebat eorꝫ(Ex hoc
autem).i. post passionē meā ⁊ resurrectionē
(erit filius hois sedens a dextris ʋtutis dei)
impletū est in ascentione xp̄i.sedꝫ qđ dicitur
Mat.vlt. Et dn̄s q̄dē iesus postꝗ̄ locutus
est eis assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris
dei(Dixerunt autē oēs ⁊c.) Mat.xxvi.dī ꝙ
sūmus sacerdos hoc dixit:dicendū ꝙ ille di
xit primo ⁊ principaliter.⁊ iō Mat.ip̄sū solū
exprimit.Alii aūt gn̄r idem dixerunt volen
tes ex hoc ꝯcludere condēnationem xp̄i fore
iustam(Tu ergo es filius dei)hoc non seque
batur ex dicto precedenti:quia dixerat filius
hois:verūtñ qꝛ hoc erat verꝫ noluit negare
nec etiaꝫ affirmare:ne apiret locum calūnie
sed r̄ndit(Uos dicitis:qꝛ ego sum)qđ verbū
erat verum taliter ꝓlatum ꝙ calumniam
non haberet scđm veritatem:sed tñ scđm iu
deorū maliciam:ex qua conclusierūt(Quid
adhuc desideramus testimonium) quasi dī.
conuictus est proprio verbo vnde subditur
(Ipsi enim audiuimus de ore eius(Et sur
gens oīs multitudo)postꝗ̄ descripta ē xp̄i cō
prehensio per maliciam iudeorum. Hic gn̄s

describit eiꝰ occisio ꝑ executionē gētiliū. vbi primo describit sollicita examinatio. Scd̓o iniqua ꝯdēnatio: ibi. pylatꝰ aūt. Tercio ipsa occisio: ibi. Et cū ducerēt eū. Quarto deuota tumulatio ibi. Et ecce vir noīe ioseph. Circa primū: primo describitur examinatio corā pylato preside. Scd̓o corā herode: ibi pylatus aūt. Circa primū dr̄ (Et surgens oīs multitudo eoꝝ duxerūt illū ad pylatū q̄ erat ibi preses loco romanorū) Ceperūt aūt accusare illū (Et hoc de tribus. Primo de auersione ppl'i a lege moysi seruanda: cū dr̄. Hūc inuenimꝰ subuertentē gentē nostrā. Scd̓o qꝫ ꝑ doctrinā suā impediret reddere cesari tributū. et hoc notat cū dr̄ (ꝛ ꝓhibētē) Tercio qꝫ volebat sibi vsurpare regnū iudeorū. Ideo sequitur (ꝛ dicentē se xp̄m regē esse) Primū autē erat manifeste falsū: qꝛ non venit soluere legem: sꝫ adimplere. vt hr̄. Math. v. c. Et legē moysi vsqꝫ ad mortē seruauit. vt declaratū fuit ibidē. Similiter scd̓m: qꝛ iudeis q̄rentibus: sꝫ nobis cēsum dare cesari an nō. r̄ndit. Reddite q̄ sunt cesaris cesari. vt hr̄ Math. xxii. Silr̄ terciū: qꝛ cū xp̄s sciret turbas venturas: vt eū raperēt ꝛ facerent super se regē fugit: vt hr̄ Jo. vi. Pylatꝰ aūt de primo nō curauit qꝛ gentilis erat. Et iō de lege moysi nō curabat. Scd̓m reputabat falsū qꝛ r̄nsionē xp̄i audierat ꝑ relationē de tributo cesari reddēdo vt p̄dictū est. Sꝫ de tercio indignauit: qꝛ videbatur esse cōtra dn̄m suū. vn̄ ꝛ iudei corā eo dixerūt: nō hēmus regē nisi cesarē. Jo. xix. Et ibidē dr̄. Oīs enī qui se regē facit cōtradicit cesari. Christus aūt se regē esse nō negauit neqꝫ affirmauit. sꝫ medio mō r̄ndit dicēs (Tu dicis) verū tn̄ expressit qꝫ si eēt rex: regnū eius non erat de hoc mūdo. vt hr̄ Jo. xviii. c. Et qꝛ pylatꝰ ꝛ imperator dn̄s suꝰ non curabant nisi de regno terreno: iō pylatus habuit iesum excusatū dicens (nichil inuenio cause) s. criminis vl' mortis (in hoc hoīe) At illi inualescebāt. vt clamoribꝰ obtinerēt qd̓ rōe nō poterāt (Cōmouit ppl'm). q. d. turbauit pacē cōmunē (incipiēs a galilea (volebant enī eum notare qꝫ esset similis iude galileo q̄ tp̄e natiuitatis xp̄i īducebat ppl'm ad rebellandū īperatori romano dicēs eē illicitū iudeis ꝯfiteri aliquē dn̄m terrenū sed solū deū: vt hr̄ Act. v. Ante hos dies extitit iesꝰ galileus q̄ auertit ppl'm in die ꝓfessionis: sꝫ pylatus hoc falsū reputauit eo qꝫ audierat xp̄m dixisse Reddite q̄ sunt cesaris cesari ꝛ q̄ sunt dei deo ꝑ hoc ostēdens qꝫ poterāt esse subiecti nō solū deo: sꝫ etiā tp̄ali dn̄o (pylatꝰ autem) Hic ꝯñr ponitur examinatio xp̄i corā herode (Pylatꝰ aūt audiēs qꝫ iesꝰ eēt de galilea remisit eū ad herodē. Cum vt herodi deferret: tū qꝛ credebat qꝫ libenter liberaret hoiem qui esset de terra sua ꝛ maxime innocentē. Sciēdū etiā qꝫ lꝫ xp̄s fuerit in bethleē natꝰ. vt dictū est. ii. ca. tn̄ dr̄ hic de galilea: qꝛ fuit ibi nutritus ꝛ conuersatus (q̄ ꝛ ip̄e hierosolimis erat his diebus) scꝫ pascalibꝰ ppl'i solēnitatē: qꝛ iudeus erat. Pater ei suꝰ fecit se circūcidi transiens ad ritū iudaismi scd̓m qd̓ dicit iosephus (Herodes autē viso. Jesu gauisus est) nō propter deuotionē sed ꝓpter curiositatē. iō subditur (eo qꝫ audierat multa de eo). i. de miraculis eiꝰ et doctrina (ꝛ sperabat signū aliquod). i. mirabile factū (videre ab eo fieri) sperabat etiā ab eo audire q̄dam curiosa ꝛ īsolita. iō subditur (Interrogabat aūt eū multis sermonibꝰ) Jesus aūt in conspectu eius noluit aliqd̓ signū facere. Tum qꝛ herodes erat indignꝰ cū moueretur ex curiositate: vt dictū est. Tū qꝛ iesꝰ voluit ostēdere qꝫ predicator vbi diuini nō dꝫ corā p̄ncipibꝰ ostētationē suā q̄rere: et eisdem rationibꝰ nō r̄ndit eius interrogationibꝰ (Spreuit aūt illū herodes reputās eū idiotā et fatuū) ꝛ illusit indutū veste alba) sic enī illudebatur sicut fatuus (ꝛ remisit ad pylatum (vt eū honoraret: sicut ꝛ pylatus ei detulerat) ꝛ facti sunt amici) propter mutuā reuerentiā factā: vt dictū est ꝛ ideo sequitur (Nā antea inimici erāt adinuicē) ꝓpter galileos quos pylatus occiderat: miscēs sanguinē eoꝝ cū sacrificiis: vt dictū est supra. xiii (Pylatꝰ aūt) Hic ꝯñr describitur xp̄i ꝯdēnatio iniusta. vbi primo declaratur xp̄i innocētia ex triplici cōfessione iudicis causā examinātis: ꝛ etiam ex allegatione herodis q̄ ip̄m non ꝯdēnauerat Judei aūt ecōtrario cōtra verba iudicis terre clamauerunt: vt obtinerent ꝑ importunitatem clamoris: qd̓ nō poterāt via rationis ꝓpter qd̓ pylatus finaliter declinauit a iusticia cōdēnans ad mortem innocentē iesū: inclinatus ad hoc ex populi fauore quē querebat. ꝛ cesaris timore cuius indignationē formidabat: eo qꝫ dixerant iudei in cōspectu suo. Si hunc dimittis nō es amicus cesaris: vt habetur iohānis. xix. Et ex dictis pꝫ littera paucis exceptis que exponentur (Nam remisit illum ad nos) id est ad nostrum iudicium libri antiqui et correcti sic habent (Nā remisi vos ad illum). s. ad herodem: vt patebit ex dictis et littera sequens consonat: cū dicitur (Et ecce nichil dignum morte actum

est e)scilicet coram herode(Emendatum er
go)id est verberatum(illum dimittam)libe
rum a morte. Sed contra hoc videtur.quia
pylatus sciebat ipm esse innocentem quomo
do igitur volebat ipm iniuste verberare? Di
cendu q volebat facere: vt iudei videntes hanc
flagellationem satiarentur hac pena: et cessarent
a morte iesu querenda(Necesse autem hebat
dimittere eis.&c.)Quia in nocte pasche an-
gelus domini saluauit hebreos: et percussit pri
mogenita egyptiorum: et ideo in memoriam
huius beneficii in solennitate paschali salua-
bat vnum propinquum morti. Et aliquos
condemnatos ad mortem interficiebant ad
representandum saluationem hebreorum et
interfectionem egyptiorum. et istam consue-
tudinem eis obseruari impetrauerunt ab im
peratore romanorum: sicut fuerat obseruata
ta antequam iudea esset romanis subiecta: et hoc
est quod dicitur) Necesse autem habebat &c.
quia tenebatur obseruare illud quod erat
concessum ab imperatore. Pylatus sciens ie
sum innocentem volebat eum liberare per
hanc viam proponens q non expediret eis
dimittere nisi iesum aut barabam: cuius li-
berationem credebat iudeos nullo modo
preeligere propter nimiam ipsius maliciam
sed ipsi nimio odio moti contra xpm preele-
gerunt barabam liberare petentes iesum cru
cifigi eo q erat modus mortis asperior et du
rior(Et cum ducerent eum) Hic consequen
ter ponitur xpi impia occisio: cum dicitur (Et
cum ducerent eum ad crucifigendum appre
henderunt symonem &c.)quia coegerunt eum
ad portandum crucem: vt citius venirent ad
locum crucifixionis quia iesus videbatur ni
mis debilitatus ex afflictione precedenti: et
ideo quamuis iesus primo portasset crucem suam.
tamen illi qui eum ducebant acceperunt eam
et posuerunt supra symonem ratione predi
cta: ille autem inuite portabat. Tum quia i
hoc erat turpe: tum quia forsitan erat disci-
pulus iesu occultus tamen (sequebatur au-
tem illum &c.)quia aliqui sequebantur eum
ad ipsum crucifigendum: aliqui ad deriden
dum eum/et aliqui ad videndum spectacu-
lum: et aliqui ad plangendum/specialiter mu
lieres deuote quibus dixit(Filie hierusalem
&c.)quia non solum alique de galilea secute
fuerat ipsum: sed etiam alique de hierusa-
lem sibi adheserant per deuotionem(nolite
flere.&c.) Non prohibet compassionem: sed
predicit aliam luctus causam in obsidione
hierusalem futuram per titum et vespasia-
num. Ideo subditur(quoniam ecce dies ve
nient.) scilicet.xlii.anno post passionem xpi
in quo fuit dicta obsidio(Beate steriles) quia
agiliores erunt ad fugiendum quam grauide.
(et ventres que non genuerunt)quia mulie
res habentes pueros in obsidione fuerunt
anxiate non solum pro se: sed etiam pro pue
ris suis: et alique pre tanta anxietate proprios
pueros comederunt.secundum q dicit Iose
phus lib.de iudaico bello (Tunc incipient di
cere montibus &c.)quia aliqui pre horrore mi-
serie que tunc fuit in populo iudeorum. dicebant
ad montes cadite super nos(Quia si in viridi
ligno hec faciunt &c.)Christus hic dicitur lignum
viride faciens fructum: et per consequens indignum
abscisione per mortem.populus autem iudaicus hic dicitur
lignum aridum infructiferum: et per consequens dignum
abscisione per mortem et combustionem gehenne: que
est pena extrema maxima. (Pater dimitte
illis quia nesciunt quid faciunt)erant enim ibi aliqui
simplices et illitterati a sacerdotibus iudeorum
decepti: qui persequebantur xpm zelo legis et
pro istis orauit xps Alii autem erant litterati qui
ipm probabiliter esse xpm nouerant seu cogno
excussit. Et iacobus apostolus duos ingētes
drachones emisit in desertū: quos hermoge
nes z philetus concitauerāt contra eum (Et
si mortiferū quid biberint non eis nocebit.)
Hoc ad lr̄am impletū in iohanne euangeli
sta: qui venenū bibit: qḋ ei non nocuit (Su
per egros manus imponent z bene habebūt)
Quia multi infirmi a diuersis langoribus
sunt curati ex impositione manuū apostolo
rum et ex tactu vestimētor̄ immo quod etiā
plus est ex vmbra petri apostoli sanabantur
infirmi: vt hr̄ Actu. ii. z v. Item per manus
apostolor̄ fiebant signa z prodigia magna
in populo z non solū infirmos curabant: sz
per impositionē manuum ipsorum dabatur
spiritus sanct᷒. vn̄ habetur Actuū. viii. Tūc
imponebant manus super illos: et accipie
bant spiritū sanctū (Et dominus quidē iesꝰ
postq̄ locutus est eis) .i. hec omnia verba ia
pdicta z plura alia que habent᷒ Actuum. i.
(assumptus est in celuz) L. y. virtute propria
et cum gratulatione totius familie celestis
vnde. Luce. xxiiii. Et eleuatis manibus fere
batur in celum z benedixit eis id est aposto
et aliis fidelibus. Ex hoc loco in consuetudi
nem ducit ecclesia: vt sicut dn̄s iesus postq̄
omnibus per actis ascendere voluit in celuz
benedixit fidelibus suis. q̄ sic episcopi et sa
cerdotes presbiteri peracto diuino officio volen
tes iam ab altari recedere: dant super popu
lum benedictionē signantes eos signo san
cte crucis: z imp̄cantes eis bona in noīe scē
trinitatis (et sedet a dextris dei) .i. conregnās
patri in omni qualitate scḋz deitatem. (Illi
autē) L. y. ra. i. apostoli z xpi discipuli (pfecti)
scz ad mandatum domini nr̄i iesu xpi (pdica
uerunt vbiq̄) vnde in psal. xviii. ca. In oēm
terraz exiuit sonus eorum. zc (domino coope
rante) dirigendo et confirmando (et sermo
nem confirmante: sequentibus signis) Hu
go super marcum. Opera miraculor̄ in ex
ordio ecclesie necessaria fuerunt vt fides mi
raculis nutriretur. modo non sunt necessa
ria: quia fides ecclesie confirmata est. Circa
presens euangelium et super illa verba. Eū
tes in mundum vniuersum predicate euan
geliū omni creature. zc. Notādū q̄ scḋz tho
mā de aquino. Maximū miraculū xpi in ter
ris fuit q̄ per simplices mundū subiecit fidei
q̄ apostoli fuerunt simplices scḋm mundū
et pauperes mechanici scz piscatores. zc. Et
nullus nobilis fuit nisi sanct᷒ bartholome᷒
vnde hic q̄ritur. Quare non elegit xp̄us pru
dentes huius seculi scribas qui fuerunt do
cti in lege: nec diuites nec potentes? Respon
detur propter certitudinem fidei: quia si sa
pientes seculi elegisset et misisset ad predicā
dum fidē xpianā: tunc perfidi et inimici fidei
dixissent q̄ fidem finxissent cum prudētia et
astu tia. Si diuites tunc dixissent q̄ per do
na et munera homines duxissent ad fidē illā
Si autem potentes z nobiles: tunc dixissent
q̄ per potentiā et coactionem homines indu

uissent ad fidem. Sed vt nullum illoꝝ gl'iã allegare possent. igit. ⁊c. Unde hic notandũ ꝙ xp̃s inter oẽs sapientes huius mundi nisi vnũ cõuertit. s. gamalielẽ legiſ doctorem. Et inter omnes diuites solũ zacheũ. Et de oĩb⁹ nobilib⁹ nisi tres Nichodemũ. Centurionẽ ⁊ regulũ. Sed de pauperibus ⁊ simplicibus et ignobilib⁹ multos cõuertit: quia xp̃iani a pauperibus ⁊ simplicib⁹ ortũ habuerũt. vñ apls. Uidete vocationẽ vestram frẽs: qꝛ non multi sapiẽtes scd̃m carnẽ non multi potentes: sed infima mundi elegit deus.

¶ Dñica infra oc. ascen. Euan. scd̃i. Jo. xv.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis Cũ venerit paraclitus quẽ ego mittã vob' a patre spiritũ veritatis / qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebitis: qꝛ ab ĩitio mecuꝫ estis. Hec locutus sũ vobis: vt non scandalizamini Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora vt oĩs q̃ interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo: Et hec facient vobis qꝛ nõ nouerũt patrẽ neq; me. Sꝫ hec locutus sũ vobis vt cũ venerit hora eoꝝ reminiscamini qꝛ ego dixi vobis.

Postilla.

¶ In illo tp̃: Cũ venerit paraclit⁹ Jo. xv. Hystoria. hui⁹ euãg. fctã ẽ ãno xp̃i xxxiii. ix. kal. aprilis luna. xiiii. Feria. v. scꝫ in cena dñi: inditione. vi. Ante iitiũ huius euãgelii scribit sctũs iohãnes ĩ eodẽ capitulo ꝙ xp̃s dixit discipulis suis. Si opera nõ fecissẽ in eis que nemo alius fecit pctm̃ nõ haberẽt nũc aũt viderũt ⁊ oderũt me ⁊ patrẽ meũ: sꝫ vt impleatur sermo q̃ in lege eoꝝ scriptus est Quia odio habuerunt me gratis. Tunc statim sequitur euangelium hodierum. (Cum venerit paraclitus) Postq̃ xp̃s dixerat apl'is de iudeis. Si me persequuntur ⁊ vos persequentur: ne desperent ⁊ nimium turbentur pmisit eis spm̃sctm̃ mittere: quo confortati omnes psecutiões vincerẽt ⁊ tolerarẽt. ergo dicit (Cum autem venerit paraclitus) L. ẏra i. consolator. Bernar. dicit spũs. i. mercenariꝰ cõsolator (quẽ ego mittã vobis a patre) L. y. in hoc ostendit spm̃ sanctum a se pcedere in spum dixit se mittere (spiritũ veritatis) qꝛ docet vos omnem veritatem: sed econtrario spũs malignus docet omne mendaciuꝫ (qui a patre procedit) Tho. ex hoc arguunt greci spm̃ sctm̃ tantum procedere a patre ⁊ non a filio: sed hoc non est veꝝ: qꝛ quidq̃d de patre dicit conuenit filio. ergo xp̃iani tenent credere ꝙ spũssanctus pcedit a patre ⁊ filio (ille testimonium perhibebit de me) Jtã spũssanctus testimonium perhibuit xp̃o ĩ hoc ꝙ apostolos tales fecit ꝙ sciuerunt et audebant predicare euangelium ⁊ fidem xp̃i corã oĩbus et intrepide ꝙ erã homines prius illiterati et simplices de profunditate scripturaꝝ subito plene loquebãtur ⁊ in omnibus linguis fuit maximũ signũ ad confirmandã fidem xp̃i (⁊ vos testimonium perhibebitis). s. predicãdo oĩbus populis (qꝛ ab initio mecuꝫ estis) L. y. Non intelligendũ ꝙ fuerunt cuꝫ eo in principio vite eius sed ab initio predicatiõis sue quãdo incepit docere ⁊ miracula facere (Hec locutus sum vobis) ad confortationem vestram contra futuras tribulationes (vt non scandalizemini: scꝫ cadendo per impatientiã quando euenient vobis (absq; synagogis facient vos) iam enim iudei cõspirauerãt ꝙ si quis confessus esset xp̃m extra synagogaꝫ eiiceretur. et talis eiectio de synagoga reputabatur magna: sicut apud xp̃ianos eiectio de ecclesia p maiorem excommunicationem Ergo ipsa excommunicatio valde timenda est cuilibet christiano: quia separat a deo ⁊ a sanctis et a sacramentis / et a communione fidelium: et ipse excommunicatus est quasi palmes abscisus a vite: vt patet Johannis. decimoquinto. Ego sum vitis vera et vos palmites (Sed venit hora) Scꝫ hora. Hora ista fuit tempus predicationis apostolorum (vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium prestare deo.) Omnis enim iudeus occidens christi predicatores putat se obsequium prestare deo credens ꝙ desereret deum israel quicunq; conuerteretur ad christum: ita fuerunt iudei excecati et ignorantes. Sꝫ illa ignorantia non excusabat eos: quia illa procedat ex odio et inuidia contra christũ et contra doctrinam eius. (Hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neq; me) Hoc dixit eis consolando eos quasi dicat secun-

dum chryso. sufficit in consolationē hoc pati
propter patrē ꝛ propter me. (Sed hec locu-
tus sū vobis: vt cū venerit hora eorum remi
niscamini: qꝛ ego dixi vobis) L. y. ista cū p̄e
dixit xp̄s apostolis: vt prouiderent sibi de pa
tientia: qꝛ minus feriūt iacula preuisa: vt di-
cit grego. ¶ Circa presens euāgeliū vbi di
citur. Uos testimoniū perhibetis. Notandū
ꝙ hugo de prato dicit ꝙ xp̄s habuit testimo-
nium de omni loco ꝛ ab omni creatura. Nā
omnia testificata sunt xp̄m sum auctorē esse
nam de celo habuit testimoniū patris ꝛ spi-
ritussancti. Luce. iii. Descendit spiritussāctꝰ
corporali specie sicut columba in ipsum. Et
vox patris de celo audita ē. Hic est filiꝰ meꝰ
dilectus. Mat. iiii. Item testimoniū angelo
rū: vt patet luce. ii. Euangelizo vobis gau-
dium magnum: qꝛ natus est vobis saluator
Item celi: dū ipso orante aperti sūt super eū
omēs protestati sunt ipsum esse verum deū
Lu. iii. Item de paradiso et de lymbo patrū
habuit testimonium moysi ꝛ helye: vt patet
mat. xvii. Apparuerunt ei moyses ꝛ helyas.
Ita corpora sanctorū surrexerunt: vt patet
math. xxvii. Item demones ei testimonium
reddiderunt: vt pꝫ lu. iiii. Exibant demonia
a multis clamantia ꝛ dicentia: qꝛ tu es xp̄s
filius dei viui. Item de mundo habuit testi
moniū xii. apostoloꝝ. lxxii. discipuloꝝ ꝛ mul
toꝝ aliorum vt patꝫ act. iiii. Uirtute magna
reddebant apostoli testimoniū iesu xp̄i. Itē
habuit testimoniū ab omni creatura nā stel
la noua in sua nouitate testificata est vt pꝫ
Mat. ii. Uidimus stellā eius in oriente. Itē
sol obscuratus est in morte eius ꝛ ꝓtestatus
est eū esse deū. Lu. xxiii. Itē mare dū se soli-
dū prebuit ip̄m confessus est Luc. vi. Itē in-
fernus dū quos tenebat reddidit ipsum au-
ctorē vite esse ꝓtestatus est psalmo. xxiii. Itē
terra dū ip̄o moriente ꝛ resurgente tremuit
Itē panes ꝛ pisces dū ad eiꝰ imperium multi-
plicati sunt ip̄m esse deū demonstrabant: vt
pꝫ Joh. vi. Opera q̄ ego facio ipsa sūt q̄ testi
nium phibent de me Et breuiter oīs creatu
ra preter petōrē qui ipsū negat factis testi-
moniū xp̄o reddit Unde aplꝰ ad Tytum. i.
Cōfitentur se nosse deum factis aūt negant
petōr qsiꝗ ꝑ vno denario negat xp̄m eū in
noīe eius scienter periurat. Sequitur hic in
euangelio p̄nti. absqꝫ sinagogis facient vos
Ubi notādū ꝙ excōmunicatio maior valde
timenda est ꝓpter tria. Primo qꝛ excōmunica
tus separat a deo ꝛ ab oībus xp̄i fidelibus tā
i vita ꝙ i morte sicut palmes a vite: vt patet
iohis. xv. Ego sū vitis vera ꝛ vos palmites
Et sicut palmes abscisa nichil valet āplius
nisi ad ignē: sic excōicatꝰ maiori excōicatiōe
Scdo qꝛ excōicatꝰ p̄uat merito passiōis xp̄i
ꝛ oim sctōꝝ ꝛ etiā oībꝰ missis. oronibꝰ elemo
synis: ꝛ oībꝰ suffragiis ꝛ indulgētiis ꝛ oībꝰ bo-
nis ecclesie: ꝛ oīno ꝛ totaliter remanet nudꝰ ꝛ
miser: ꝛ miserabilis: ꝛ paup ꝛ cecꝰ. Et ꝓpterea
dixit augu. Nichil debet christianꝰ sic formi
dare sicut separari a corpore xp̄i. i. ꝑ excōica
tionē maiorē. Tercio qꝛ excōicatꝰ multos in
ficit: qꝛ oēs q̄ participant ei scienter public
denūciatio vñ dr̄ i decretis. Cōmunicans c
cōicato indebite excōicationē icurrit. xi. q. iii.
p̄cipue ꝛ ca. si episcopꝰ Unā est morbus cōta-
giosus sicut lepra: ꝛ iō ab oībus sicut lepra de-
bet vitari. Nā magna infamia est ꝛ vitupe
riū ab ecclesia expelli vel vitari ab oībus si-
cut leprosus. Unā excōicatus est magis infa-
mis ꝙ iudeꝰ vel cerracenus: qꝛ cū illis hab
plus loqui ꝙ cū excōicato Unā dr̄ decretis p
gano plus lꝫ cōmunicare ꝙ excōmunicato
xi. q. iii. ad mēsā Ex istis dictis pꝫ ꝙ periculos
ē cōicare excōmunicato. sꝫ petīs nr̄is exigen
tibꝰ de excōicatiōe maiori hodie curat mo
eū sꝫ de participatiōe cū excōicatis q̄si nich
curatur. Unā de hoc exēplū legitur ꝙ demo-
niacus iterrogatus a quodam an excōicati
vel peccatū plus placet diabolo. R̄ndet ex
municatio maior qꝛ ꝑ illā plures ificiuntu
ꝛ q̄sqꝫ excōicatꝰ ducentos inficit vno die. s
cut in cōuiuiis in locis: ꝛ sic de aliis.

¶ In vigilia pēthecostes. scd̄m. Jo. xiii. c.

IN illo tp̄e. Dixit iesus di
scipulis Si diligitis me
mādata mea seruate. Ego eg
rogabo patrem: ⁊ alium para
clitum dabit vobis: vt manea
vobiscum in eternum spiritum
veritatis quē mūdus non po
test accipere qꝛ nō videt eū ne
scit eū Uos aūt cognoscetis e
qꝛ apud vos manebit ⁊ in vo
erit Nō relinquam vos orph
nos: veniā ad vos. Adhuc m
dicum: ⁊ mundus iam me no
videt Uos autem videbitis m

q3 ego viuo/ & vos viuetis. In
illo die vos cognoscetis q3 ego
sū i patre meo & vos i me & ego
i vob3 Qui habet mādata mea
& seruat ea: ille est q diligit me.
Qui aūt diligit me diliget a pa
tre meo: & ego diligā eū: & mani
festabo ei meipsū.

Postilla.

¶ In illo tēpore. Dixit iesus di
scipulis suis Si diligitis me &c) In principio
hui⁹ c. xp̄s ꝯsolat discipulos de sua morte cōui
b⁹ sūpti ex pte discipulor3 remanentiū & deīde
cōuib⁹ sūptis ex pte xp̄i dimittētis eor3 ꝯsor
tiū. Prīa ps i duas. prio ꝯsolat discipulos re
manētes pmittēdo eis ascēsū ad prēm p ip3
Et iste ptes ponūt i principio ca. & āte nostrū
p̄ns euangeliū. Scdo consolatur discipulos
promittendo eis spiritussancti donū: ibi, Si
diligitis me. Et ista pars continet in nostro
presenti euangelio. Unde sciendū q xp̄s in
capitulis p̄cedentib⁹ p̄dixerat discipulis suis
iude pditionē & petri negationē: & sui absē
tiā & mortē: que oīa erāt eis turbationis ma
teria: & iō multipliciter cōsolatur eos. Dicit
ergo (Si diligitis me mādata mea seruate)
amor enī & obedientia ad deū est dispositio
ad habendū plenius spm̄ sctm̄: q3 scd3 augu.
caritas meretur augeri vt aucta mereatur &
perfici. Ideo subditur. (Et ego rogabo pa
trē) hoc cōuenit xp̄o inq̄ itū hō & aduocatus
noster est (Et aliū paraclitū dabit vobis) .i.
consolatorē. Dicit aūt aliū ad ostendendu3
distinctionē filii & spiritussancti in persona
vt maneat vobiscū in eternū) q.d. ille conso
lator non auferetur a vobis sicut subtrahit
humanitas mea p mortē: s3 eternaliter erit
vobiscū: hic p grām: et in futuro p gloriam
(spm̄ veritatis) tū quia ē ēntialiter ipa ve
ritas: tū q3 docet veritatē (quē mundus non
p̄t accipere) i. hoīes mundiales affectū in ter
renis ponentes q3 non sunt ad hoc dispositi
Ideo sequitur (q3 non videt eū) .i. dirigit intē
tionem ad ipm̄ nec scit eū) .i. cognoscit. q3 so
la tm̄a sensibilia sunt hoībus mundialibus
no: a. scd3 qd d3 prime ad chor. ii. Animalis
aūt hō nō pcipit ea q sunt spūs dei. &c. (Uos
aūt cognoscetis eū) per specialē reuelationē
et p sensibile signū: q3 spūssanct⁹ sup apłos
in linguis igneis apparuit (Q3 apd vos ma
nebit) q3 non receperūt eū p modū passionis
transeuntis. sed habitus firmiter pmanentis
inq̄ itū fuerūt in grā cōformati (Et in vobis
erit) Hoc dicit ad denotandū familiaritate3
spūssancti erga ipos discipulos (Non relin
quā vos. &c) Hic consolatur eos pmittendo
eis suū reditū: q3 de hoc dono spūssancti qd
ad hoc ignorabant parū erant cōsolati. Di
cit ergo (Non relinquā vos orphanos) or
phanus d3 priuatus patre carnali. Qui eni3
vult a deo in filiū adoptari oportet cum car
nalem affectū ad parētes relinqre inq̄ itū est
ꝯtra deū scdm qd dicit saluator lu. xiiii. Qui
non odit patrē & matrē. &c. Sequitur non pōt
me⁹ eē discipul⁹ Apli aūt talia oīa reliqrant
iō quodāmō orphani erāt respectu parentu3
carnaliū: & sic erant filii dei p adoptionē: p
pter q xp̄s gerebat curā de eis sicut de filiis
ppter quod subditur (veniā ad vos) nō solū
spūalr ꝯsolādo: sed etiā corporalr visitando
& in fide confirmādo. Nā fecit xp̄s post resur
rectionē suā apparēs apostolis p quadragin
ta dies & loquēs eis de regno dei ante suam
ascentionē: vt hr̄. act. i. (Adhuc modicū & mū
dus me iā nō videt) q3 modicū iā tēporis erit
vsq ad tēpus sue mortis p quā aspectus sue
hūanitatis subtrahēdus erat apostolis (vos
aūt videbitis me) post resurrectionē eīn nō
fuit vis⁹ oībus sicut ante: sed solū apostolis
& aliis discipulis: vt hr̄. ioh. xxiiii. Et subdit
cā sue resurrectionis cū d3 (Quia viuo ego)
q.d. licet moriar ex infirmitate carnis: tamē
resurgā virtute deitatis q semper viuit (Et
vos viuetis) hoc dicit assecurando eos: q3 ti
mebant mori cū xp̄o. Uñ iohan. xi. ca. Tho.
hoc timens dixit. Eamus & moriamur cū ipo
(in illo die vos cognoscetis q3. &c.) Post re
surrectionē eīn habuerunt pleniorē noticiā
de misterio trinitatis q ante: vt patet in plu
ribus locis. (Et vos in me et ego in vobis.)
non per essentie vnitatem sicut pater est in
filio & econuerso: sed per mutuā delectationē
sicut amans est in amato: & econuerso. (Qui
habet mandata. &c) In aure ad audiendū. &
in corde ad medicandum in ore ad docendū
(et seruat ea) adimplendo opere (ille est q di
ligit me) quia probatio dilectionis exhibitio
est operis secundū grego. (diligetur a patre
meo: et ego diligā eum) quia vnus est amor
patris & filii (et manifestabo ei meipsum) sc3
post resurrectionem in humanitate gloriosa
Et sic manifestauit se xp̄s suis discipulis: q3
habebant conditiones predictas Manifestat

se etiam talibus per apertam visionem dei-
tatis in gloria celesti ad quā ipse nos perdu
cere dignetur.

¶ In die sancto pēthecō. S. iohan. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus di
scipl'is suis Si q̇s diligit
me sermonē meū seruabit. Et
pater meus diliget eū: ⁊ ad eum
veniemus: ⁊ māsionē apud eū
faciem⁹ Qui nō diligit me ser-
mones meos nō seruat. Et ser-
monē quē audistis non est me⁹
sed eius q̄ misit me patris. Hec
locutus sū vobis apud vos ma
nens Paraclitus aūt spirit⁹ sā
ct⁹ quē mittet pater in nomine
meo: ille vos docebit omnia et
suggeret vobis omnia q̄cunq̄
dixero vobis. Pacē relinquo vo
bis pacē meā do vobis Nō quo
modo mundus dat ego do vo-
bis. Non turbetur cor vestrū
neq̄ formidet. Audistis q2 ego
dixi vobis vado ⁊ venio ad vos
Si diligeretis me: gauderetis
vtiq̄ q2 vado ad patrē: q2 pater
maior me est Et nūc dixi vobis
priusq̄ fiat vt cum factū fue-
rit credatis. Jam nō multa lo-
quar vobiscū Venit enim prin
ceps mundi huius: ⁊ in me non
habet quicq̄: sed vt cognoscat
mund⁹ q2 diligo patrē Et sicut
mādatum dedit michi pat̄: sic
facio.

Postilla.

¶ In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis (Si quis diligit me sermonē meū
seruabit) Jo. xiiii. Hoc euāgeliū locutus est
dn̄s ad discipulos suos anno eius. xxxiii. ix.
kal. aprilis lu. xiiii. v. feria cene dn̄i inditiōe.
vi. Ante initiū illius euangelii scribit sāctus
iohannes in eodem ca. q̄ xp̄s dixit discipulis
suis. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea il
le est q̄ diligit me q̄ autem diligit me diliget
a patre meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifestabo ei
meipm̄ Tūc sequitur euāgeliū hodiernum
(Si q̄s diligit me) Guil. Hodie recolit eccle
sia illā supabūdantē ⁊ excellētē donationē
spūssctī que facta ē discipulis q̄nquagesima
die a resurrectione qn̄ repleti sūt oēs spūsctō
sed q2 spūssāctus q̄ est amor p̄ris ⁊ filii hodie
mittitur idcirco hodie legē euāgeliū in quo
agit de dilectione quā de⁹ nobis infundit p
spm̄ sctm̄. (Si q̄s diligit me). s. affectu: hoc
ōn̄dit effectu: q2 vz (sermonē meū seruabit: ⁊
p̄r meus diliget eū p qd ōn̄dit se vnū cū p̄re
in essētia (⁊ ad eū veniem⁹) Guil. Ego ⁊ p̄r
⁊ spūssāctus (⁊ mansionē apd eū faciem⁹) in
p̄nti p gratiā ⁊ in futuro p gl'iam (Qui non
diligit me sermonē meū nō seruat (Ly. tales
sūt mūdani hoīes ⁊ puersi) Et sermonē quē
audistis nō est me⁹) sup. tm̄ (sed eius q̄ misit
me patris. Hec locut⁹ sū vobis apd vos ma
nens scz p̄ntia corpali (Paraclitus aūt spūs
sāct⁹ quē mittit p̄r i noīe meo) Tho. ad lau
dē et gl'iam noīs mei (ille vos docebit oīa)
Ly. i. faciet vos intelligere oīa q̄ dico vobis
Apl'i adhuc erāt rudes ⁊ in timore positi ex au
ditu passionis xp̄i: iō ad v̄ba xp̄i nō diligēter
attēdebāt: ⁊ p z̄ñs nō capiebāt ea ad plenū
ppter qd̄ dz gr̄a spūssācti postea supplere istū
defectū (⁊ suggeret vobis oīa q̄cūq̄ dixero vo
bis). i. ad memoriā vobis reducet oblita. q2
apl'i multa de ill' q̄ xp̄s dicebat obliti sūt timo
re passionis cōcussi (Pacē relinquo vobis)
i. iturus ad patrē relinquo vobis pacē pecto
ris in p̄nti (et pacē meam do vobis). i. eterni
tas in futuro (nō quō mūdus dat ego do vo
bis) q. d. non do vobis pacē mūdanam q̄ est
breuis. i. ad Thessa. v. Cū eñ dixerit pax et
securitas tūc repentinus eis superueniet inte-
ritus (Non turbetur cor vestrū) Ly. i. turba
ri debetis de recessu meo. i. de morte mea (ne
q̄ formidet) Lyra. hoc addit eos assecurando
quia timebant mori cū eo (Audistis q2 ego
dixi vobis vado) tho. s. p passionē vt parē vo
bis locū (⁊ venio ad vos post resurrectionē
meam vt vos illuc introducā: vt p3 Jo. xiiii
Si abiero preparauero vobis locū: iterū ve-
nio ⁊ accipiā vos ad meipm̄: vt vbi ego sum
⁊ vos sitis (Si diligeretis me). s. pura ⁊ sin-
cera dilectione ab oī carnali abstracta (gau-

deretis vtiq3 qz vado).s.scdm q̄ hō(ad p̄rez meū).s.ei⁹ gl'iam(qz pater maioz me est)h.p ra nō scdm deitatē in qua fili⁹ eius equalis patri est:sed scdm hūanitatē in qua filius est minoz patre(⁊ nunc)Tho.exūs vobiscū pas sibilis ⁊ moztalis(dixit vobis).s.p passionez vado ad patrē(p̄riusq̄ fiat:vt cū factū fuerit credatis)h.p.s.q̄ nō tm̄ sum hō s3 etiā de⁹:q̄ certitudinaliter p̄dico futura contingentia qd est ꝓ p̄riū ipi⁹ dei scdm qd d3 Isa.xli. Annūciate nobis q̄ futura sunt et dicem⁹ q̄ dii estis(iā nō multa loquar vobiscuz).i. in hoc moztali cozpoze exūs:qz tēpus sue captionis erat ꝓpinquū(Uenit enī princeps mūdi huius)Tho.i.diabolus q̄ principatur amatozibus hui⁹ mūdi:⁊ regit eos q̄ sponte p peccatū se ei subiiciūt.venit enī in ministris meis ad me capiendū ⁊ ducendū ad moztē(⁊ i me nō h3 q̄cq̄).i.nullū peccatū. ⁊ p ꝯñs nullam moztis causaz:qz mozs intrauit mūdū p peccatū.Ad roma.v.ca.(sed vt cognoscat mundus).i.humanū genus(qz diligo patrez) q̄li dicat nō moziar:qz habeā culpā:sed vt ipleaz p̄tis obedientiam:cuius voluntas est vt p̄fiatur redēptio humani generis q̄ non p̄t compleri ex dei ozdinatione :nisi per moztē meā (Et sicut mandatū dedit michi pater sic facio)i.ex obediētia patris libenter subeo moztem.Circa p̄ns euangelium vbi d3.Ad eum veniemus.ꝛc. Notandū q̄ hugo de prato dicit q̄ apostoli fuerūt pleni spū sancto ostēdit quadruplici signo. Primū est in tribulationibus et in infirmitatibus non murmuraue runt.Nā vas plenum nō resonat:qñ tangitur.sed vacuū:sic apostoli in infirmitatibus nō murmurauerūt:vt patet luce.x.Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum immo apostoli non solum non murmurauerūt in persecutionibus et tribulationibus: sed ⁊ gaudebant.vt p3 act.v.Ibant apostoli gaudentes a conspectu consilii : quoniam digni habiti sunt p nomine iesu cōtumeliā pati. Ūn apostolus ad roma.v.c. Sed ⁊ gloziamur in tribulationibus. Secūm est firmiter ꝯsistere Nam res plena stat firma.sic apostoli postq̄ spm̄ sctm̄ receperunt in fide ⁊ bonis operib⁹ firme steterunt. Nā nec reges nec principes mūdi cum tozmentis:nec caro p̄pria cū oblecta mentis nec demones cum tentamentis potuerunt ipsos mouere: vt patet ad romanos.viii. Quis nos separabit a caritate. dei quasi dicat nullus. Terciū est de plenitudine effundere . Nam fons plenus effundit aquam sic apostoli tanq̄ plenus fons et superexcrescens totum mundum gratiis et donis spiritualibus repleuerunt. vt patet hester. x. Fons paruus creuit in fluuium maximum : in aquas plurimas redundauit. Quartum est nichil plus recipere. Nam vas plenuz nichil plus recipit.sic apostoli nichil terrenum et a spiritu sancto alienum receperunt.vnde nec diuitias nec honozes nec delicias cozporis amplius recipere voluerunt: vt patet mathei.xix. dixit petrus apostolus. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Unde etiam apostolus paulus ad philippen. iii. Omnia arbitratus sum vt stercoza: vt chzistum lucrifacerem.ꝛc. Si autē quis vult scire an spiritu sancto plenus sit predicta quattuoz in se consyderet: et sic bonam spem habeat q̄ hodie receperit spiritum sanctum cū apostolis.

¶ Feria secunda post penthe. Euangelium Secundum Johannem.iii.ca.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis Sic deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitā eternam. Non enim misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mundū:sed vt saluet mūdus per ipsum. Qui credit i eū non iudicatur. Qui autem nō credit iā iudicatus est:quia nō credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc autē iudiciū:qz lux venit in mundum et dilexerūt homines magis tenebzas q̄ lucez Erant enim cozū mala opera. Omnis enī qui male agit odit lucē et non venit ad lucē vt nō arguantur opera ei⁹. Qui aūt facit veritatem venit ad lucē: vt manifestētur opera eius:qz in deo sunt facta.

Postilla.

¶ In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mūdū. Johā.iii. Myst.h⁹ euāge. cōpleta est anno xpi.xxxii.ix. kal.apri.feria.vi.inditione.vi.Luce.xv. sed dn̄s hec locutus est āno eius.xxxii.vi. nonas M iii.sab . Lu.xiii.inditione.v.Ante initiū illius euangelii scribit sctūs ioh.in eo cap.q xps dixit discipulis suis. Sicut moyses exaltauit serpētez in deserto: ita exaltari opoztet filiū hois: vt omis q̄ credit in ipsū nō pereat sed habeat vitam eternā. Tūc statim seqtur euāgeliū hodiernū (Sic deus dilexit mūdū i hoiem (vt filiū suū vnigenitū daret) Lyra q̄ est bonū infinituz. Ex quo apparet maxia dei dilectio: vt ptz Romanos.viii. Qui ꝓpo filio suo nō pepercit: sꝫ pro nobis olbus tradidit illū (daret) Tho.nō vt vēderet: sed daret gratis et liberabilit nullis meritis nr̄is exigentibus est incarnatus et crucifixus (vt ois qui credit in eū) Thomas fide ꝑ dilectionē operante ⁊ vsqꝫ in finem ꝑseuerante (nō pereat: sed habeat vitam eternā) Tho.mod̄o in spe: sed tunc in re (Non eni misit deus).s. pater (filiū suum in mundū vt iudicet mundum) Ly.s.in primo aduentu suo tunc enim non venit iudicare: sed magis iudicari pro mundi salute. Ideo sequitur (sꝫ vt saluetur mundus per ipsum) vt patet Johā.iii. Non veni vt iudicē mundum: sed vt saluificē mūdum (qui credit in eum) Lyra tenendo eum per charitatem (non iudicatur).i.non habet causam vnde condēnetur (Qui autē nō credit iam iudicatus est) Ly.i.habet in se causā manifeste sue ꝯdēnationis (qꝛ nō credit i nomine vnigeniti filii dei) qui venit pro salute mundi. Nā ad salutē peruenitur per nomen vnigeniti filii dei (Hoc est aūt iudiciū).i. cā dānationis (qꝛ lux) Ly.i.xpus q̄ est lux vera venit in mundū).s.carnem assumendo: ⁊ in ea apparens salutem humani generis operādo (⁊ dilexerunt hoies magis tenebras) tho. i.delicias carnis ⁊ diuitias mūdi. (q̄ lucē).i. agtā ꝑdicationē xpi arguētē pctā (erāt enim opera eoꝝ mala) tho.q̄ a luce discordātes tenebras querunt: ⁊ iō dicuntur opera tenebraꝝ (Omnis eni q̄ male agit id est malis operibꝫ delectatur (odit lucem que tamen naturalit omnibus est amabilis (⁊ non venit ad lucez vt non arguantur opera eius) Tho.omnis eni qui delectatur in malis operib⁹ subter fugit lucem ꝑdicationis ⁊ veritatis: ⁊ odit eos qui mala sua manifestant et reprehendunt. (qui autem facit veritatem).i. opera conformia volūtati dei (venit ad lucē).i. in palam (vt manifestent opera eius) tho.s. alioꝝ exempli edificationē (quia in deo sunt facta).i.ad gloriam dei. Circa p̄ns euāgeliū: vbi dz. Sic deus dilexit mūdum dicit. Hugo.de prato q maxima charitas dei patris ad hoiem q̄tuz ad quattuor demonstratur. Primo qꝛ filiuz suum hoiem ⁊ naturā humanā tanq̄ in sponsam sibi accepit: vt cātatur hodie celesti sponso iūcta est ecclia. Ecce mirabilis amor q imperator diues potens ⁊ pulcher sapiēs ⁊ eternus: accepit pauperculā: inualidā: insipientē: ⁊ morte condēnatā. ad hebre.ii. Nusq̄ angelos apprehendit: sꝫ semen abrahe. Scd̄o i eo q eūdē filiū post carnē assumpsit fecit.xxxiii. annis seruire hominem erudiēdo ⁊ informādo ⁊ tandem pro ipso redimēndo constituit cū mori. Tercio in eo q homīes sibi in filios adoptauit et fratres xpi eē voluit. Vn̄.i. Jo. iii. Videte qualem dilectionē dedit nobis deus vt filii dei nominemur et simus. Quarto q homines sic redēptos et in filios adoptatos heredes regni sui fecit cum filio suo iesu xpo. ad Ro.viii. Filii dei sumus. Si aūt filii ⁊ heredes: heredes quidem dei: coheredes autem christi.

¶ Feria tercia post penthecostes. Euāgeliū. Secundum Johannem.

IN illo tēpore Dixit iesus phariseis. Amen amē dico vobis: q̄ nō itrat per hostiū in ouile ouiū: sꝫ ascēdit aliūde: ille fur est ⁊ latro Qui aūt intrat per hostiū pastor ē ouiū: hinc hostiari⁹ aperit: ⁊ oues vocē ei⁹ audiūt Et ꝓprias oues vocat nominatī: ⁊ educit eas. Et cū proprias oues emiserit: āte eas vadit Et oues illū sequūt: qꝛ sciūt vocē ei⁹. Alienū aūt nō sequūt sꝫ fugiūt ab eo: qꝛ nō nouerunt vocē alienoꝝ. Hoc puerbiū dixit eis iesus Illi aūt nō cognouerūt: q̄d loqueretur eis. Dixit ergo eis iterꝝ iesus Amen amen

dico vob; q2 ego sũ hostiũ ouiũ Oẽs quotquot venerũt ante me fures sũt et latrones Sz nõ audierũt eos oues Ego sũ hostiũ p me si qs itroierit saluabitur: et igredietur et egredietur: et pascua inueniet. Fur nõ venit nisi vt furetur: et mactet et pdat Ego veni vt vitã habeãt: et abũdãtius habeant.

Postilla.

¶ In illo tp̃e. Dixit ies9 phariseis. Amẽ amen dico vobis q.rc) Joh.x. Hystoria hui9 euãg. fctã est anno xp̃i.xxxii. vi.kal. octo. sab. inditione. v. lũa. xiiii In initiũ istius euãg. scribit sctũs iohẽs in pcedẽti ca. q xp̃s dixit. In modicũ ego in hũc mũduz veni: vt q nõ vidẽt videãt et q vidẽt ceci fiãt. Et audierunt qdã ex phariseis q cũ ipo erãt: et dixerũt ei. Nũqd et nos ceci sum9? Dixit eis ies9 Si ceci essetis: nõ hẽretis pctm. Ly. q2 si non vidissent opera xp̃i hẽrẽt aliquã excusationẽ de hoc q nõ crediderũt. nũc vo dicit: q2 videm9 pctm vr̃m manet. i. aggrauat. Tũc statim sequitur euã. hodi. (Amẽ amẽ dico vobis) Tho. i. i veritate dico vobis (Qui nõ intrat p hostiũ). i. p me humilẽ et pauperem (in ouile ouiũ). i. i ggregationẽ fideliũ: et i ecclesiã dei in qua grex diuinitus ptinetur (sz ascẽdit aliunde) siue p pecuniã: siue p falsã iusticiam: siue p violẽtiã (ille fur est) rapiẽdo qd non est suũ (et latro) retinendo q rapuit. Ly. hoc faciũt mali hoies statũ plationis indebite assequẽtes (Qui aũt intrat p ostiũ). i. p xp̃m (pastor est ouiũ. huic ostiarius apit). i. sps sctũs reuelat veritatẽ vt sciat oues pastore (et oues vocẽ ei9 audiũt) Ly. i. doctrinã recipiũt (et ppas oues vocat noiatim) i. certissime nouit dñs q sunt ei9. et vocat eas nõ solũ voce exterioris pdicationis: sz interne inspirationis (et educit eas) Ly. de tenebris ignorãtie (Et cũ pprias oues emiserit ante eas vadit) p exẽpla bonoꝝ operũ (et oues illũ sequũtur). s. exempla et vestigia sui pastoris (q2 sciũt vocem eius) p inspirationes diuinas alienũ aũt nõ sequũtur. s. q alicui9 a deo vita et doctrina: sicut est hereticus et qlz puersus doctor (sz fugiunt ab eo: q2 nõ nouerũt vocẽ alienoꝝ) i. nõ approbãt nec sequũtur Gor. Isti alieni sunt pseudo pphete. de qb9 dz Mat. vii. Attendite a falsis pphetis q veniunt ad vos in vestimentis ouiũ. intrinsecus aũt sunt lupi rapaces (Hoc pverbiũ dixit eis iesus. Illi aũt nõ cognouerũt qd loqretur eis.) Thomas. i. nõ intellexerũt qs esset pastor: qs fur: et q oues. (Dixit ergo eis iteꝝ iesus. Amẽ amẽ dico vobis: q2 ego sũ ostiũ ouiũ) p qd intrãt oues ad fidẽ. (Oẽs quotqt venerũt an me) Tho. s. ex se nõ missi vel nõ inspirati a deo (fures sũt) reꝝ et dignitatũ (et latrones) aiaꝝ q2 eas occidũt p falsã doctrinã (Ego sũ ostiũ: p me si qs introierit). s. in ecclesiaz et societatẽ fideliũ (saluabitur) p grãm (et ingredietur). s. ad ptẽplationẽ deitatis (et egredietur) s. ad psideratiõnẽ gliose hũanitatis in xp̃o (et pascua inueniet) q2 vtraqz psideratio erit delectabilis et iocunda vt p3 Isa. xxxiii. Regẽ in decore suo videbũt (fur). i. qcũqz p me non igredit (nõ venit nisi vt furet). i. vt sibi vsurpet dñatũ et honorem in plebe) et mactet per falsam doctrinam (et pdat). i. mittat in dãnationẽ eternã (Ego veni vt vitã habeant) Tho. in pñti p grãm (et abũdantius habeant in futuro) p gloriaz Vñ apl's. i. Cor. ii. Oculus nõ vidit / nec auris audiuit / nec in cor hois ascẽdit / q preparauit de9 his q diligũt eũ. Circa pñs euãgeliũ vbi dz. Per me si quis introierit. Notandũ q hugo de prato dicit q xp̃s dei filius pp̃ nostrã salutẽ quattuor itinera pegit. Primũ fuit de celo in terram veniẽdo qñ carnẽ assũpsit de gloriosa virgine maria Joh. vi. Exiui a patre et veni in mundũ. Et hoc iter fuit penosuz q2 penalitates humane nature assumpsit: vt p3. Isa. liii. Vere langores nostros ipse tulit: et dolores nr̃os ipe portauit. q2 hic in mundo triginta tribus ãnis vixit et nunq risit. Scdm iter fuit de mũdo ad inferos descendẽdo qñ sedẽtes in tenebris visitauit: et hoc fuit iter victoriosũ: q2 portas inferni pfregit. Terciũ fuit de inferno ad mũduz redeũdo qñ pfractis iferis cuz magna pda a mortuis resurrexit. Quartũ fuit d mũdo ad celũ ascẽdẽdo: qñ in die ascẽsiõis videntibus aplis eleuat9 est: et nubes suscepit eũ ab oculis coꝝ. et hoc iter fuit valde gaudiosũ. vñ ps Ascẽdit de9 in iubilatione: et dñs i voce tube.

¶ Feria iiii. post penthe. Euãg. S. ioh. vi.

In illo tp̃e Dixit iesus turbis iudeoruz. Nemo põt venire ad me nisi pr̃ q misit me traxerit eũ Et ego resuscitabo

eū ĩ nouissimo die Et scriptū in prophetis. Et erūt oēs docibiles dei. Oīs q̄ audiuit a prē & didicit venit ad me. Nō qȝ patrē vidit q̄sq̄ nisi is q̄ ē a deo hic videt patrē Amē amē dico vobis q̄ credit in me habet vitā eternā. Ego sū panis vite Pr̄es vr̄i māducauerūt mānā in deserto: et mortui sūt Hic est panis de celo descēdēs Ut si q̄s ex ipso māducauerit: nō morietᷣ Ego sū panis viuꝰ: q̄ de celo descēdi Si q̄s māducauerit ex hoc pane. viuet ĩ eternū Et panis quē ego dabo caro mea ē pro mūdi vita.

Postilla.

¶ In illo tp̄e. Dixit iesꝰ turbis iudeorū Nēō pōt venire ad me Joh.vi. Hystoria hꝰ euāg.lectā ē āno xp̄i.xxxii.xviii.kal. maii.feria.iii.luna.xxiiii.Inditione.v. Ante initiū istiꝰ euāgelˀ.scribit sctūs iohēs i eod̄ ca. q̄ iudei murmurauerūt de illo verbo qđ xp̄s dixit. Ego sū panis viuꝰ q̄ de celo descēdi.& dicebāt Nōne hic est iesus filiꝰ ioseph: cuius nos nouimꝰ patrē & matrē. quō ergo dicit hic qȝ de celo descēdi. Rn̄dit ergo iesꝰ & dixit eis Nolite murmurare inuicē (Nemo pōt venire ad me) Tho. ꝓpter fidē credēdo & amādo (nisi pater meꝰ traxerit eū) .i. adiuuet eū ꝑ grāz suā Notādū ē ergo scḋz tho. q̄ p̄r̄ oīs trahit: qȝ oībꝰ offert grāz nō tn̄ oēs trahunt vel veniūt ad xp̄z: qȝ & si oībꝰ offeratur grā: nōtn̄ eā oēs accipiūt (& ego resuscitabo eū in nouissimo die) Ly.qȝ nō est aīa ad plenū btā donec fuerit corpori reunita. (Scriptum est i ꝓphetis Erūt oēs docibiles dei) Tho.i. capaces diuine doctrine. (Oīs q̄ audiuit a p̄r̄e) .i. diuinas īspiratiōes ꝑcipiendo (& didicit) eas sequēdo (venit ad me) ꝑ fidē formatā i p̄n̄ti: & per gloriā i futuro (nō qȝ patrē vidit q̄sq̄ nisi is q̄ est a deo) scȝ filius q̄ naturalr̄ procedit a p̄r̄e (Amē amē dico vobis: q̄ credit ī me hȝ vitā eternā) Tho.i. meipsū q̄ sū vita eter-

na) Ego sum panis vite) qȝ ille est verus panis q̄ pōt ꝓseruari a morte & dare vitā eternā. talis panis est xp̄s (Pr̄es vr̄i māducauerūt māna ī deserto) ꝑ.xl.annos. vt habetur. Exo.xvi. Deut.viii. (& mortui sūt) oēs corporali morte (Hic ē panis d̄ celo descendēs) ꝑ incarnationē quā prefigurabat manna (vt si q̄s ex ipso māducauerit) .i. digne (non morietur) Tho. in p̄n̄ti ꝑ culpā & in futuro ꝑ eternam penā (Ego sū panis viuus) .i. viuificās comedentē (qui de celo descēdi (vt essē panis hoīm q̄ erā panis angelorū (Si quis manducauerit ex hoc pane viuet ineternū) qȝ iste panis in māducantē nō conuertit: sed eū in se cōuertit. scḋm qđ dictū est a beato Aug. Nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue. sed tu mutaberis in me (& panis quem ego dabo caro mea est) ipa eīn caro dn̄i nostri iesu xp̄i & ipse totus christꝰ ibi veraciter continetur scḋm deitatē corpus & animam.

¶ Feria.v.post penthe. scḋm Lucā.ix.ca.

In illo tp̄e Cōuocatis iesꝰ duodecim apostolis: dedit illis virtutē & potestatē sup omnia demonia & vt lāguores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via neqȝ virgam neqȝ perā: neqȝ pecuniā: neqȝ panē: neqȝ duas tunicas habeatis Et in quancunqȝ domum intraueritis: ibi manete: & inde non exeatis. Et quicunqȝ non receperint vos: exeūtes de ciuitate illa etiā puluerē pedū vestrorū excutite in testimonium supra illos Egressi aūt circuibāt ꝑ castella euāgelizātes & curātes vbiqȝ.

Postilla.

¶ In illo tp̄e. Conuocatis iesꝰ duodecī apostolis ⁊c) Descripta predicatiōe christi in precedentibus capitulis per seipsū: hic: scḋo describitur predicatio facta ꝑ missio-

nẽ discipulorũ. Et q2 predicator verbi diui-
ni post descensũ per p̄dicationẽ ad proximũ
debet per orationẽ descẽdere in deũ. sicut et
in scala iacob angeli descendebãt ⁊ ascende-
bãt: vt habetur Gene. xxviii. Ideo saluator
primo mittit discipulos predicare. Scdo do
cet eos orare. Sed hoc nõ est in presenti ca.
sed in ca. ix. Adhuc circa primũ premittitur
missio aplor̄. Scdo subditur missio. lxxii. di-
scipulorũ sed hoc est in ca. x. Circa primam
partẽ que cõtinetur in hoc euangelio datur
auctoritas apostolis predicandi et potestas
miracula faciendi ad confirmationẽ sue do-
ctrine. ⁊ sic mittuntur predicare. ⁊ est huius
partis de se patens sententia ex littera. Et si
quis ampliori modo velut videre hanc ma-
teriã: videat Matheũ super. x. ca.

¶ Feria. vi. post penthe scdm Lucã. v. ca.

In illo tp̄e. Factũ ẽ ĩ vna
die rũ: ⁊ iesus sedebat do
cens. Et erant pharisei seden
tes ⁊ legisdoctores qui venerãt
ex oĩ castello galilee et iudee et
hierusalẽ: ⁊ virtus dñi erat ad
sanãdũ eos Et ecce viri portã
tes ĩ lecto hoĩez q̃ erat para
litic⁹: ⁊ q̃rebãt eũ ĩferre ⁊ pone
re ãte eũ Et nõ ĩuenientes qua
parte illũ ĩferrẽt p̃ turba: ascẽ
derunt supra tectũ ⁊ p tegulas
submiserũt illũ. cũ lecto ĩ medio
ante iesũ. Quorũ fidẽ vt vidit
dixit. Hõ remittũtur tibi pecca
ta tua Et ceperũt cogitare scri
be ⁊ pharisei dicẽtes Quis ẽ hic
q̃ loq̃t blasphemias: Quis põt
dimittere peccata nisi sol⁹ de⁹:
Ut cognouit ãt ies⁹ cogitatiões
eorũ: respondens dixit ad illos.
Quid cogitatis mala in cordi
b⁹ vestris: Quid ẽ facili⁹ dice
re dimittũtur tibi peccata tua
an dicere surge ⁊ ambula: Ut
sciatis ãt q2 fili⁹ hoĩs habet po
testatẽ ĩ terra dimittẽdi pecca
ta: ait paralitico Tibi dico sur
ge: tolle lectũ tuũ ⁊ vade ĩ domũ
tuã Et ɔfestĩ surgẽs corã ill' tu
lit lectũ in quo iacebat et abiit
ĩ domũ suã magnificans deũ.
Et stupor app̄hẽdit oẽs: ⁊ ma
gnificabãt deũ Et repleti sunt
timore dicẽtes: q2 vidim⁹ mira
bilia hodie. Postilla.

¶ In illo tp̄e. Factũ est in vna
dier̄ ⁊ iesus sedebat docẽs ⁊c. Descripta in
capitulo precedẽti predicatiõe xp̄i et ei⁹ cõfir-
matiõe euãgelista lucas describit in princi-
pio huius capituli aliquor̄ aplor̄ cõuersio
nẽ ad ipm. Et diuidit capitulũ in duas ptes
In prima nãq3 describit vocator̄ cõuersio
Et hoc in pria pte hui⁹ capituli: q̃ nõ ponit.
in hoc euãgelio. In scd̄a ponit cõuersor̄ cõ-
firmatio p opa miraculosa. ⁊ de hac sola pte
hic d̄r q̄ postq̄ vocati fuerũt ⁊ cõuersi simon
petr⁹ / iacob⁹ ⁊ iohẽs filii zebedei ppter mł-
titudinẽ piscũ quã receperãt per verbũ xp̄i
secuti sũt xp̄m oĩb⁹ relictis. Et viso deide mi
raculo de leproso mũdato: sequit p̄ns euan-
geliũ in q̃ describit aplor̄. vocator̄ ⁊ cõuer-
sor̄ cõfirmatio p aliud op⁹ miraculosum de
paralitico: quẽ q̃rebãt viri cũ portãtes ifer-
re ⁊ ponere añ iesũ. ⁊ cũ nõ possẽt ppt gẽtiũ
multitudinẽ submiserũt ĩfirmũ cũ lecto suo
in mediũ añ iesũ cũ firma fide: vt q̃ proximuz
videret ab eo misa mot⁹ sanaret eũ Quẽ vi-
dẽs ies⁹ dixit ei. Hõ remittunt tibi pctã tua
Et q2 ex illis verbis xp̄i ceperũt scribe ⁊ pha
risei murmurare: vt pz in lr̄a. Rñdit iesus
ad eor̄ cogitatiões. Et deide ĩfirmũ ab ĩfir-
mitate sua corporali oĩno curauit Ubi notan
dũ q̄ cũ plerũq3 infirmitas corporis pcedat
ex infirmitate anime: id est ab aliquo vicio:
inde est q̄ christ⁹ nunq̄ aliquem curauit cor
poraliter quin illũ prius curauerit spiritua
liter vt patet de isto et de pluribus aliis. Et
est de se patens littera per totum istud euã-
gelium.

¶ Sabbô scdm Lucam. iiii. ca.

In illo tp̄e Surgēs iesus de synagoga: introiuit i domū symonis: socrꝰ āt symonis tenebat magnis febribꝰ. ⁊ rogauerūt illū pro ea Et stās sup illā īperauit febri: ⁊ dimisit illā Et cōtinuo surgēs: ⁊ ministrabat ill'. Cū sol āt occidisset: oēs q̇ habebāt īfirmos varijs languoribꝰ / ducebāt illos ad iesū At ille singulis manꝰ īponens curabat eos Exibāt aūt demonia a multis clamātia ⁊ dicētia qꝛ tu es filiꝰ dei. Et increpās nō sinebat ea loq̇: qꝛ sciebāt ipsum esse christū Facta aūt die. egressus ibat ī desertū locū ⁊ turbe req̇rebāt eū Et venerūt vsq₃ ad ipsū: ⁊ detinebāt eū ne discederet ab eis. Quibꝰ ille ait. Qꝛ ⁊ alijs ciuitatibꝰ oportet me euāgelizare regnū dei: quia ad hoc missꝰ sū Et erat p̄dicās: i sinagogis galilee.

Postilla.

¶ In illo tp̄e. Surgens iesꝰ de synagoga. ⁊c.) In capitulis precedētibus sit mentio de predicatione precursoris i sequentibꝰ vero de p̄dicatiōe saluatoris. Et qꝛ ydoneitas predicatoris in tribus cōsistit. s. in corporis maceratione p ieiuniū p qđ carnis incentiū reprimit. scđm qđ dicit Paulꝰ prime ad Corinth. ix. Castigo corpꝰ meū ⁊ in seruitutē redigo. ⁊c. Secūdo infernore orationis in loco solitudinis vbi diuina sapiētia hauritur: que postea p predicationē effunditur. Vñ paulus anteq̄ mitteretur ad predicandū in oratione fuit illustratus: scđm qđ habetur Actuū. ix. Ecce ei orat. Et postea subditur. Vas electiōis est michi iste. vt portet nomen meū. ⁊c. Ad que sequitur tercium qđ est victoria tētationis. nō eni est idoneꝰ ad predicandum qui sucumbit tentationibus Ideo his tribus completis in xp̄o. vt patet in p̄ncipio huius ca. vsq₃ ad p̄nsēs euāg. quod ponitur in fine ipsius capi. in quo ponunt plura miracula p i p̄m facta post victoriā quā habuit de dyabolo et eius tentationibus. Dixit ergo in presenti euangelio q̄ postq̄ exiuit miraculose de medio illoꝝ q̄ propter inuidiam qꝛ reprehendebat eos publice de vicijs eoꝝ / voluerūt eū precipitare de supercilio mōtis descendit in capharnaū ciuitatē galilee: ibiq̄ docebat eos ⁊ stupebāt in doctrina eius. Et ibi curauit demoniacū quēdā. s. in synagoga (Surgens aūt iesus de synagoga). s. postq̄ docuerat populū ⁊ curauerat demoniacū p̄dictū (introiuit in domū symonis. s. petri vt ibi acciperet refectionē post laborē. Et est de se patens littera vsq₃ ibi (Cū aūt sol occidisset oēs q̄ hēbant infirmos ⁊c) vbi pōt colligi q̄ tanta ⁊ in tam magno numero miracula fecit q̄ euangelista nō potuit illa in speciali declarare seu ascribere. Et est de se patens littera vsq₃ in finem euāgelii. Sꝫ circa curatione febris apud socrum symonis est aduertendū: q̄ lꝫ virtute nature febris possit curari: ⁊ sic de multis alijs infirmitatibꝰ nō tñ in instanti. xp̄s aūt sanauit eā hic subdito: et ita p̄fecte q̄ illa mulier ministrabat eis. Et quo ōndit̄ ista curatio miraculosa ad discipulorum ꝯfirmationē. Circa aūt istud miraculū ⁊ alia posita in littera est notandū q̄ sicut illa quorum cognitio subest naturali facultati intellectus confirmantur esse vera per reductionem ad prima principia. Sic veritas illorum que transcendunt naturalem facultatem intellectus de quibꝰ erat doctrina xp̄i confirmantur per operationem miralulorum que a solo deo possunt fieri. Et ideo cū inducuntur ad confirmationem alicuius doctrine ostenduntuntur esse vera: cum deus testis esse non poterit alicuius falsitatis. Igit ad hoc inducuntur miracula prius dicta.

¶ Dominica prima post pentheco. Euangelium Secundum Lucam. vi. capitulo.

In illo tp̄e Dixit iesus discipulis suis Estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. Nolite cōdemnare: ⁊ non condemnabimini. Dimitte: ⁊ dimittabimini

ni. Date & dabitur vobis. Men
surā bonā & cōfortam & coagi-
tatā & supereffluentem dabunt
in sinum vestrū. Eadē quippe
mensura qua mensi fueritis re
metietur vobis. Dicebat aūt il
lis & similitudinē. Nūquid po-
test cecus cecum ducere? Nōne
ambo in foueā cadunt? Nō est
discipulus super magistrum?
Perfectus aūt omnis erit: si sit
sicut magister eius. Quid autē
vides festucam in oculo fratris
tui: trabem autem que in oculo
tuo est non cōsideras? Aut quo
mō poteris dicere fratri tuo:
frater sine eiciā festucā de ocu
lo tuo: ipse in oculo tuo trabem
nō vides. Hypocrita eiice pri-
mū trabē de oculo tuo: & tūc p-
spicies vt educas festuca de ocu
lo fratris tui.

Postilla:

¶ In illo tēpore. Dixit iesus di
scipulis suis. Estote misericordes sicut ⁊ pat
vester misericors ē. etc. Lu. vi. Mat. vii. Mar
ci. iiii. Hysto. h⁹ euang. dixit dñs iesus anno
ei⁹. xxxii. idus iulii. Feria. v. indictiōe. iiii. lu-
na. vi. Añ initiū isti⁹ euāgelii scribit sanct⁹
lucas q̄ xp̄s dixit. Mutuum datē nichil inde
sperātes: ⁊ erit merces multa. ⁊ eritis filii al
tissimi: q̄z ipse benignus est super ingratos ⁊
malos. Tunc statim sequitur euangel. hodier
nū (Estote misericordes) In hoc euāgelio do
cet nos iesus xp̄s misericordes esse ad paupe
res: ponēs p̄rem celestē in e remplūteuz dicit
(Estote misericordes) Gor. nō dicit estote po
tentes sicut pater ē: vel sapiētes sicut filius
dei est (sed estote misericordes: sicut pater ve
ster misericors est) Ly. deus enī reuelat mi-
serias n̄ras pp̄ter suā bonitatē: sic et homo
debet mouere ad reuelandā miseriam proxi-
mi pp̄ter amorem bonitatis diuini (Nolite
iudicare) scz temerarie de proximo (⁊ nō iudi-
cabimini). La deo (nolite cōdēnare ⁊ nō cōdē
nabimini) quasi dicat ⁊ si forte ex fragilitate
humana contingat vos suspiciose iudicare:
nolite tñ condemnare. i. aliquē dignum condē
natione cōdemnate diffinite: q̄z aliquis est
hodie malus q̄ fortassis cras erit bonus. Exē
plum in paulo: vt patet. Actuum ix. ⁊ i publi
cano: vt patet Luce. xviii. (dimitte) scilicet
iniurias vobis illatas a proximo (⁊ dimitte-
tur vobis) scilicet peccatum vestrū a deo cui
frequenter iniuriati fuistis (date. s. tempora-
lia (⁊ dabitur vobis.) Glosa interlinearis vi
ta eterna. Guil. danti pauperibus non soluz
dantur spiritualia in presenti ⁊ celestia in fu
turo: imo etiam tēporalia et naturalia bona
ei multiplicantur. ergo dicit (mensurā bonā)
quantū ad bona fortune. que aliquādo cōfe
runtur propter opera pietatis (⁊ confertaz)
quantuz ad bona nature: sicut sanitas et hu
iusmodi. que etiā aliquando conferūtur pro
pter opera pietatis (⁊ coagitatam (quātū ad
bona gratie (⁊ supereffluentē dabunt in si-
gnum vestrū) quantū ad bona glorie. Et id
dicit apostol⁹. i. ad. Thimoth. iiii. Pietas ad
omnia valet ad p̄missionē vite que nūc ē ha
bens: et future (Eadem quippe mēsura qua
mensi fueritis: remetietur vobis Ly. q̄z secū
dum q̄ opera pietatis sunt maiora erit ⁊ re-
tributio maior Ista tamen maioritas est at
tendenda semper secunduz magnitudinē in
terioris affectus. vnde ⁊ mathei. xii. vidua q̄
misit duo minuta in gazophilatium secun-
dum testimoniū saluatoris dicit plus misisse
q̄ multi diuites qui magna dona miserant.
vnde. Hiero. Que offeruntur non suo pondere
sed offerentis voluntate pensantur (dicebat
autem ⁊ illis) scilicet discipulis suis ⁊ turbis
(similitudinē. Nunquid potest cecus) id ē ca-
rens sapientia ⁊ sciētia (cecum ducere) id est
ignorantē docere ⁊ dirigere. quasi dicat non
(nōne ambo in foueam cadunt) id est in per
ditionē. Primo enī cadunt in foueam culpe
secundo in foueam gehenne. vñ. Gregorius
in pastorali. Cum pastor per abrupta gradi
tur: consequēs est: vt grex ad p̄cipiciū sequat
Unde etiam. Ecclesi. x. Qualis rector ciui-
tatis: tales ⁊ qui habitant in ea (Nō est disci
pulus super magistrum. Ly. ⁊ ideo nō ē mi-
rum si ipsum sequitur. Unde subditur (perfe
ctus autem omnis erit si sit sicut magister
eius: quia si assimiletur bono magistro: erit
perfectus secundum veritatem (non est disci
pulus super magistrū) Gor. de quo magistro
dicitur. Math. xxiii. Magister vester vnus

est xps. Item iohannis.xiii. Vos vocatis me magister et domine: et bene dicitis. sum etenim. (Perfectus autē omnis erit si sit sicut magister eius) Nam huius magistri .i. xpi imitatio est humana perfectio. Unde Augustinus. Summa perfectio xpiane religionis est imitari quē colis. (quid autem vides festucam) id est peccatum: videlicet minus (in oculo fratris tui) id est in conversatione et conscientia eius (et trabem) id est maius peccatum (qui est in oculo tuo) id est in teipso (non consideras) ut patet ad Roma. ii. Qui alium doces: teipsum non doces (aut quomodo potes dicere fratri tuo frater sine) id est permitte (eiciam festucam) .i. culpam modicam (de oculo tuo. ipse trabem in oculo tuo non vides. hypocrite) Gor. quia si hec facis ex simulatione non ex dilectione iusticie: scz q̄ arguis et ponderas peccata aliena: ut lateāt tua (eiice primo trabem de oculo tuo) Ly. quia hic est ordo charitatis q̄ a seipso incipiat: ut ptz Proverbiorū xviii. Iustus prior est accusator sui. Sed in oppositum multi sunt qui alios corrigunt et seipsos negligunt (et tunc perspicies: ut educas festucam) .i. parvuz defectum (de oculo fratris tui) s. postq̄ emendasti tuos magnos defectus. Circa pns euāg. ubi dz. Estote misericordes notandū est q̄ duo tenemur proximo scz compassionem cordis: et beneficium operis si assit facultas. A primo nullus excusatur: quia omnis homo debet compati proximo afflicto: et in necessitate constituto. A secundo scz beneficio operis excusantur multi. s. quando facultas deest: sed si facultas adest: tūc in necessitate proximo quilibet tenetur subvenire. Unde .i. iohannis. iii. Si q̄s habuerit substantiam huius mundi: et viderit fratrē suū necesse habere: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? quasi dicat nullo mō: ergo signū est q̄ caritas dei nō est in illo homine. Unde ex iam dictis ptz q̄ non dare elemosynam cū non habet non est signum q̄ caritas dei non sit in tali homine sed non compati pauperibus et tribulatis est signum q̄ charitas dei nō est in eo. Unde elemosyna interior. s. compassio cordis est maior elemosyna q̄ datio nutrimēti. Sequitur in evangelio. Nolite iudicare. Unde hic queritur utrum oīa dubia sint in meliorem partē interpretanda? Respondeo secundum Thomā q̄ qui habet malam opinionez de aliquo sine causa legitima iniuriatur eidem: ideo q̄libet in omni causa dubia debet factum vel dictum proximi in melius interpretare Et melius ē q̄ aliq̄s frequenter fallatur habens opinionem de aliquo malo: q̄ q̄ rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono quia ex hoc fit iniuria alicui: nō autem ex primo. hec ille. Sequitur nūc. Date et dabitur vobis. Unde hic queritur utruz dare elemosynam sit in precepto? Rn̄deo scdm Thomā ubi supra. quia cum dilectio proximi sit in precepto necesse est omnia illa cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non servatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet: ut ei non solum velimus bonum: sed etiam operemur bonum scdm illud .i. Iohānis. iii. ca. Non diligamus verbo neq̄ lingua: sed opere et veritate. Et ideo elemosynaruz largitio est sub precepto debitis circumstantiis observatis q̄ in dante sit superfluum et in recipiente necessitas alia est in consilio et nō in precepto.

¶ In festo corporis christi. Euangeliū Secundum Iohannem. vi. ca.

cistis illā speluncā latronū qꝛ ipi nō curabāt
de cultu dei: sꝫ de excoriatiōe ꝓpli ꝑ astutias
acq̄sitas. Speluca aūt latronū dr̄ esse locus
vbi spolia q̄ rapiūtur ponunt: et hoc fecerūt
sacerdotes de tēplo. vt iā dictū est (⁊ erat do
cens quo. id: e in tēplo) Vñ gregorius. Redē
ptor nr̄ nec indignis nec ingratis ꝓdicatiōis
verba subtraxit. In hoc dat nobis exēplum
ꝓdicādi. Notādū ꝙ illi ad quos ꝑtinet vt ꝓ
dicēt freq̄nter debēt ꝓdicare: vt q̄ hoc negli
gūt mĺtas cōminatiōes q̄ hn̄tur in sacris scri
pturis scd̄m Guil. incurrūt. Vñ ezechie. xxxiii.
Si dicente me ad impiū ipie morte morieris
⁊ nō annūciaueris nec locut⁹ fueris vt se cu
stodiat impius a via sua ipse impius in iniquita
te sua morietur: sanguinē ei⁹ de manu tua re
quirā. Vñ Isa. vi. Ue michi qꝛ tacui quia vir
pollutus labiis ego sum. Itē prime ad corin.
ix. Ue michi si nō euāgelizauero vobis. Cir
ca p̄ns euāge. vbi dr̄: vidēs ciuitatē fleuit su
per illam. Notandum ꝙ ex scriptura haberi
pōt quadruplex esse flet⁹ xp̄i: qui signat qua
druplicem fletum quem in hac vita habere
debemus. Primus est flet⁹ infantie: sicut de
xp̄o canitur. Uagit infans inter arta posit⁹

p̄sepia. Vñ sapien. vii. Simi.lē vocē vibus
emisi plorās: q̄ significat fletū quē debemus
habere p incolatu p̄ntis miserie. Vñ augu.
Puer q̄ nascitur a plorātu incipit nec ridere
pōt statim natus plorat pphetā sue calami-
tatis. Scd̄s est fletus quo fleuit sup lazaruz
ad vitā eū reuocādo: qui significat fletū quē
habere debemus pro patrie dilatione. Unde
psal.cxix. Heu michi q2 incolatus meus plon
gatus est. Tercio est fletus quo fleuit sup ci
uitatem hierusalem in die palmarum qui si-
gnificat fletum quem habere debemus p cō-
passione miserorū vt p3 Hiere.ix. Quis da-
bit capiti meo aquam ꝛ oculis meis fontem
lachrymarum et plorabo die ac nocte inter-
fectos filie populi mei. Vñ etiā.ii. Corin.xi.
Quis infirmatur et ego non infirmor: quis
scandalizatur et ego non vror: Quarto ē fle
tus quo fleuit in cruce: vt patet ad Hebre.v.
Cum clamore valido et lachrymis offerens
exauditus est pro sua reuerentia qui signifi-
cat fletum quem habere debem9 in cruce pe
nitentie ex compunctione pctōrum. Vñ psal
vi. Lauabo per singulas noctes lectum meū
i. cor meū ꝛ faciē anime mee. sic fleuit ꝛ lauit
magdalena ꝛ mūdata est. Luce.vii. sic fleuit
ꝛ lauit petrus peccatum suum. vt p3 Lu.xxii
Egressus foras fleuit amare.

¶ Dominica.x.post.penthe. Euangelium.
Secundum Lucam.xviii.ca.

IN illo tpe Dixit iesus ad
quosdā q̄ in se cōfidebāt
tanq̄ iusti: & aspernabātur ce-
teros parabolam istam. Duo
hoīes ascenderunt in tēplū: vt
orarent: vnus phariseus & al-
ter publicanus. Pharise9 stās
hec apd̄ se orabat. De9 grās ti-
bi ago: q2 non sū sicut ceteri ho
minū/raptores/iniusti/adulte-
ri velut etiam hic publicanus.
Jeiuno bis ī sabbato. decimas
do oīm q̄ possideo. Et puplica-
n9 a lōge stās nolebat nec ocu-
los ad celū leuare: s3 pcutiebat
pect9 suū dicēs Deus ppicius
esto michi peccatori. Amen di-
co vobis descendit hic iustifica-
tus in domū suā ab illo. Quia
oīs q̄ se exaltat humiliabitur: &
se humiliat exaltabitur.

Postilla.

¶ In illo tpe. Dixit iesus ad
quosdā q̄.ꝛc. Lu.xviii. Hystō.h9 euāge. dixit
dñs anno eius.xxxiii. kal.apr. dñica. luna.x.in
dictione.vi. ante initiū p̄ntis euange. scribit
tercius lucas in eodē cap. q̄ xps dixit aūt para
bolā istā. Judex q̄dam erat in quadā ciuita-
te qui deū nō timebat: ꝛ hoīem nō verebatur
Uidua autē quedā in ciuitate illa veniebat
ad eū dicens. Uindica me de aduersario meo
et nolebat per multum tempus. Post hoc di
xit intra se. Et si deū non timeo nec hoīe3 re
uereor: tn̄ quia molesta est michi hec vidua
vindicabo illā. s. faciendo ei iusticiā: ne in no
uissimo veniēs sugillet me id est suffocet me
tediosis clamoribus Lucanus. Item sugilla
re id est suffocare/strangulare/cōdemnare.
¶ Tunc postmodū seq̄tur euang. hodi. (Dixit
iesus ad quosdā q̄ in se ɔfidebāt). i. suis me-
ritis (tanq̄ iusti) cū tn̄ iniusti: q2 humilitatē
nō habebant sine qua nullus est iustus (ꝛ a-
spernabant ceteros) quia non attēdebāt illud
Isa.xxxiii. Ve q̄ spernis nonne ꝛ ipse sperne
ris (duo hoīes ascēdebant in tēplū) Ly. q2
ad litterā tēplū erat in alto situm scilicet in
mōte moria: vt habetur.ii. Parali.ii. vt (ora
rēt) non ad cōfabulandū: nō ad mulieres vi
dendū (vnus phariseus) Gor. id est apparēs
iustus. Pharisei eñ distinguebant ab aliis
in habitu: in obseruātiis et cultu religionis
propter quod dicti sunt pharisei id est diuisi
ab aliis hominib9 (ꝛ alter publicanus) id est
publicis negociis intentus: q̄ de cōmuni cur
su implicāt ad pctm̄. Phariseus stans. Gor.
ecce superbia cum tamen flectere genua vel
aliquo alio mō se inclinare debuit (hec apud
se orabat) Ly. iste phariseus pprie nō orauit
sed magis se iactabat dicens (Deus gratias
ago tibi. Gor. male incepit pharise9 iste orō
nē suam. Debuit enim incipere in sui accusa
tionem secundu3 illud Prouer.xviii. Just9
in principio accusator est sui. In medio sub-
plicare ꝛ orare ꝛ ī fine grās agere sicut facit
sacerdos in missa sua. Primo ei gñali ɔfessiōe
dādo. Confiteor. Secundo deū supplicet de

precat ne multiplici ocone. Et vltimo deo te gratias in gratiarum actione cū dicit. Ite missa ē. vel Bñdicamus dño. deo gratias qz nō sum sicut ceteri hoim quasi di. solus iustus sū oēs ceteri petores (raptores / iniusti / adulteri.) Raptores enim sunt ꝗ proximorum suorum substantiā rapiūt. Iniusti qui persōas eorum ledunt et cōprimūt. Adulteri qui vxores primorum polluūt (velut etiā hic publican⁹) quē iudicat ⁊ condēnat. Post hoc enumerat bona sua dicens (Jeiuno bis in sabbato) ebdomada: que apud iudeos tota denominabitur a sabbato tanꝗ̄ a digniori (Decimas do oim ꝗ possideo) Ly. pharisei de multis decimas⁹ dabāt vt de menta de aneto ⁊ de cymino vt pz Math. xxiii. ad quod nō tenebant: vt ceteris iustiores apparerēt. sed publicanus alōge. Ly. ecce dei timor quasi nō esset dign⁹ ad altare appropinquare (nolebat nec oculos ad celū leuare) Ecce pudor propter petū sua nō audebat celū respicere / sed percutiebat pect⁹ suū. Ecce dolor de petis cōmissis dicēs Deus ppici⁹ esto mihi petori. Ecce vera ⁊ pura cōfessio. Et ista iā dicta sufficiūt ad remissionē petorum. Jō sequit Amen. i. veraciter dico vobis descendit hic. s. de templo dei quod erat in mōte iustificat⁹. s. de impio factus iustus per gratiam et miam dei: qz de⁹ hūilibus dat gratiam in domū suā ab illo. s. phariseo superbo cui⁹ supbia corrūpebat oia bona opa eius vñ Augu. Superbia etiā bonis opibus insidiatur vt pereāt. qz ois qui se exaltat. Ly. p superbiam humiliabitur per penā: et qui se humiliat p verā cōfessionem petorum exaltabitur in gloria per remunerationē. Sicut eñi in statera materiali vna parte depssa. altera eleuatur ⁊ ecōuerso. sic in statera diuine iusticie decretū est vt ꝗ eleuatur per superbiā i vita pñti deprimātur per penā cōfusibilē in vita futura. Et econuerso qui sponte hūiliant in pñti propter deū in futuro ad gloriā eleuabuntur. Circa pñs euangelium vbi dicit Deus ppicius esto mihi petori. notādū ꝙ ꝗlibet petor debet p se laborare vt penitentiā veram agat in pñti vita. Primo ppter acerbitatem ignis purgatorii: qz ignis ille est idē cū igne infernali scḋm Thomā de aquino. Unde etiā sctus Greg. in. iiii. dyalog. ca. xlv. In eodem igne purgatur electus ⁊ detinetur dampnatus. Uñ magister sñiar. lib. iiii. distinctione. xliiii. ca. vi. Illa pena est grauior omnibus aliis. Excedit eñi oēm penā vite pñtis: etiam quam passi sunt martires. Scḋo ratione diuersitatis penarum qz ibi sunt pene diuerse scḋm diuersitatem pecc atorum. Est ibi et penarum modus. Nam pro mensura peccati erit et plagarum modus. Deutero. xxv. Tercio ratione diuturnitatis. qz ibi annus pro die cōputatur. Unde ezechielis. iiii. diem pro anno dedi tibi. diem. s. in futuro. Quarto ratione infructuositatis: qz illa pena non valet ad meritū: sed solum ad satisfactionē. et est inuoluntaria. Prima autē in vita presenti est voluntaria et meritoria. Quinto ratiōe dānositatis: qz ꝙdiu anima est in pena caret gloria: modo retardari a gloria excedit omnem penā vite presentis et presertim in talibus qui nisi esset adhuc pena illi persoluenda: statim deū viderent qz tales in gratia moriuntur ⁊ nihil impedit quādo quis in gratia dei ab hac vita decedit. nisi solutio pene pro petis pro quibus hic non plene satisfecit ⁊c. Unde home. Nunꝗ̄ eñi a ꝗ ꝙ dei facies videbitur donec per penā vel alii petorum quadrās minimus persoluatur.

¶ Dñica. xi. post pentheco. Euangelium secundum Marcum. vii. capitulo.

In illo tpe Exiens ies⁹ de finib⁹ tyri / venit p sydonē ad mare galilee īter medios fines decapoleos: ⁊ adducūt ei surdū ⁊ mutū. Et deprecabātur eū vt imponat illi manū. Et apprehendēs eū de turba seorsū: misit digitos suos ī auriculas eius: ⁊ expuens tetigit linguā ei⁹. Et suspiciens in celū ingemuit. ⁊ ait illi. Effeta qḋ est adaperire. Et statim aperti sunt aures eius ⁊ solutū est vinculū lingue ei⁹ ⁊ loquebat recte. Et precepit illis ne cui dicerent. Quāto aūt eis pcipiebat: tāto magis plus pdicabāt: ⁊ eo amplius admirabantur dicentes Bene oia fecit: et surdos fecit audire ⁊ mutos loq. Postilla.

¶ In illo tpe. Exiens iesus d

finibus tyri ⁊c. Mar.vii. Math.xv. Hoc si-
gnũ fecit iesus xp̄s anno eius. xxxi.xii. kal.
decemb.fer.v.luna xvii.inditiõe.iiii. Vñ ini
tium p̄ñtis euãg. scribit sctũs marcus ca.vi
q̄ vbicũq; dñs iesus īroibat in vicos vel in
villas/aut in ciuitates/in plateis ponebãt
infirmos ⁊ dep̄recabant eũ vt vel fimbriam
vestimẽti eius tãgerẽt: ⁊ quotquot tangebãt
eũ salui fiebãt Postmodũ sequtur euãg. ho-
dier. Exiẽs iesus de finibꝰ tyri venit ꝑ sydo
nẽ ad mare galilee. Ly. Tyrus ⁊ sydon sũt q̄
dã ciuitates site in terra ꝓmissiõis ꝓpe mõ-
tem libani. Mare galilee est q̄dã lacꝰ ꝑ quẽ
transit iordanis int̃ medios fines decapole-
os. Vñ Jaco. Decapoleos ẽ regio decẽ vrbi
um trans iordanẽ ad orientẽ Et cũ venisset
iesus xp̄s ad locũ illũ adducũt ei surdũ ⁊ mu
tũ nõ erat talis a natiuitate nec ab infirmi-
tate superueniẽte sȝ a demõe ip̄m obsidẽte eiꝰ
auditũ impediẽte ⁊ loquelã. (⁊ dep̄cabãtur
eũ: vt impõat illi manũ) .l. vt ip̄m sic cura-
ret: per qd̄ datur intelligi q̄ aliq̄ñ p̄cibꝰ san
ctoꝝ ⁊ etiã bonoꝝ hoim salus alicui īpetrat
Et apprehẽdẽs eũ de turba seorsũ. vñ Jac.
per qd̄ datur intelligi q̄ ille qui saluari de-
siderat malas societates dimittat (misit di-
gitos suos in auriculas eiꝰ) Ly. per digitos
intelligit g̃ra sp̄us sancti quã infudit xp̄us in
cor peccõris ⁊ expuẽs ī terrã tetigit linguã eiꝰ
per saliuã sapia diuina intelligit. Tho. Oia q̄
in xp̄i corpe fuerũt facta et diuina fuerũt siue
vestimenta eiꝰ siue digiti eius siue sputũ eiꝰ
Et iõ aliq̄ñ curabat per tactũ vestimentorũ
aliq̄ñ per digitũ. aliq̄ñ per sputũ. sicut patet
hic in euãg. ⁊ suspiciens in celũ per qd̄ docet
nos vt sepe ad celũ respiciamꝰ q̄ȝ ibi ẽ amicꝰ
noster/auxiliũ nr̃m ⁊ hereditas nostra ī ge-
muit quod facere voluit vt ostenderet hũane
nature veritatẽ. Itẽ vt oñderet peccõribus
gemendi necessitatẽ q̄ȝ qui sanari vult a pec
catis p̄riusq; īgemere vt pȝ Ezech.xviii. In
quacũq; hora ingemuerit peccõr ⁊c. ⁊ ait Ef-
feta: quod est adaperire Ly. oñdens se verũ
deũ curãdo per imp̄iũ ⁊ statim aperte sũt au
res eius: et solutũ est vinculũ lingue eiꝰ ⁊ lo-
quebat recte. Jacobꝰ Vinculum lingue tũc
solutũ est q̄ñ hõ lingua vtit ad honorẽ. ad p̄-
ximi edificationẽ ⁊ informationẽ ad pcti cõ-
fessionẽ: ⁊ ad dei laudẽ. ⁊ p̄recepit illis ne cui
dicerẽt vt vanã gloriam fugiẽdã esse doce-
ret. Quanto autẽ eis p̄cipiebat tãto ampliꝰ
predicabãt Vñ Augu. Per hoc xp̄s volebat
pigris ostendere q̄ñ studio feruore p̄redicare de
bent. quibus iubet vt predicent q̄ñ illi q̄ p̄ro
hibent tacere nõ poterãt. Ly. Beneficiatus
de bñficiis acceptis debet gratum ostendere
se et benefactorem laudare q̄uis benefactor
hoc non querat (et eo amplius ammirabã
tur) Ly. de tanta humilitate dicentes bñ om
nia fecit ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos loq̄
Circa presens euangelium. vbi dicit Su-
spiciens in celũ Notandũ q̄ Hugo de prato
dicit q̄ quater legimus iesum oculos suble-
uasse. Primo passurus. vt patet Johan.vi.
Cũ subleuasset oculos iesus ⁊c. Secũdo re-
sponsum legisperito daturus vt pȝ Luce.x.
Tercio surdum et mutum sanaturus: sicut
patet in verbis premissis Suspiciens in celũ
⁊c. Quarto lazarũ suscitaturus vt patet Jo
han.xi. Vñ sciendũ q̄ oculus mentis nostre
celum respicere debemus et ad ipsum anhe-
lare. Et hoc propter tria. Primo q̄ȝ ciuitas
nostra est vbi perpetuo manere debemus pȝ
Hebre.xiii. Non habemꝰ hic ciuitatẽ manẽ
tem: sed futurã inquirimus Exemplum de il
lis qui in aliena patria demorantur quomõ
cor ad terrã suã ponunt si illuc redire inten
dunt: alias non hñt ibi cor suum si in terra
in qua habitant edificant: et de patria sua
amplius non cogitant. Secũdo q̄ȝ ibi est pa
ter noster et mater nostra/⁊ fratres/⁊ soro-
res/⁊ amici nostri. s. xp̄s et beata virgo ⁊ a-
lii sancti. qui amplius nos diligunt q̄ parẽ-
tes carnales pueros suos. Sperare etiã de-
bemus q̄ ibi sunt aie predecessoꝝ nostroꝝ q̄
in fide xp̄i mortui sunt. Oia ista trahunt de-
siderĩu hois ad celũ Tercio q̄ȝ ibi est thesau
rus noster: scȝ merces operum nostrorum: et
etiam meritum xp̄i ⁊ beate virginis marie:
oim electorum in celo existentiũ qui est the-
saurus indeficiens omnem sufficientiam ha
bens: q̄ȝ nec auferri nec corrũpi potest. Ma
gnus autem et preciosus thesaurus multuȝ
trahit cor homĩs. vt patet Math.vi. Vbi est
thesaurus tuus: ibi est et cor tuum.

¶ Dominica duodecima post penthe. Euã
gelium secundum Lucam. decimo capitulo.

In illo tp̄e. Dixit iesus di
scipulis suis Beati oculi
q̄ vident que vos videtis Dico
enim vobis q̄ multi p̄phete ⁊
reges voluerũt videre q̄ vos vi
detis ⁊ nõ viderunt: ⁊ audire q̄
auditis ⁊ nõ audierũt. Et ecce

quidã legisperitus surrexit tẽ-
tans illũ dicens. Magister qd
faciendo vitã eternã possidebo
At ille dixit ad eũ. In lege quid
scriptũ ẽ: Quomodo legis. At
ille rñdens. Diliges dñm deũ
tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota
aĩa tua. ⁊ ex oĩbus virib⁹ tuis:
⁊ ex oĩ mẽte tua. ⁊ proximũ tuũ
sicut teipsũ Dixit illi. Recte re-
spondisti. Hoc fac ⁊ viues. Ille
aũt volẽs iustificare seipsũ: di
xit ad iesũ. Hõ quidã descẽdebat
ab hierusalem in hierico. ⁊ in
cidit in latrones Qui etiam di
spoliauerunt eum ⁊ plagis im
positis abierunt semiuiuo reli
cto. Accidit autem vt sacerdos
quidaz descenderet eadem via
et viso illo preteriit. Similiter
et leuita cum esset secus locum
⁊ videret eum. pertransiit. Sa
maritan⁹ autem quidam iter
faciens venit secus eum. Et vi
dens eum: misericordia motus
est. Et appropinquans alliga-
uit vulnera eius: infundens
oleum et vinum Et imponens
illum in iumentum suum duxit
in stabulum. et curam ei⁹ egit.
Et altera die protulit duos de-
narios: et dedit stabulario ⁊ ait
Curam illius habe et quodcun
qz supererogaueris ego cum
rediero reddam tibi. Quis ho-
rum triũ videtur tibi proxim⁹
fuisse illi qui incidit in latro-
nes: At ille dixit. Qui fecit mi-
sericordiam in illum. Et ait illi
iesus. Uade ⁊ tu fac similiter.

Postilla.

¶ In illo tpe Dixit ies⁹ discipu
lis suis. Beati oculi qui vident: que vos vide-
tis ⁊c. Luc. x. Mathei. xiii. Ante initiũ istius
euange. scribit letũs Lucas q̃ xp̃s dixit disci
pulis suis Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos
spernit me spernit. Et conuersus ad discipu
los suos dixit. Beati oculi qui vident. scz nõ
solũ humanitatẽ xpi ⁊ facta exteriora cõspi-
ciendo: sed virtutẽ diuinitatis latentẽ intel-
ligendo (que vos videtis) Gor. Videbãt eñi
apostoli gratiosam presentiã dñi nostri iesu
xpi in assumpta humanitate et crediderunt
eum verum deum et hominẽ: ergo dicti sunt
beati. Sed iudei/pharisei/cayphas/ hero-
des et pilatus solum viderunt corpus xpi hũa
nitatem: sed non cognouerunt eius deitatez
ergo non sunt dicti beati. Unde Hieronim⁹ i
omelia Illorum oculos beatos dixit qui ho
minem videntes deum crediderũt. Ubi notã
dum q̃ si beati fuerunt oculi qui viderũt xp̃z
et crediderunt eum deum. multum beatio-
res sunt qui non viderunt christum in hũa
nitate: et tamen crediderũt ipm verũ deuz in
sacramento eucharistie. Uñ Joh. xx. Qz vi-
disti me Thoma et credidisti: beati qui non
viderũt ⁊ crediderũt. Dico eñi vobis q̃ multi p
phete et reges voluerũt videre que vos vide
tis. sicut Isa. lxiiii. qui dixit Utinã dirumpe
res celos et descenderes. Itẽ sicut Agge⁹ qui
dixit Aggei. ii. Ueniat desideratus cũctis gẽ
tibus. Item sicut moyses qui dixit. Mitte
dñe quẽ missurus es Itẽ ⁊ ppheta dauid ps.
cxliii. qui dixit. Inclina dñe celos tuos ⁊ de-
scende. Et plures alii (et nõ viderũt.) Gor. s.
eo mõ quo vos videtis viderũt eũ ipm spũalr
sed isti corporalr ⁊ psntialiter habẽtes eũ vnde
eo que volebant interrogantes. Et ecce qui
dã legisperitus. s. peritia litterali nõ intelli-
gentia spũali. vñ Amb. sup lucã quidã legis
peritus verba legis tenẽs et verba legis igno
rans surrexit. s. vt melius audiret tẽtans eũ
et dicens magister Gor. magrm vocabat cu-
ius discipulus esse nolebat quid faciendo vi-
tam eternã possidebo. Gor. videt eñi quere-
re humilit cũ dixit magister. sapienter cũ di
xit quid faciẽdo. vtiliter cũ addit. vitam eter

nam possidebo. At ille dixit ad eũ. In lege quid scriptũ est.s.in lege diuina que lex legũ est. Quõ legis.i.quomodo doces discipulos tuos:qui adhuc nescis per quid perueniatur ad vitã eternã. At ille respondẽs dixit. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo. (secũm Bern.id est sapienter ex tota aia).i.dulciter ex tota mente.i.fortiter ⁊ primum tuũ sicut teipsum.i.ad qđ teipm.s.ad gřam in pñti:et ad gřiam in futuro. vel eo ordine quo teipm .s.infra deum ⁊ super oia tpalia. Dixit illi.s. iesus phariseo et legisperito Recte respõdisti:non autẽ recte fecisti:qz vt dicit glosa xps laudauit eius responsũ non eius factũ: hoc fac ⁊ viues quasi dicat hoc dicis et nõ facis: iõ ad vitã eternã non vadis. Ille aũt.s.phariseus et legisperitus volens iustificare seipsũ id est demonstrare iustum dixit ad iesum: et quis est meus proximus. Gor.forsitan putabat ꝙ xpm dixisset iudeus est proximus tuus et tunc responderet oẽm iudeum dilige et sic appareret iustus. Suspiciens autem iesus dixit Homo quidam descendebat ab hierusalem in iherico que distat a hierusalẽ ad vnaz dietã et incidit in latrones. qui etiã spoliauerunt eũ:et plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Erat eñ ad lr̃am inter iherusalez et hierico solitudo vel desertũ in quo spoliabant aliquando hoies transeũtes a latronibus et occidebant.in qua solitudine captꝰ fuit sedechias rex fugiẽs de iherusalẽ a satellitibus regis babilõis. vt habet Hiere. vl. Lyr. Moraliter tñ exponit de peccatore descendente a statu iusticie in pctm mortale: q̃ spoliatur a demonibus et relinquitur semiuiuꝰ qz tollitur ab eo vita gratie remanente vita nature. Mistice etiam per hominem istuz secunum Gor.intelligitur adam: vel omne genus humanũ.ergo dicit. Homo quidã. s. adã vel genus hũanum. descendebat ab iherusalẽ).i.de paradiso ⁊ statu immortalitatis in iherico.i.in miserias ⁊ defectus vite presẽtis.et incidit in latrones.i.in demonũ potestates qui dispoliauerunt eum.s.indumenta gře immortalitatis.innocẽtie auferendo.vt pz Gen.iii. Primi parẽtes post pctm: cognouerunt se esse nudos ⁊ plagis impositis. id ẽ naturalibus vulneratis ⁊ debilitatis p peccatũ abierunt seminiuo relicto. Homo semiuiuus relinquitur qñ remanẽte vita nature priuatur vita gře. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via et viso illo preteriit. similiter et leuita sacerdos legem significat que data est per moysẽ.leuita prophetas significat qui descenderunt post moysem:qui vix erunt genus humanum sanitatis quia per legem cognitio peccati:sed non potuerunt sanare genus humanum. Samaritanus autem quidam scilicet qui custos interpretabatur:id est christus qui est custos verꝰ iter faciens.i.de celo descendens in hunc mũdum propter nostram salutem videns eum scilicet oculo misericordie (mia motus est) scilicet ex compassione et appropians alligauit vulnera eius:scilicet in baptismo peccata eius remittendo infundens oleum et vinum Oleum infundit in vulnera cum spem penitentibus tribuit vinum infundit cũ terrorem mortis eterne et penas inferni ⁊ diez iudicii homini incutit et imponens illum in iumentum suum vade Greg. Jumentum caro ipsius est in quo vulneratum posuit qñ peccata nostra ipse portauit super lignuz in corpore suo vt patet Isa.liii. Uere lãguores nostros ipse portauit. duxit in stabulum: id est presentem ecclesiam et curã eius egit: qz circa egrotum sollicitus fuit sicut bonus ⁊ fidelis medicus. Altera die. Prima dies fuit dies passionis:altera dies resurrectionis: et hec est immortalitatis protulit duos denarios.id est duo testamenta et dedit stabulario id est summo pontifici .s. petro et aliis apostolis quibus aperuit sensum: vt intelligerent scripturas veteris et noui testamenti et ait Curam illius habe supple corporis ⁊ anime. Ego dixi primo stabulario scilicet Petro. Pasce oues meas quodcũq supererogaueris supple preceptis meis: scilicet consilia superaddendo:et cum subditis et fidelibus laborãdo ⁊ ego cũ rediero.s.in iudicio extremo vt pz Actuũ.i Sic veniet quemadmodũ vidistis eũ euntez in celum reddam tibi: qz dñs iesus reddet vnicuiq iuxta opera sua. Quis hor triũ videtur tibi proximus fuisse illi q̃ incidit in latrões. At ille dixit Qui fecit miam in illũ. Ubi notãdũ ꝙ opinio iudeorũ erat ꝙ nõ quilibet hõ primus est: sed tñ iudeꝰ ergo dicũt iudeũ primũ suũ ⁊ oẽz aliũ hoiez alienũ Ergo xps oñdit in pñti euang. oẽm hoiem eẽ prim oĩ hoĩ q̃ facit ei miaz vñ Amb. Cognatio nõ facit primũ sed mia. vñ etiã Augu. de doctrina xpiana. Propinquitas gñis nõ facit primũ sed opꝰ mie impensum. Ex quo pz ꝙ quilibz ẽ primꝰ nr qui hic viuit:qz cuilibet põt a nobis impendi misericordia:vel nobis impendere. Ait illi iesus Uade ⁊ tu fac similiẽ. s. vt oẽz hoiem eẽ amicum ⁊ primũ reputes. ⁊ ei miam impendas

affectu et effectu sicut samaritanus illi iudeo fecit. Unde circa presens euangelium vbi dicitur. Beati oculi q̄ vident. queritur in quo consistit beatitudo? Respondetur ꝙ quidaꝫ posuerunt beatitudinem in bonis corporis vt epicurii. Quidaꝫ in bonis mundi: scilicet diuitiis/honore/potētia et sic de aliis. Quidā in virtutib⁹ moralib⁹ ⁊ cognitione creaturaꝝ: ⁊ maxime substantiaꝝ separatarū. vt peripatetici. Xp̄s autē veniēs in mūdū q̄ ad hoc natus est: vt testimoniū phiberet veritati ostēdit ꝙ in oīb⁹ supradictis vera beatitudo nō consistit: sꝫ in visione ⁊ cognitione dei dicēs. Beati oculi.ꝛc. Itē q̄ritur hic beatitudo cuius sit. an anime vel corporis? Ad qd̄ respōdet hugo de prato ꝙ beatitudo cōsistit principaliter in cognoscendo et amando ⁊ possidēdo deū. Et beatitudo erit pricipaliter in aīa que deum p essentiā cognoscet ⁊ nō p aliquē similitudinē: ⁊ ipm pfecte possidebit in se tāꝙ propriū ⁊ intrinsecū bonū. Corpus autē habebit quattuor dotes suas q̄ sūt agilitas: vt subito feratur quocūq; aīa volet. Impassibilitas: vt a nulla re possit lesi vl' pati. Subtilitas: ita vt montes penetret. Et claritas: ita ꝙ i ipsa claritate corporis/claritas ⁊ gloria anime cognoscetur: quia aīa magis beata clarius corpus hēbit: et oīa predicta hēbit corpus ex redūdātia glorie anime in corpus. Econtrario de corporibus impioꝝ erit. quia erūt grossa: grauia: passibilia: ⁊ obscura. Hec ille. ¶ Dñica.xiii. post penthecostes Euāgelium secundum Lucam.xvii. ca.

IN illo tēpore. Cū iret ies⁹ i hierusalē transibat per mediā samariā ⁊ galileā Et cū ingrederetur quoddā castellū: occurrūt ei decem viri leprosi. Qui steterūt a longe: ⁊ leuauerūt vocē dicētes Jesu p̄ceptor: miserere nr̄i quos vt vidit: dixit Ite ostendite vos sacerdotib⁹ ⁊ factū est dū irent mundati sunt. Un⁹ āt ex illis vt vidit qꝛ mūdatus est: regressus est cuꝫ magna voce magnificans deū Et cecidit i faciē ante pedes ei⁹ gratias agēs. Et hic erat samaritanus. Rñdens aūt ies⁹ dixit. Nōne decē mūdati sūt: ⁊ nouē vbi sūt? Nō est inuentus q̄ rediret ⁊ daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge ⁊ vade: qꝛ fides tua te saluū fecit

Postilla.

¶ In illo tp̄e. Cuꝫ iret iesus in hierusalem transibat.ꝛc. Luce.xvi. Hystoria huius euangelii facta est anno christi. xxxiii. ii. idus Martii. Feria secunda. Luna.iiii. indictione.vi Ante initium istius euangelii scribit sanctus Lucas ꝙ christus dixit discipulis suis. Cum omnia feceritis que precepta sunt vobis: dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. (Et factum est dum iret Jesus in hierusalem.) scilicet ad locum sue passionis: in quo ostendit se sponte passurum (transibat per mediam samariam ⁊ galileam) samaria erat terra gentiliuꝫ: galilea iudeorum: ergo vtraq; pertransibat, qui ad saluandos gentiles et iudeos venerat (et cū ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi) Lyra. quia audierunt famā de miraculis christi (qui steterunt a longe) Lyra tamen propter christi reuerentiam: tum quia non debebant appropinquare sanis hominibus: ne eos inficerent (et leuauerunt vocem suam) Lyra ex magno desiderio sanitatis dicētes (Jesu preceptor miserere nostri. id est solo verbo potes nos curare (quos vt vidit dixit. ite ostendite vos sacerdotibus hoc iussit christus propter legis impletionem. Lex enim precepit. Leuitici.xiiii. vt mundetus a lepra sacerdotib⁹ se offerret Et hoc duplici de causa. Una causa: quia sacerdotes debebant iudicare vtrum talis esset vere curatus. ¶ Secunda causa: quia p sua emundatione tenebatur offerre sacrificium determinatum in lege Item vt daret nobis exemplum honorandi sacerdotes. Item vt per hoc sacramentum confessionis exprimeret. Dicit enim christus omnibus peccatoribus. Ite quasi dicat. Non expectetis ꝙ cogamini vigente infirmitate quando oportet sacerdotes ad se vocari sꝫ ite dum sani estis ostendite non palliate vos non alios: quia alie psone non sūt noiande in ꝯfessiōe sacer

dotibus quibus data est potestas a xp̄o ligā-
di ꝛ soluendi: vt pꝫ Joh.xx. Accipite spūm san
ctū quoꝝ remiseritis pctā remittunt eis. Et
factū est dū irēt mūdati sūt. in hoc ōndit ꝙ
in vera cōtritiōe pctā dimittunt peccatori a
deo: etiā añꝙ perueniat ad cōfessionē. vnde
psal.xxxi. Dixi cōfitebor supple in futuro: et
tu remisisti impietatē pcī mei: Quis postea
teneat cōfiteri sacerdoti loco dei. Unus ergo
ex illis: vt vidit qꝫ mūdatus est: regressus est
cū magna voce magnificās deū. Glo. magni
tudo vocis dat intelligere magnitudinē fidei
et deuotiōis ꝛ cecidit in faciē añ pedes eius
in quo notatur eius magna humilitas gratias
agēs. Est aūt deo valde acceptabilis gratia
rum actio. Uñ august. ad aurelianū. Quid
melius aīo gerimus auctore ꝓbamus: aut ca-
lamo exprimimus ꝙ vt deo gratias agamus nec
dici breuius nec agi fructuosius potest. et hic
erat samaritanus. Lyr. in hoc innuit ꝙ alii
nouē erāt iudei nec reuersi sūt ad grās agē.
dū: qꝫ iudei semꝑ fuerūt in grām in veteri
ꝙ in nouo testamēto de bñficiis dei. Respō
dens aūt iesus dixit. Nonne decem mūdati
sunt: et nouē vbi sūt? quasi dicat multi mū-
dantur et baptisant: tñ pauci saluantur. vt
pꝫ Math.xx. Multi sunt vocati: pauci vero
electi. Nō est inuentus qui rediret et daret
gloriā deo. nisi hic alienigena. Lyr. in hoc fi-
guratū fuit ꝙ gentiles erāt deuote ad fidē
xp̄i iudeis remanētibus in suo errore ꝛ ait il
li. Surge ꝛ vade noluit eū surgere nisi iussus
qꝫ fides tua te saluum fecit: in hoc innuit ꝙ
magnū est meritū fidei. qꝫ per fidē pctōr mū
datur. Item per fidē homo iustificatur. ad
Roma.v. Justificati igr̄ ex fide pacē habea
mus ad deū ꝑ dñm nostrū iesū xp̄m. Item
per fidē hō filius dei efficitur. vt pꝫ Johā.i.
Dedit eis potestatē filios dei fieri. ꝛc. Item
per fidē homo saluatur. Ergo hic christus di
xit samaritano. Fides tua saluū te fecit. Uñ
circa pñs euang. vbi dr̄ Ite/ ostendite vos
sacerdotibus. et dū irent mundati sunt. vnde
hic queritur: si peccator in ipsius cordis contri
tione absoluitur anꝙ perueniat ad sacerdo
tem vt hic innuitur. qꝫ dum irēt mūdati sūt
quid facit postmodū sacerdos: ꝛ a quo soluit
eum. Respondeo ꝙ solus deus absoluit pec
catorem a culpa in ipsa cordis contritiōe. vt
pꝫ Isa.xliii. Ego sum qui deleo iniquitates
tuas ꝑpter me. Sacerdos aūt ministerialiter
et instrumentaliter pctōrem a pctō absoluit
et non solū ostendit absolutū. Est eñ sacer
dos minister dei. et eius instrumentū alaꝝ:
et hoc optime ostendit xp̄s in lazari resusci-
tatione per quē peccator rediēs ad dei grāz
designatur: quē xp̄s solus a mortuis reuoca
uit: sed aplīs mandauit vt eū soluerent: sic
pꝫ ꝙ fuit a xp̄o resuscitatus: et ab apostolis
resolutus. Simile est in iustificatiōe pecca-
toris: quē solus resuscitat a morte culpe red
dens ei grām suā: sed sacerdos soluit eum a
cathenis peccatoꝝ quibus pro talibus culpis
ligatus tenebatur. Exemplū. Rex vel pote-
stas in cōsilio absoluit malefactorem qui te
tenetur in carcere cathenis ligatus et mini-
stri regis vadunt ad carcerē ꝛ ex parte regis
absoluunt eū a carcere et cathenis. et mini-
stri regis vadunt ad domū eius ꝛ reddunt ei
oīa bona sua prius perdita. Sic facit sacer-
dos qui tanꝙ minister dei absoluit pctōrem
a cathenis peccatoꝝ. et reducit eū in ecclesiā
dei: reddit et oīa bona sua que ante peccatū
fecerat: et facit eū participē oīm bonoꝝ que
fiunt in ecclesia dei: et dat ei cibū vite mādu
care. s. corpus xp̄i. et docet quō debeat viuere
et in via dei ambulare ꝛ nō stare/ qꝫ stare re
gredi est. Hic pꝫ ꝙ sacerdos habet magna fa
cere in iustificatione pctōris: non solū eū ostē
dere absolutum. Unde iterꝝ hic queritur que
sit forma absolutiōis a peccatis. Respondeo
scḋm sanctum Thomā de aquino ꝙ de sub-
stantia forme est. Ego absoluo te a peccatis
tuis. sed pꝛmittitur orō. s. Misereatur tui
oīps deus. ꝛc. ne effectus sacramēti impediat
ex parte penitentis. Et cōmuniter apponit.
In noīe patris ꝛ filii et spūssancti. Item que
ritur an impositio manus sup caput cōfiten
tis requiratur. Rñdetur scḋm Thomā de
aquino ꝙ non: qꝫ hoc sacramentū nō ordia-
tur ad consequendū aliquā excellentiā grē:
sed ad remissionē pctōꝝ. Magis aūt in hoc
sacramento cōpetit cruci signatio ꝙ manus
impositio in signum ꝙ per sanguinē crucis
christi remittūtur peccata: ꝛ non est de neces
sitate sacramēti. ꝛc. Item Thomas dicit ꝙ
qui impetrat absolutionē a [redacted] vel a lega
to caute facit si faciat se absolui ab omnibus
excommunicationibus et a pctīs de quibus nō
tenetur iterꝝ absolutionē petere ab excõica-
tione. lꝫ de pctō si sit mortale teneat ꝯfiteri.

¶ Dñica.xiiii.post penthe. Euangelium
scḋm matheum.vi.capitulo.

In illo tp̄e Dixit iesus di-
scipulis suis. Nemo pōt
duobus dominis seruire. Aut eñ

vnũ odio habebat ⁊ alterũ dili
get: aut vnũ sustinebit ⁊ alterũ
cõtemnet. Nõ potestis deo ser
uire ⁊ mãmone. Jdeo dico vobis
ne solliciti sitis anime vestre qd
mãducetis: neq; corpori vestro
qd induamini. Nõne aĩa plus
est q̃ esca: ⁊ corpus plusq̃ vesti
mẽtũ? Respicite volatilia celi:
quoniã nõ serunt neq; metunt
neq; congregãt in horrea: ⁊ pa
ter vester celestis pascit illa. Nõ
ne vos magis pluris estis illis?
Quis aũt vestrũ cogitans põt
adiicere ad staturã suã cubitũ
vnũ? Et de vestimẽto qd sollici
ti estis? Considerate lilia agri
quõ crescũt. Nõ laborant neq;
nẽt. Dico aũt vobis qm̃ nec salo
mõ ĩ oĩ glĩa sua coopt⁹ est sicut
vnũ ex istis. Si aũt fenũ agri qd
hodie ẽ ⁊ cras ĩ clibanũ mittit
deus sic vestit: q̃to magis vos
minime fidei? Nolite ergo solli
citi esse dicentes qd mãducabi
m⁹ aut qd bibem⁹ aut quo ope
riemur. Hec enĩ oĩa gẽtes inq̃rũt.
Scit enĩ pat vester q; his oĩb⁹
ĩdigetis. Querite ergo primum
regnũ dei ⁊ iusticiã ei⁹: ⁊ hec oĩa
adiicient vobis.

Postilla.

In illo t̃pe Nemo põt duob⁹
dñis seruire. Mathei.vi. Luce.xvi. Hec ver
ba euãg. locutus ẽ iesus anno etatis.xxxiii. id⁹
Julii. Fer.v. luna.xvi. inditiõe.iiii. Ad literã
pñtis euãg. scribit sanct⁹ mathe⁹ in eodẽ ca
pitulo q̃ xp̃us dixit discipulis Nolite thesauri
zare vobis thesauros in terra vbi erugo et
tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiũt ⁊ furã
tur. Thesaurisate vobis thesauros ĩ celo vbi
nec erugo nec tinea demolit̃ et vbi fures nõ
effodiũt nec furant. Vbi enĩ est thesaur⁹ tu⁹
ibi est et cor tuũ. Tunc postmodũ sequit̃ euã
gelium hodiernũ. (Nemo põt duobus dñis
seruire) Glo. contrariis inter se dñantibus: et
contraria precipientibus. Et quilz hoim hab;
vnũ illoꝝ duoꝝ. Hoc sic ꝓbatur. q; oĩs hõ
aut est in grã aut est in pctõ mortali. Si aũt
est in grã tunc hꝫ pro dño deũ. Si aũt est in
pctõ mortali tũ hꝫ dyabolũ ꝑ dño. aut vnuꝫ
odio habebit. Glo. s. dyabolũ (et alteꝝ dili
get). s. deum (aut vnũ sustinebit). s. dyabolũ
quẽ homo peccãdo patitur: sed nõ diligit (et
alteꝝ contẽnet). s. deum quẽ homo peccãdo
mortaliter cõtẽnit. Sed deũ nemo põt odi
re: q; summũ ⁊ infinitũ bonũ est. Nec dya
bolũ quisq̃ diligit: sed peccãdo se ei subiicit.
Non potestis deo et mãmone. i. diuiniis. Ly.
nõ dixit xp̃s non potestis habere: sed nõ pote
stis seruire licite enĩ possunt haberi q̃n bene
dispensant̃: sicut ille qui in piis operibus diui
tias expendit nõ seruit diuitiis: sed magis di
uitie seruiũt sibi: q; eis vtitur sicuti instru
mentis ad opera virtutũ. Vñ Ambro. super
Lucã. Sicut diuitie sunt impedimẽta impro
bis: ita probis sũt adiuuamẽta virtutis. Et
talis simul põt seruire deo et vti ipsis. Jdeo
dico vobis ne solliciti sitis. s. sollicitudine ni
mia. Notandũ q̃ xp̃s hic non ꝓhibet labo
rem: q; homo ad laborẽ nascitur: ⁊ sicut auis
ad volandũ: sed ꝓhibꝫ sollicitudinẽ superflu
am ⁊ inordinatã per quã postponunt̃ bona
spiritualia et etiã eterna aĩe vestre. i. aĩali vi
te quo cibo sustentat̃ (qd mãducetis neq; cor
pori vestro qd induamini. Nõne aĩa pl⁹ est
q̃ esca). q. d. longe plus est ⁊ corp⁹ q̃ vestimẽ
tũ quasi dicat si deus dedit vobis maiora. s.
corpus ⁊ aĩam cõseq̃nter etiã dabit minora:
s. escã et vestimentũ (Respicite volatilia celi:
q̃m nõ serũt neq; metunt neq; congregãt in
horrea: ⁊ tñ pater vẽ celestis pascit ea. Vnde
psal. cxlvi. Qui dat iumẽtis escã ipsorũ. ⁊ pul
lis coruorũ: ⁊c. multo fortius hoĩem sufficiẽ
ter pascet: Vñ Rab. Qui rex militibus de
uotis debitã non procurat alimoniã quis dñs
ministris suis non ministrat cibaria quis pt̃
non dat filiis alimenta. ⁊ cetera (Nonne vos
magis pluris estis illis) quasi dicat multo ma
ioris precii estis. Ly. natura hũana maioris
ponderis est corã deo: q; alie creature [illegible]
sunt propter hominẽ: suis autẽ nobilior est

multo fortius de nobis curā hʒ. Quis autē vestrū pōt adiicere ad staturā suā cubitū vnū quasi dicat null⁹. Ergo deus q̄ dat hoi incremētū q̄titatē staturē: per ꝯns etiā dabit nutrimentū cōueniens nature prout viderit expedire et de vestimētis quid solliciti estis: considerate lilia agri quomodo crescunt scilicet tam preciosis colorib⁹ induta cū nō laborant.s.ad ornandū (neq̄ nent) .i.filāt ad faciendū sibi vestimentū: et tū optime vestiuntur.sic q̄ regalia vestimenta excedūt. (Dico autē vobis q̄ neq̄ salamon) qui fuit ditissimus sapientissim⁹ potentissimus inter alios reges i n oī gloria sua coopertus est.id est vestitus et ornatus tā pulchre (sicut vnum ex istis. Gor. q: in salomone fuerūt vestes aliene In illo autē pronuīe. Item ille ab arte iste a natura: et iō oēs tinctores pannoꝝ nō possunt facere colorem viridē sicut natura i terra nascentibus. Vñ Hiero. Quid rubet vt rosa quid cādet vt liliū (Si eñi fenum agri qd̄ hodie est) .i.in tpe pñti ꝛ cras in clibanū mittitur.i.in futura ponet (deus sic vestit) .i.sic pul. hre sic opile sin sollicitudine (q̄to magis vos modice fidei) Ly. vocat autē eos qui nimis sollicitant de tpalib⁹ modice fidei q: ex defectu fidei pcedit talis sollicitudo supflua. Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus hoc pertinet ad alimentū: aut quo operiemur hoc pertinet ad vestimentum (Hec eñi oīa gentes inquirunt) Gor. q: infideles sunt/ ꝛ de eternorum pmissione nō cōfidunt Ly. gentiles diuinam prouidentiam circa actus humanos negant. Scit eñi pater vester celestis q: his oībus indigetis Gor. non est pater pinsqui non tribuit necessaria filiis quoꝝ nouit indigentiā. sed deus est pater vester ergo seruientibus sibi tpalia sufficienter ministrabit. Querite ergo primū.i.precipue (regnū dei) de quo dr̄ Math.xiii. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pr̄is mei. Quis hoc regnum nō desiderat vbi omnes erunt reges ꝛ regine ergo feruenter et diligenter hoc regnum est querendū (et iusticiā eius) q: iusti in perpetuum viuent.et apud dñm est merces eoꝝ Sapie.v. (et hec oīa) .s.temporalia (adiicient vobis) Vñ ps.liiii. Iacta cogitatū in dño. ꝛ ipse te enutriet. Item in ps.xxxvi. Nunq̄ vidi iustum derelictū. Circa hoc presens euangelium vbi dicitur. Primum querite regnū dei et iustitiam eius. Notandū q̄ peccator q̄rit regnum dei non primo sed vltimo scilicet his que sunt ad finem. Si ergo de illis cura t in morte. Quando enim peccator nō potest plus viuere vel quando credit sibi mortē imminere tunc querit regnum dei: et accipit exemplum a latrone in cruce sed non a iohanne baptista qui a cunabulis quesiuit regnum dei. Similiter sanct⁹ nicholaus epūs q̄ quarta et sexta feria semel suggebat vbera. Similiter dñicus pater noster q̄ a pueritia sua domino nostro seruire studuit et sic de aliis pluribus sanctis. Contra quos nota exemplum de quinq̄ virginibus fatuis. que petierunt oleum in media nocte in vasis suis. id est in vicinitate mortis et non obtinuerunt: sic lampades earum sunt extincte/ et ipse excluse sunt a regno celorum. vnde Augustin⁹ Legi et perlegi sacram scripturam et non inueni in quinq̄ milibus annorum saluatum in fine nisi solū latronē. vnde etiā Albertus magnus Rarum est q̄ aliquis ex amore in fine vite sue vere peniteat. Item peccator q̄rit regnum dei: sed non iustitiam eius. Omnis enim homo vult esse beatus: quia vt dicit Boetius de consolatione philosophie. Mentibus hominū naturaliter summi boni cupido inserta est: sed opera beatitudinis non curat facere. Tota die peccator fabricat sibi domum in inferno. et intendit post hanc vitam quiescere et habitare in celo ꝛc.

¶ Dñica.xv.post penthecostes. Euangelium secundum Lucam.vii.capitulo.

In illo tēpore. Ibat iesus i ciuitatē q̄ vocat naym. Et ibant cū illo discipuli eius: ꝛ turba copiosa. Cū aūt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat fili⁹ vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ꝛ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset iesus: mīa mot⁹ sup eā: dixit illi. Noli flere Et accessit ꝛ tetigit loculū. Hi aūt q̄ portabāt steterūt Et ait Adolescēs tibi dico surge Et resedit q̄ erat mortu⁹: ꝛ cepit loq̄. Et dedit illū matri sue Accepit aūt oēs timor: ꝛ magnificabāt deū dicē

ces. Qr propheta magnꝰ surre
xit i nobis: & qr deus visitauit
plebẽ suã.

Postilla.

¶ In illo tpe: Ibat iesus in ci
uitatẽ q̃ vocatur naym. Lu. vii. Hoc miracu
lũ fecit dñs iesꝰ ãno eiꝰ. xxx. ..iii. kal. augu.
dñica. luna. xxii indictione. iiii. Ante hoc euan
geliũ sanauit dñs seruũ centurionis q̃ acces
sit ad iesum rogans eũ dicẽs Dñe puer meꝰ
iacet in domo paraliticus & male torquetur.
Et ait illi iesus. Ego veniã & curabo eũ. Et
rñdens centurio ait. Dñe nõ sũ dignꝰ vt in
tres sub tectũ meũ: sed tm̃ dic verbo & sana
bitur puer meus. Et dixit iesus centurioni.
Uade & sicut credidisti fiat tibi / & sanatus ẽ
puer in illa hora. Et factũ est deinceps (Ibat
iesus in ciuitatẽ q̃ dr naym. Naym est ciui
tas parua in galilea ꝓpe montẽ thabor: que
distat a hierusalem ad duas dietas (et ibant
cũ eo discipuli eius & turba copiosa) Ly. tur
ba multa cũ dño: turba multa cũ vidua. Hoc
factũ est. vt euidẽtiꝰ esset miraculũ corã mul
tis factũ est: vt viso miraculo multi fierent
laudatores dei et testes (& cũ appropinqua
ret porte ciuitatis ecce defunctus efferebatur)
s. ad sepeliendum (filius vnicꝰ matris sue: et
hec vidua erat) Ly. antiquitus loca sepulture
erãt extra ciuitatẽ: ne ex cadaueribꝰ inficerẽ
tur habitatores ciuitatis (Quã cũ vidisset iesꝰ
mĩa motus sup eã) qr erat vidua: tũ qr non
habebat aliũ filiuz a quo posset in senectute
sustentari (dixit illi. Noli flere. q. d. cito cõso
laberis (& accessit & tetigit loculũ) Ly. i. fere
trum. Ad hoc enim tetigit vt ostenderet q̃
corpꝰ suũ deitati vnitũ erat instrumẽtũ dei
tatis etiã in miraculis faciẽdis (hi aũt q̃ por
tabant steterũt: & ait (Adolescens tibi dico.)
Gor i. ꝓpria virtute impero (surge) s. a lecto
mortis (et resedit qui erat mortuus). s. ꝓpius
qr statim rediit vita p xp̃m (& cepit loqui) Ly.
vt manifeste appareret qd erat vere resusci
tatus et dedit illũ matri sue ꝓpiꝰ eũ dederat
in acceptiõe (accepit aũt oẽs timor) Gor. s. ad
mirantiõis de tam mirabili suscitatione. Legi
tur in euangeliis dñm tres mortuos suscitas
se. s. puellã in domo. vt pz Math. ix. Adolescẽ
tẽ in porta. vt in euãgelio hodierno. Lazaꝝ
in sepulchro. vt hẽ Joh. xi. et magnificabant
deũ). i. magnũ ꝑdicabãt. Hoc est enĩ magni
ficare deũ de ipo magna credere & dicere di
centes: qr propheta magnus surrexit nobis)
in lege & ꝓphetis ꝓmissus (& qr deus visita
uit plebẽ suã) Ly. mittendo eis saluatorem.
¶ Circa hoc euangeliũ vbi dr noli flere. Que
ritur vtrũ de amici morte aliquis licite possit
legere. Rñdet q̃ sic: sed moderate. Sic mar
tha & maria magdalena fleuerũt sup lazaꝝ
frẽm suũ defũctũ quẽ postmodũ xp̃s a mort
suscitauit. Scdo q̃ritur vtrũ magis flẽdum
sit p morte aie q̃ corporis. Rñdetur q̃ sic q̃
quãto aĩa est nobilior corpore: tanto magis
est dolẽdũ de morte aie q̃ de morte corpori
Un̄ aug. Maius est dãnũ de amissione vni
aie q̃ mille corpoꝝ. Un̄ bern. Totus mũdꝰ
ꝑciũ vniꝰ aie estimare nõ pt. Sz vt dicit A
gu. Mirabilis miseria in hoibus apparet: q̃
cũ moritur homo scdm corpus oẽs amici c
ueniunt et plorant: sz cum moritur scdz aia
nullus plorat. A corpore mortuo nõ recedũ
donec sepulture tradat. Aie do mortue nullꝰ a
sistit: nullus curat eam ad vitã reducere: v
rũ tot facerẽt amici p aĩa resuscitanda qu
facerẽt si possent amicũ mortuũ ad vitã re
care. Tercio queritur q̃ debent nos consol
ri sup morte pueroꝝ & ↄsãguineoꝝ. Rñde
q̃ ad hoc valẽt q̃tuor ↄsideratões q̃s fere o
tangit btũs hiero. in quadã epla. Pria ẽ
sideratio diuine voluntatis cui debemꝰ n
in oibꝰ ↄformare. vñ Seneca in epla ad l
ciliũ Placeant hoi q̃cq̃d deo placent In sig
huiꝰ quotidie oramus. Fiat volũtas tua
cut in celo et in terra. nam credere debem
q̃ deus in meliori statu hoiem reuocat. S
bonus est ne malus fiat: si malus ne peior
ficiatur. Secunda ↄsideratio est diuine eq
tis: qr licitũ est vnicuiq̃ qd suũ est repeter
Deus enim hz ius et potestatẽ repetẽdi p
ros & consanguineos tuos: qr ipsius sunt
psal. Ipse fecit nos & non ipi nos. Insup t
nemur deo soluere debitũ morti: qr oẽs sum
ad mortẽ astricti: vt patet Geñ. ii. ca. Qu
q̃ die comederis ex eo morte morieminĩ
Heb. ix. Statutũ est hoibus semel mori. T
cia cõsideratio est diuine dispositionis: q̃
uit q̃diu expediat homini hic viuere: qũ
ri. Un̄ Aug. in libro soliloquioꝝ De sal
corporis mei q̃diu michi sit vtile nescio.
dñe hoc cõmitto. Sic etiã btũs martinu
cit dicẽs. Dñe si adhuc populo tuo sum ne
carius nõ recuso laborẽ: fiat voluntas tu
O homo attende diligẽter quomodo tu
mundus plenus est tribulatiõibꝰ & miser
Hoc patet: qr nunc frigus: nũc estus: fa
et sitis: sanus & infirmus letus et tristis
et fletus: diues & pauper viuus: & mortu
pz Job. xiiii. Nũq̃ i eodẽ statu ꝑmanet

Job. xiiii. Homo nat⁹ de muliere breui viuēs
tpe repletur multis miseriis. vñ refert. So-
linus de barbaris: q₃ qñ pueri nascunt̄ tunc
magnū planctū faciūt. & qñ moriunt̄ magnū
festū. Et beatus Hiero. refert de quadam ter-
ra vbi vxores cum maritis sepeliūtur: eligē-
tes poti⁹ mori ꝙ̄ miseria viuere. Quarta cō-
sideratio est inutilitatis et dānificationis: q₃
luctus et tristicia dānificāt hoīem in corpore
et ī aīa scđm illud Eccle. xxx. ca. Multos occi-
dit tristicia ⁊ non est vtilitas in ea. vñ Pro-
uer. xxv. Sicut tinea vestimentorū vermis li-
gno: ita tristicia nocet cordi Etiam nocet aīe
defuncte: q₃ tales propter nimiam tristiciam
erunt indeuoti ⁊ indispositi ad orandū ⁊ suf-
fragandū aīabus. Et sic aīe puerorū ⁊ cōsan-
guineorū retardant̄. Exēplū de hoc quere in
promtuario exēplorū discipuli. xcviii. P. Qui-
ta ɔsideratio est future resurrectionis in qua
lete ad vitam reducetur ꝙ̄ hic deplangitur.
Unde prime ad Thessa. iiii. ca. Nolum⁹ vos
ignorare de dormientib⁹ vt nō ɔtristemini si-
cut ceteri q̄ spem non hñt. Nam ꝗlibet xp̄ia-
nus credere debet resurrectionē Et si hic cha-
rus ⁊ fidelis tibi fuit millesies tibi charior e-
rit in celo. Et si hic tibi vtilis fuit: millesies
tibi vtilior erit in celo q₃ oīa merita tecū cō-
diuidet. Unde Anselmus. Unusquisq₃ tantū
gaudet de alterius merito: sicut de suo ꝓprio

¶ Dominica. xvi. post penthe. Euangelium
Secundum Lucam. xiiii.

IN illo tēpe. Cū intraret ie-
sus in domū cuiusdā prī-
cipis phariseorū sabbato mā-
ducare panē: ⁊ ipsi obseruabāt
eū. Et ecce hō quidā idropicus
erat ante illū Et respōdens ie-
sus dixit ad legisperitos ⁊ pha-
riseos. Si licet sabbato curare
At illi tacuerūt Ipse vero ap-
prehensū; sanauit eū ac dimisit Et
respondens ad illos dixit Cui⁹
vēm asinus aut bos ī puteum
cadet: ⁊ nō cōtinuo extrahet il-
lū die sabbi? Et nō poterāt ad
hoc respondere illi. Dicebat āt
ad inuitatos parabolā intendēs
quomodo primos accubit⁹ eli-
gerēt: dicens ad illos. Cū inui-
tatus fueris ad nuptias nō di-
scūbas in prīo loco: ne forte ho-
noratior te sit inuitatus ab eo.
⁊ veniēs q̄ te ⁊ illū vocauit di-
cat tibi. Da huic locū Et tūc in-
cipias cū rubore nouissimū lo-
cū tenere. Sz cū vocat⁹ fueris
vade et recūbe nouissimo loco
vt cū venerit q̄ te inuitauit dicat
tibi. Amice: ascende superius.
Tūc erit tibi gloria corā simul
discūbētib⁹ Qr oīs q̄ se exaltat
humiliabit: ⁊ q̄ se humiliat exal-
tabitur.

Postilla.

¶ In illo tēpore. Cū intraret ie-
s⁹ in domū cuiusdā. Lu. xiiii. Mat. xii. Hoc si-
gnū ⁊ hāc phariseorū increpationē fecit dñs ie-
s⁹ ãno ei⁹: xxxii. sab. v. nonas octob. lūa. xiii.
indictiōe. v. Ad initiū h⁹ euāg. scribit sctūs lu-
cas in pre. ca. q quidā dixit ad iesū Dñe si pau-
ci sunt q̄ saluāt. Ipse aūt dixit ad illos. Cōte-
dite intrare p angustā portā: q₃ multi dico vo-
bis q̄rent intrare ⁊ nō poterūt. Cū aūt intra-
uerit paterfamilias ⁊ clauserit hostiū incipie-
tis foris stare ⁊ pulsare ad hostiū dicētes Dñe
aperi nobis Et ridēs dicet vobis. nescio vos
vñ sitis. Tūc incipietis dicere māducauimus
corā te ⁊ bibim⁹ ⁊ ī plateis nr̄is docuisti: ⁊ di-
cet, vobis: nescio vos: vñ sitis. discedite a me
operarii iniquitatis. ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dētiū. Et
tūc postmodū sequitur euāg. hodi. (Cū intraret
ies⁹ ī domū cuiusdā p̄ncipis phariseorū) Scđz
ī domo p̄ncipis phariseorū ⁊ aliorū aduersari-
orū suorū comedit xp̄s ⁊ hoc ꝓpter eorū edifi-
cationē ⁊ et ꝓpt ɔferre caritatē ostēsionē q̄ ē di-
ligere inimicos vt p₃ Luc. vi. Diligite inimi-
cos vrōs. ⁊c (sab. māducare panē) Scđz nole
panis vite necessaria designant Intrauit āt
ad comedēdū nō fercula voluptatis: sz panē
necessitatis. L.y. Iste p̄nceps phariseorū inuita-
uit xp̄m maliciose et non deuotiōe vñ subdit
(⁊ ipsi obseruabāt eū) L.y. attendentes si iter

epulas aliq̄d diceret aut faceret vñ eu possēt accusare. (et ecce hõ q̄dã ydropicus) Ly. ydropicus dr̄ ab ydros qđ est aqua: q2 ydropicus hꝫ aquã inter carnẽ et cutẽ. et hoc est ꝓpriũ ydropici ꝙ quanto plus bibit tãto plus sitit (erat ante illũ) Cirillus dicit ꝙ ille non petiuit a xp̄o sanari timore phariseorũ et inuerecũdie: sꝫ solũ se oñdebat: vt xp̄s videns eũ eius misereret. (et r̃ndẽs xp̄s ad legisꝑitos et phariseos) Ly. nõ r̃ndit ipis ad vba. q2 q̄stio nõ ꝓponebat. sꝫ ad cogitatões eorũ respõdit. vñ Beda. Per hoc oñdit se esse verũ deũ q̄ solus nouit corda hoim. (si lꝫ sabbato curare) Gl'. i. si lꝫ opera pietatis et mie facere sine sabbati violatione cuiusmodi opus est infirmũ curare. (at illi tacuerũt) Beda. Merito tacẽt q̄ contra se dictũ q̄cq̄d dixerint vidẽt. Si eñi lꝫ sabbato curare cur ipsũ obseruãt. si nõ licet cur pecora curãt. (Ipe vero apphensum sanauit eũ) Ly. q2 ꝑ impositionẽ manus ipꝫ curauit et postmodũ manũ retraxit. (ac dimisit) s. abire corporalr̄ sanatũ. (et r̃ndens ad illos dixit cui' vestrũ asin' aut bos in puteũ cadet et nõ ꝯtinuo extrahet illũ in die sabbati.) Glo. q. d. si sabbatũ nõ frãgitis subueniẽdo pecoribꝫ q̄to mĩ' frãgo ipꝫ subueniẽdo hoibꝫ. (et nõ poterãt ad hec r̃ndere illi) Ly. tãq̄ ꝯfusi euĩdẽti rõne. Sꝫ notandũ ꝙ magna fuit phariseorũ malicia: q2 pl' curabãt de aĩalibꝫ q̄ de hoibꝫ. Sic et multi plebani et ꝑlati maiorẽ curã hñt de rebꝫ tp̄alibꝫ q̄ de aĩabꝫ. vñ Criso. Cadit asina et eã q̄s subleuet ꝑit aĩa et nõ est q̄ recogitet. (Dicebat aũt ad inuitatos parabolã istã) Ly. ꝯfutãdo eos de supbia et ãbitione indebita. (intẽdẽs quõ ꝑrios accubit' eligerent) Glo. i. quo de ꝑmis accubitis obtinẽdis laborarẽt. (cũ inuitat' fueris ad nuptias) Cirill' ad nuptias celestes: de q̄bꝫ dr̄ Apoc. xix. Bt̄i q̄ ad cenã agni nuptiarũ vocati sunt (nõ discũbas in ꝑmo loco.) Ille in ꝑmo loco discũbit: q̄ se in corde ꝑfert aliis sicut phariseus q̄ dixit. Nõ sũ sicut ceteri hoĩs. Scđo dignitatẽ seu ꝑlaturã indebite ãbiendo: sicut lucifer. vñ Isa. xiiii. Ero similis altissimo. (ne forte honoratior te sit inuitat' ab eo: et veniens is q̄ te et illũ inuitauit dicat tibi. da huic locũ: et tũc incipias cũ rubore). i. cũ ꝯfusione nouissimũ locũ tenere. sꝫ cũ vocat' fueris ad nuptias vade et recũbe i nouissimo loco) s. minorẽ te aliis reputãdo. sicut aplũs fecit q̄ dixit Ego sũ mĩn' aplõrũ. (vt cũ venerit q̄ te inuitauit dicat tibi. Amice ascẽde superi'). s. in p̄nti ꝑ grãz et i futuro ꝑ gl'iaz (et tũc erit tibi gloria corã sĩl' discũbẽtibꝫ). i. in eadẽ btĩtudine

rectionē iesu xpi ex mortuis) p quā hēm⁹ cer-
titudinē future glorificatiōis. qz cū esset ī-
passibilis sicut et nos ad vitē imortalē resur-
rexit. Et qz filij adoptiui hn̄t ius in heredi-
tatē) Glo. in futuro hn̄dā (incorruptibilem)
s. p. nā hereditas celestis nūqz deficiet (incō-
taminata) qz nihil imūdū recipit (et imarces
sibilē) nā suū decorē nūqz minuit (cōseruatā
in celis.) Beda Nō in p̄nti dandā: sz tpe fi-
nito reddēdā (i vobis). i. per illud qd i vobis
est p gr̃am et liberū arbitriū: et per bōa me-
rita vr̄a (q custodimini in virtute dei) nō vi-
stra. vn̄ ps. cxxvi. Nisi dn̄s custodierit ciui
tatē (per fidē) que facit hoies fortes ad perse
uerandum (in salutē) s. p. cōsequendā (para
tā reuelari) et ostēdi et dari que modo latet
(in tpe nouissimo). s. p. i. in finali iudicio. nā

porsus quo) scilicet tpe nouissimo (exultabi tis) scz eternaliter (modicũ nunc si oz contri stari) .L.y.i. temporaliter (in varijs tẽtatiõib⁹) Goz tã interiorib⁹ quo ad ipaꝝ multiplici- tatẽ. vñ ps. xxxiii. Multe tribulatiões iusto- rũ. et Actu. xiiii. Per multas tribulatiões oz nos intrare in regnũ celoꝝ (vt probatio fi- dei. vestre multo pciosior sit auro quod per ignẽ probatur) .L.y. sicut aurũ in fornace p- iectũ inde nõ deteriorat. sed purius et meli us efficitur: sic ꝛc. (inueniat) Goz. id ẽ cedat (in laudẽ hominum.) (et gloriam) angelo- rũ (et honorẽ) dei in reuelatione iesu xpi dñi nostri. in tempore iudicij quo christus mani festabit gloriam electorum.

¶ In festo scti Mathie apostoli.
Epystola. Actuum. i.

In diebus illis. Exurgẽs petr⁹ ĩ medio fratrũ dixit (Erat aũt turba hoĩm simul fe re cẽtũ vinginti) Uiri fratres oportet impleri scripturã quã pdixit spũs sctũs p os dauid de iuda q̃ erat dux eoꝝ q̃ cõprehen derũt iesũ q̃ cõnumerat⁹ erat ĩ nobis ꝛ sortit⁹ ẽ sortẽ ministe- rij hui⁹ Et q̃dẽ possedit agrũ de mercede iniq̃tatis ꝛ suspensus crepuit medius: ꝛ diffusa sunt omnia viscera eius Et notum factũ ẽ oĩb⁹ habitantib⁹ hieru- salẽ: ita vt appellaret ager ille lingua eorũ acheldemach: hoc est ager sanguinis Scriptũ est eñi in libro palmarũ. Fiat habi- tatio ei⁹ deserta: ꝛ nõ sit q̃ inha bitet ĩ ea ꝛ episcopatũ ei⁹ acci- piat alter Oportet ergo ex his viris q̃ nobiscũ sũt cõgregati ĩoĩ tpe quo intrauit ꝛ exiuit ĩt nos dñs iesus ĩcipiẽs a baptismate io his vsq; ĩ diẽ quo assũpt⁹ ẽ a no bis testẽ resurrectiõis ei⁹ nobis cũ fieri vnũ ex istis Et statuerũt duos: ioseph q̃ vocabat barsa- bas q̃ cognominat⁹ ẽ iust⁹ ꝛ ma thiã: ꝛ orãtes dixerũt. Tu dñe q̃ corda nosti oĩm ostẽde quẽ ele- geris ex his duobus vnũ accipe re locũ ministerij hui⁹ ꝛ apostola t⁹ de quo puaricat⁹ ẽ iudas vt abiret in locũ suũ Et dederũt sor tes eis: ꝛ cecidit sors super ma- thiã Et ãnumerat⁹ ẽ cũ vndeci apostolis.

Postilla.

¶ Exurgẽs petrus ĩ medio. ꝛc.

¶ Ante initiũ isti⁹ eple scribit sctũs Lucas in eodẽ cap. di. q̃ postq̃ xps in die ascẽsionis vidẽtib⁹ discipulis eleuatus est ĩ celũ Tũc oẽs illi reuersi sũt hierosolimã a mõte q̃ vocatur oliueti qui ẽ iuxta hierosolimã sabbati hñs iter. L.y.i. mille passus qz non licet iudeis in sabbato vltra tale spacium ãbulare (Et cuz introissent in cena ulũ ascendebãt petrus ꝛ iohannes et iacobus: andreas: philippus: et thomas: bartholomeus: ꝛ matheus: iacobus alphei. s. filius hoc dicitur ad dr̃am alteri⁹ iacobi qui fuit filius zebedei: ꝛ simon zelo- tes et iudas iacobi: hoc dicitur ad dr̃am iu- de pditoris. Hi oẽs erant perseuerantes vna nimiter in oꝛõne cũ mulierib⁹). L.y. deuotis que erant secute iesũ a galilea. Et maria ma ter iesu ꝛ fratribus eius. i. alijs de cognatio- ne iesu quorum erant ibi. ꝛc. Tunc statim se q̃tur pñs epla In dieb⁹ illis. L.y.i. tpe medio inter ascẽsionẽ dñi ꝛ pẽthecostes (Exurgẽs petr⁹) tãq̃ pncipalis (erat aũt turba hoĩz sil' fere centũ viginti Uiri frẽs oz ipleri scriptu rã quã pdixit spũs sctũs p os dd. Cui⁹ vbũ nõ põt eẽ fcm (de iuda qui fuit dux eorũ cõ- prehenderũt iesũ: q̃ cõnumeratus erat in no bis) L.y.i. vnus de duodecim apl'is (ꝛ sortit⁹ est sortem ministerij huius) L.y.a. i. dignita- tem apostolicã habuit per christi electionẽ: sicut dr̃ Joh. vi. Nõne duodecim vos elegi: et vnus ex vobis dyabol⁹ est. sors eñi aliq̃ñ accipitur p parte: sic accipitur hic: qz in par tẽ aplõꝝ vocat⁹ ẽ (ꝛ hic q̃dẽ possedit agrũ de mercede iniquitatis) L.y.i. possideri fecit

ab aliis qz triginta denarios qb⁹ iniq̃ xp̃z vẽ-
diderat in tẽplũ ꝓiecit: ex qb⁹ p̃ncipes sacer
dotũ emerũt agro ꝑ sepulturo ꝑegrinorũ: vt
hr̃ Mat xxvii. ⁊ etiã alii q̃ dicũt ꝙ iudas fuit
ibi sepult⁹. ⁊ sic possedit agrũ illũ(⁊ suspẽs⁹
crepuit medi⁹. Et diffusa sũt oĩa viscera ei⁹
Ly. vt pena rñderet culpe. Iustũ ei erat vt vi
scera q̃ tantã ꝓditionẽ cõceperãt enormiter
de vẽtre caderẽt(⁊ notũ factũ est). s. enorme
factũ inde(oib⁹ hitãtib⁹ hirlm ita vt appella
ret ager ille) s. empt⁹ de ꝑcio sanguis xp̃i(li-
gua eorꝫ) i. ꝑncipũ sacerdotũ q̃ emerũt agrꝫ il-
lũ(acheldemach hoc est ager sanguis. Scri-
ptũ est eñi i lib. ꝓorꝫ fiat cõmoratio. i. hitatio
(eorꝫ deserta: et nõ sit q̃ inhabitet in ea) Hoc
scribit in p. lxvii. In q̃ ꝑdixit dd̃ penã sacer
dotũ xp̃i mortẽ ꝓcurantiũ. In pena ei mortis
xp̃i tẽplũ et ciuitas hirlm fuerũt cõbusta ꝑ ro
manos ⁊ sacerdotes ꝑtim interfecti ⁊ ꝑtim ca-
ptiui(⁊ epyscopatũ ei⁹ accipiat alter(hoc hr̃
ꝑ. cviii. in quo dd̃ ꝑdixit penã iude ꝓditoris
q̃ xp̃z vẽdidit ꝑncipib⁹ sacerdotũ. Isto ei iu
iuda ꝑ suspẽsionẽ mortuo: mathias successit
ei. i. i aplat⁹ vl' epat⁹ dr̃ vñ iã epi successores
sũt aplorꝫ: vt dz in de. Et hoc est qđ dz hic: et
epatũ ei⁹ accipiat alr̃ sz sctũs Mathias(opz
ergo) ad reintegrãdũ nũerꝫ aplicũ(ex his vi
ris q̃ nobiscũ sũt ꝯgregati in oĩ tp̃e quo intra
uit ⁊ exiuit inter nos dñs ies⁹) Ly. s. q̃ ꝑ expe
rientiã nouerũt ꝯuersationeꝫ ei⁹ iesu xp̃i(inci
piẽs a baptismate Iohãnis vsq̧ in diẽ q̃ assũ
pt⁹ est a nobis) Ly. Nõ eñi legit iesũ docuis
se publice ⁊ miracula fecisse nisi postq̃ bapti-
zatus fuit a iohẽ(testẽ resurrectõis ei⁹ nobis
cum fieri vnũ ex istis: ⁊ statuerũt duos) Ly.
magis notabiles(Ioseph q̃ vocat⁹ est barsa
bas q̃ cognominat⁹ est iust⁹: ⁊ mathiã) Ly.
lz ei istos duos elegissẽt: vt notabiliores aliis
tñ ignorabãt q̃s eorꝫ eẽt dignior ad aplatuꝫ
ꝓpterea sup hoc implorauerũt diuinũ iudi-
ciũ(⁊ orãtes dixerũt. Tu dñe nosti corda oĩz
ostẽde quẽ legeris ex his duob⁹ vnũ accipere lo
cũ ministerii hui⁹ ⁊ aplat⁹ de quo ꝑuarica
tus est iudas: vt abiret locum suum: et dede-
rũt sortes eis) Beda super actus aplorꝫ. Ma
thias ante pentecostes ordinãdus sortẽ que-
ritur: quia nondum plenitudo spũssancti in
ecclesia effusa est. Septem aũt dyaconi post
ea non sorte: sed electione apostolorum sunt
ordinati: propter hoc prohibetur rationabili
ter tal' electio: extra de sor. c. vl. tñ si peccaue-
runt apostoli eligendo mathiaꝫ per sortem:
quia nondum erat prohibitum. Et quia hoc
fecerunt familiari consilio spiritussancti qđ
est trahendum ad ꝯñam(⁊ cecidit super ma
thiam) Ly. Iste ioseph fuit cognat⁹ xp̃i. ⁊ ti
sibi preposuit mathiam per hoc ostẽdens ꝙ ad
officia ecclesiastica non sunt homines ex con
sanguinitate promouendi(⁊ annumeratus
est cum vndecim apostolis

¶ In festo annunciationis beate marie vir-
ginis. Esaye xi. ca

EGredietur virga de radi-
ce iesse: ⁊ flos de radice
ei⁹ ascẽdet ⁊ reqescet sup eũ spi-
ritus dñi. spiritus sapiẽtie ⁊ in-
tellectus spiritus cõsilii ⁊ forti-
tudinis. spũs scientie ⁊ pieta-
tis: ⁊ replebit eũ spũs timoris
dñi. Nõ scdz visionẽ oculorꝫ iu-
dicabit: neq̧ scdz auditũ auriũ
arguet: sz iudicabit in iusticia
pauperes. ⁊ arguet ĩ eq̃tate ꝓmi
suetis terre. Et ꝑcutiet terrã vir-
ga oris sui: ⁊ spũ labiorꝫ suorꝫ
iterficiet ip̃iũ. Et erit iusticia
cĩgulũ lũborꝫ ei⁹: ⁊ fides cĩcto-
riũ renũ eius. Postilla

¶ Egredietur virga de radice iesse
Sciendũ ꝙ ista prophetia exponitur ad lra
de xp̃o a doctorib⁹ catholicis: iudei tñ adhuc
expectãt futureꝫ qđ nos xp̃iani dicimus ad
impletũ in xp̃o iesu. Et scdm hoc dz hic(hec
dicit dñs. Egredietur virga de radice iesse
Lyra. i. virgo maria q̃ dz virga gracilis ꝑ pa
ꝑtate ⁊ humilitate: flexibilis pietate(⁊ flos de
radice eius ascendet) i. xp̃s q̃ dz flos ratione
puritatis: qm̃ nullũ pctm̃ actuale seu origi
nãle habuit in eo locũ. i. Pe. ii Qui pctm̃ nõ
fecit: nec inuẽtus est dolus in ore eius. Et
ꝓtulit fructũ nostre salutis. Et dz ascẽdere de
radice iesse qz pater dauid vocatus fuit ille
et iesse: xp̃s aũt descendit de dauid(et requie
scet super eum spiritus dñi) Ly. qz in bapti
smo eius apparuit spũs sctũs in spẽ columbe
per eum. Mat. iii. ad designandũ plenitudi
nẽ oĩs grẽe in eo(spũs sapiẽtie) Lyra. i. doctrĩ
sapie vl' spũs q̃ ẽ sapia(⁊ itellect⁹. spũs ꝯsilii
fortitudis: spũs scie ⁊ pietat: ⁊ replebit eũ spũs
timoris dñi) Ly. ista oĩa dona ꝑfectissime fuer

aia xp̄i que fuit p̄fectissima in oībus donis ⁊ charismatis spūssancti (nō secūdm visionē oculoꝝ) corporalium iudicabit: qꝛ xp̄s per sciaꝫ suam cognoscit oīa que sūt fuerūt vel erūt q̄ tuncūqꝫ sunt occulta: qꝛ hō videt ea que patent deus aūt intuetur coꝛ: neqꝫ secūdm auditum auriū arguet. L.y.i.nō indigebit edoceri de veritate ab aliquo: qꝛ per ipꝫ cognoscit. Vñ Joh.ii. Opus ei nō erat vt quis testimonium phiberet de hoīe. Ipse eī sciebat q̄d esset in hoīe (sed iudicabit in iusticia pauperes).s.euangelicos iudicās eos diuitiis celestibus dignos. vñ Mat.v. Beati paupes spiritu: qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ (⁊ arguet in equitate p mansuetis terre) L.y. quod fuit ipletū qñ phariseos arguit p apl'isquos notabant false de transgressiōe sabbati.s.qñ euellebāt spicas manibus in die sabbati (⁊ pcutiet terram).i.hoīes terrenos (virga oꝛis sui).i.doctrina sua arguendo eoꝝ pctā ⁊ spū labioꝝ suoꝝ interficiet impiū. L.y.i.antichristū scḋꝫ q̄ dr̄.ii ad Thesso.ii. Et tunc reuelabit ille iniquus quem dñs iesus interficiet spū oꝛis sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui. Et erit iusticia cingulū lumboꝝ eius: ⁊ fides cinctoꝝ renū eius. L.y.i.iusti et fideles adherebunt sibi sicut cingulū ⁊ lūbare adherēt homini.et hoc patet impletum in apostolis aliisqꝫ discipulis et fidelibus sibi per fidem ⁊ caritatem adherentibus.

¶ Item in eodē festo. Isa.vii.cap.

IN diebus illis Locut⁹ ē dñs ad achā dicens. Pete tibi signū a dño deo tuo in pfūdū īferni siue ī excelsū supꝛa. Et dixit achaz. Nō petā ⁊ non tētabo dñm Et dixit Audite ergo dom⁹ dauid Nunq̇d parum vobis ē molestos esse hoīb⁹ qꝛ molesti estis ⁊ deo meo: Propt hoc dabit dñs ipse vobis signū Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit nomē ei⁹ ēmanuel Butyꝛū ⁊ mel comedet vt sciat repꝛobare malū ⁊ eligere bonū. Postilla.

¶ In dieb⁹ illis. Locut⁹ ē dñs Ista scriptura Isa: pphetie loquit de dño iesu xp̄o vñ dr̄ (In dieb⁹ illis).s. qñ Isa. pphetizauit Locut⁹ est dñs p isa. pphetā ad achā q̄ fuit ydolatra pessimus ⁊ regnauit.xvi.annis ī ihelm. cui Isa.prophā p̄dixit liberationē populi ⁊ potētiā duoꝝ regū.s. regis syrie et regis samarie p quā liberationē figurabatur vera liberatio gn̄is hūani de ptāte hostis antiqui. Verūtñ qꝛ achā credere noluit Tūc dixit isa. Pete tibi signū liberatiōis tue ⁊ populi tui ab hostib⁹ (a dño deo tuo) L.y. vñ ab ydolisque tu colis (in pfundū inferni) scꝫ vt aliqs reducat ab inferis ⁊ annūciet tibi sicut factū fuit ī trāsfiguratiōe dñi: qñ venit moyses ab inferis ⁊ apparuit cū helya q̄ adhuc est in paradiso siue in excelsū supꝛa ac si dicat. Si vis hēre signū de celo sicut hūit Ezechias rex qñ sol decē ligneis retrogress⁹ est: et ipse iosue qñ sol et luna steterāt in bello gabaon Et dixit achā nō petā. Siquidē achā signuꝫ petere renuit ne in signo gloꝛificaret dñs: et vilipenderetur ydola q̄ colebat. et iō dixit nō petā ⁊ vt excusationē hēret nō petēdi subiunxit (⁊ nō tētabo dñm) ac si diceret. Si peterē signū tentarē deū ⁊ facerē cōtra legē q̄ dixit Deut.iiii. Nō tētabis dñm deū tuū Sꝫ ecōtra iussus fuit petere debuissꝫ. Tñ alia translatio hꝫ Nō petā: et nō exaltabo dñm.q.d. Nolo vt dato signo exaltetur de⁹ ppter qḋ Isa. pphā intulit di. Et dixit Audite ergo dom⁹ q.d. Rex nō vult audire.audiatis dom⁹ israel. Nūq̇d paꝛ vobis ē molestos esse hoībus.i.pphetis quos sepe molestabāt deridēdo/affligendo/⁊ occidēdo. vt pꝫ.iiii. Regum.⁊.ii. Parali.in plibus locis: qꝛ molesti estis ⁊ deo meo.s.signū ab eo oblatū renuēdo ne nomē ei⁹ glificetur (Propter hoc).s.ad declarationē nō solū p̄cipalr (dabit dñs ipse vobis signū.s liberatiōis vr̄e: q̄uis sitis ingrati: qꝛ deus multa bona fecit iniustis: et ingratis: vt dr̄ Mat.v. Pater vester celestis solē suū oꝛiri facit sup bonos et malos ⁊c. Ecce virgo cōcipiet et pa fi. L.y. B'tā virgo maria xp̄i bis deū nūciata q̄ cōcepit ⁊ pepit manēs v'go (Et vocabitur nomē eius ēmanuel) q̄d est iterptatū nobiscū de⁹ (Butyꝛū ⁊ mel comedet) L.y. hoc dr̄ ad denotādū verā ei⁹ hūanitateꝫ: qꝛ talibus nutritur hō maxīe in pueritia: (vt sciat repꝛobare malū ⁊ eligere bonū (Nā ipsius xp̄i infantia nō minuit eius sapientiaꝫ: nec plus sciuit adultus q̄ paruul⁹: sed pl⁹ ostendit sapientiam suam adultus q̄ paruulus.

¶ In festis aploꝝ philip. ⁊ Iac. Sap. v. ca.

Stabūt iusti in magna ꝯstancia aduersus eos q̄ se angustiauerūt: ⁊ q̄ abstulerūt labores eoꝝ Uidētes turbabunt timore horribili ⁊ mirabunt i subitatiōe isperate salutis dicentes intra se penitentiā agētes: ⁊ pre angustia spūs gemētes. Hi sūt quos aliquando habuim⁹ i derisū: ⁊ i similitudinē improperii Nos insēsati: vitā illoꝝ estimabam⁹ insaniā ⁊ finē illoꝝ sine honore Ecce quō cōputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illorū est.

Postilla.

¶ Stabūt iusti i magna cōstātia ⁊c. A.y. s. tp̄e iudicii (in magna cōstātia:) q꞉ ꝯfecte iudicabūt (aduersus eos q̄ se angustiauerunt) A.y. inferēdo nocumētū eis in gehēnis (⁊ qui abstulerūt labores eorū) eis nocendo in rebus tēporalib⁹ (Uidentes autē turbabūtur timore horribili: et mirabuntur in subitatiōe isperate salutis dicētes) A.y. q꞉ videbunt iustos gl'iosos in cor̄pe ⁊ aīa qḋ nō crediderūt futurū ⁊ pre āgustia spūs gemētes intra se pn̄iam agētes: q꞉ sine fructu tūc q꞉ sūt extra statū meriti ⁊ demeriti: tū q꞉ nō dolent ꝓpter offensā dei: sed ꝓpt penas inferni (Hi sūt quos aliqñ hūim⁹ in derisū .s. in pn̄ti vita ⁊ in silitudinē iproperii) A.y. q꞉ iproperātes aliq̄bus ponebāt xp̄ianos in exemplū dicētes. ita miser fiat. sicut talis xp̄ianus vel iust⁹ (Nos insēsati) A.y. p ignorantiā futuroꝝ bonoꝝ vitā illorū estimabam⁹ insaniā eo q̄ cōtēnebāt t̄palē felicitatē ⁊ ꝓsperitatē. ⁊ finē illoꝝ sine honore q꞉ moriebant in ꝯtēptu pn̄tis quō cōputati sūt int̄ filios dei. i. inter angelos et inter sanctos sors illoꝝ est ad quorum consortiū tunc erunt assumendi cum corpore et anima.

¶ In inuētiōe sc̄tē crucis Ad philip. ii. cap.

Fratres. Hoc sētite i vobis ⁊c.

Require supra in dn̄ica in ramis palmarum.

¶ In vigilia sc̄ti Io. bap. lec. ie. prophē. i. c.

In diebus illis. Factū est verbū dn̄i ad me dicens. Priusq̄ te formarē vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires de ventre sāctificaui te: ⁊ prophetā i gētib⁹ dedi te. Et dixi. A a a dn̄e deus ecce nescio loq̄ q꞉ puer ego sum Et dixit dn̄s ad me Noli dicere q꞉ puer ego sū: quoniā ad oīa q̄ mittā te ibis ⁊ vniuersa quecū q꞉ mandauero ibi loqueris. Ne timeas a facie eorū: q꞉ ego tecū sū: vt eruā te dicit dn̄s Et misit dn̄s manū suā ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit dn̄s ad me Ecce dedi verba mea i ore tuo. Ecce cōstitui te sup gentes ⁊ super regna: vt euellas ⁊ destruas ⁊ disperdas ⁊ dissipes et edifices ⁊ plantes dixit dn̄s oīpotēs.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis Factū ē verbū dn̄i ⁊c. Notādū q̄ lz hec epl'a ꝓ̄tū ad l'ām sit de hie. ꝓphā. tn̄ pōt adaptari cuilz alii ꝓphe ⁊ q꞉ io. ba. nō solū fuit ꝓphā: sz pl⁹ q̄ ꝓphā. iō pn̄t intelligi oīa q̄ hic dn̄r de ip̄o io baptista dicit ergo q̄ priusq̄ te formarē i vtero noui te. s. notitia p̄destinatiōis q̄ est ab etno ⁊ anteq̄ exires de vulua sc̄tificaui te purgādo ab originali pctō i vtē° m̄ris ꝑ gr̄am sc̄tificātē ⁊ ꝓphām i gētib⁹ dedi te. nūc tibi offm̄ ꝓphetādi iponēdo: ⁊ q꞉ officiū est magnū. iō subdit excusatio hie. Et dixi a a a dn̄e de⁹. ⁊ dicūt aliqui expositores q̄ hic ter ponit a. q꞉ hic ē se excusat a tāto offō ꝓp triplicē d̄fectū. s. etatis scie ⁊ eloq̄ntie q꞉ adhuc erat iuuēis. Sz hec expō ꝓcedit ex ignorātia hebraici sermonis. vbi ponit hic vna dcō vbi dē aha. ꝯposita ex tribus lr̄is. s. aleph he. ⁊ he q꞉ bis ponit hec lr̄a ei he aliqñ sonat in hebreo sicut i latino et ē ista dcō iteriectio dolētis vel admirātis Sz q꞉ de⁹ pōt supplere oēm defectū iō subdit noli dicere puer sū ⁊c. q. d. potēs sū oēm tuū defectū supplere te ab expugnatiōib⁹ eorū quos tu formidas ꝓtegere Scriebat aūt hie

remias q̄ pphē q̄ añ eū fuerāt ꝑsecutiōes vl ad morte sustinuerant maxīe tp̄e manasse regis vt hꝫ. iiii. reg. Et subdit instructio offi- cii cū dr (Et misit r dn̄s manuz suā et tetigit os meū) Uidit eñ ymaginaria visiōe quasi ī similitudinē hoīs dei represētantis os hier. ma nu sua tāgētē. ⁊ itellexit q̄ p hoc designabat colla. io pphetie sibi a deo date. iō subdit Et ee dedi verba mea ⁊c. Et qꝫ hiere. nō solū p- phetauit cōtra regnū iude. sed etiā alia plu: vt pꝫ intuēti oēs suas pphetias. iō subdit Ecce cōstitui te ⁊c. vt euellas. i. euellendo tenē tes inde trāsferēdos hītatores (Et destruas) q̄tū ad occidēdos (⁊ disperdas) q̄tū ad fugi entes per diuersas vias (⁊ dissipes) q̄tuz ad morientes in fuga vel captiuitate os reedifi- candos ⁊ plātandos in terra sua q̄d impletū fuit tp̄e cyri qui dedit pplo licētiā redeūdi ī terrā suā ⁊ reedificandi tēplū Et etiā tp̄e ar thaxerxis q̄ dedit licentiā neemie reedificā ī di ciuitatē hierlm: vt hꝫ. i. esd. i. ca. ⁊ neemie. i.

¶ In festo sctī Joh. bap. Isa. xlix.

HEc dicit dn̄s de⁹. Audite insule: ⁊ attendite populi delōge. Dn̄s ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recor- dat⁹ est noīs mei. Et posuit os meū quasi gladiū acutum: sub vmbra man⁹ sue ꝓtexit me et posuit me sicut sagittā electā. In pharetra sua abscōdit me: ⁊ dixit michi Seru⁹ meus es tu israel: qꝛ ī te gloriabor. Et nūc hec dicit dn̄s formās me ex vte ro seruū sibi: dedi te ī lucē gētiū vt sis sal⁹ mea vsqꝫ ad extremū terre Reges vidēbūt ⁊ cōsurgēt principes et adorabūt dn̄z deū tuū ⁊ sāctū israel q̄ elegit te.

Postilla.

¶ Hec dicit dn̄s deus. Audite insule et attendite populi delōge ⁊c. Añ ini- tium huius prophetie hētur q̄ eū educere dn̄s filios israel de egypto aquā de petra p dixit e. s. i deserto: scidit petrā et fluxerūt aq̄ Nō est pax impiis dicit dn̄s. Tūc statim seq̄ tur presens lectoque pncipale exponit de xp̄o (Hec dicit dn̄s deus Audite insule) Glo. or. sub insularꝫ noie. alloquitur dn̄s de⁹ in per sona filii ecclias de gentib⁹ collectas (⁊ atten dite populi delōge). i. ab extremis terre (Dn̄s ab vtero vocauit me: de vētre matris mee re cordat⁹ est noīs mei) Ly. hoc dicit in perso- christi hoīs: de quo adhuc exñte ī vtero matris dixit dn̄s per angelū suū ad ioseph. Mat. i. Uocabis nomē ei⁹ iesū. Ipse eñ saluū faciet pplm suū a pctīs eoꝝ (et posuit os meuz q̄si gladiū acutū) Lyꝛ. in quo notatur efficacia verbi xp̄i ad extirpādū vicia (in vmbra ma- nus sue) i. d est ꝓtectiõe sue (ꝓtexit me) n̄ eñ fuit captus a iudeis. nisi q̄ñ voluit se sponte obtulit vt pꝫ Johā. xviii. Dixi vobis qꝛ ego sum: si ergo me queritis: sinite hos abire (et posuit me sicut sagittā electā) in hebre habe tur clarā. i. limatā per hoc intelligit puritas et claritas doctrine ip̄i: (in pharetra sua). i. in sua ꝓuidētia (abscondit me). i. vsqꝫ ad tp̄s reuelatiōis mee et dixit michi. Seruus meus es tu rōne hūanitatis in q̄ ua accepit formā serui: vt pꝫ Philip. ii. Semetipm exi nanit formā serui accipiens (israel) sic noia- tur xp̄s qꝛ de pplo isrłn ortus (qꝛ in te glori abor) per miracula diuine ptātis excellentie demonstratiua (et nunc dicit dn̄s formans me ex vtero seruum sibi) Ly. qꝛ ab instanti ī incarnatione fuit diuinitus corpus xp̄i for- matū et animatum. sic extunc perfectus fuit xp̄s in oībus scientiis et carismatibus (dedi te in lucē gentiū) Ly. et hoc per susceptionez luminis fidei (vt sis salus mea) id est a me missa et data (vsqꝫ ad extremū terre) Ly. ⁊ hoc modo dicit xp̄s apostolis Actuum primo Eri tis michi testes in hierusalē: ⁊ in omni iudea et samaria: et vsqꝫ ad vltimum terre. (Re- ges videbunt) Ly mirabilia in virtutem dīs xp̄i fienda per apostolos et eorū successores (⁊ ꝯsurgēt pncipes) ad statū fidei xp̄iane q̄d maxie paruit tp̄e cōstātini (⁊ adorabūt dn̄m deū tuū ⁊ sctm isrł. s. deuz pxm (q̄ elegit te) Ly. s. xp̄m hoiem ad op⁹ redēptiōis hūane.

¶ In vigilia apostolorum petri ⁊ pauli Le ctio actuum apostolorum. iii. capitulo.

IN diebus illis. Petr⁹ ⁊ io hānes ascendebant ī tē- plū ad horā orationis nonam. Et q̄dam vir q̄ erat claudus ex

vtero m̄ris sue baiulabat quē quotidie ponebāt ad portā tē- pli que dr̄ speciosa: vt peteret elemosinā ab introeuntibus ī tēplum Is cū vidisset petrū et iohannē incipientes itroire in tēplum: rogabat vt elemosynā acciperet. ītuens aūt ī eū petr⁹ cū iohāne: dixit Respice in nos At ille intēdebat ī eos sperans se aliq̄d accepturū ab eis. Pe- trus aūt dixit. Argentū ⁊ aurū nō est michi. qd̄ aūt habeo hoc tibi do. In nomīe iesu xp̄i naza- reni surge ⁊ āmbula Et apprehē- sa manu eius dextera alleuauit eū Et ꝑtinus cōsolidate sūt ba- ses ei⁹ ⁊ plāte ⁊ exiliēs stetit ⁊ ā- bulabat Et intrauit cū illis ī tē- plū āmbulans ⁊ exiliens ⁊ laudās deū Et oīs popul⁹ vidit eū ābu- lantē ⁊ laudantē deū Cognosce- bant aūt illū qm̄ ipse erat q̄ ad elymosynā sedebat ad speciosā portā tēpli. Et repleti sunt oēs stupore ⁊ extasi: ī eo qd̄ contige- rat illi.

Postilla.

¶ In dieb⁹ illis Petr⁹ ⁊ iohā- nes ascendebant in templū. ⁊c. In hoc capi. ponitur petri apl'i predicatio adiuncto mi- raculo. Et diuiditur p̄ns epl'a in duas ptes q̄m in prima ponitur operatio miraculi. In scd̄a vero petri predicatio. Circa primū no- atur hora: cū dr̄ (Petr⁹ aūt et iohānes ascē- debāt in tēplū) .i. in atrium mūdoꝝ: qd̄ erat orationis locus (Ad horā orationis nonam) Tribus eīm horis in die orabāt iudei. vn̄ dr̄ Dan̄. vi. q̄ daniel trib⁹ tp̄ibus in die orabat cōtra hierusalē. s. mane: hora nona: ⁊ vespere (Et q̄dā vir q̄ erat claudus ex vtero matris sue) ex quo miraculum fuit euidēti⁹ q̄ si fuis- set claudus ex aliquo accidente (baiulabat) q2 nō solū erat claudus: sed etiā sic cōtract⁹ q2 nō poterat incedere (quē ponebāt quoti- die ad portā tēpli que dr̄ speciosa) Ista vt di- cūt aliqui est illa porta sublimis quam edi- ficauit ioathā rex iuda. ii. Para. xii. Sz si in- telligerent de porta eadē numero quā edifi- cauit ioathā nō est verū. nā illa fuit cōbusta per chaldeos. iiii. Reg. vl. Potuit tamē alia in eodē loco reedificari ad similitudinē prio- ris et retinuit nomē antique (vt peteret ele- mosynā ab introeūtibus) sicut cōsuetū est ta- libus q̄ non p̄nt lucrari victū suū. Cetera pa- tent vsq3 ibi (Respice in nos) i. ꝯsidera nos pauperes nichil tibi dare valētes vt dicunt aliqui. Et videtur hoc glosa interlinearis dicere: sed saluo iudicio meliori videtur ali- ter dicendū. Si eīm petrus sic ei r̄ndisset spē recipiendi aliq̄d ab eis sibi non dedisset: sed magis contrariū: ⁊ tn̄ subditur. (At ille intē- dēs in eos sperās se aliq̄d accepturū ab eis) Ideo dicēdū q̄ petrus et iohānes q̄ erāt val- de misericordes respexerūt eū clemētib⁹ ocu- lis cogitātibus sibi melius dare q̄ȝ petebat. Ideo dixit ei petrus (Respice in nos) nō no- stra. ꝑpter quod subditur (Argentum ⁊ au- non est michi) Memor illius precepti. Nolite possidere aurū et argētū. ⁊c. vt dicit glo (Qd̄ autē habeo hoc tibi do) Quod eīm p amicos possumus quodāmō p nosipsos possum⁹. iii. Eth. Sanitatē āt illā poterat petus dare vir- tute dn̄i sui ⁊ amici iesu xp̄i Idō subditur (In noīe iesu xp̄i) .i. in virtute eius (surge ⁊ am- bula (neutrum eīm illoꝝ ante poterat facere (Et protinus cōsolidate sunt bases eius) .i. crura ⁊ tibie quibus innitit corporis pond⁹ ⁊ plante) .i. pedes vsq3 ad vltimam superficiem (Et exiliēs stetit ⁊ ambulabat) in quo ostēdi- tur curatio perfecta: quia in instanti: quā so- lus de⁹ pōt facere (Et intrauit cū illis in tē- plū) vt redderet deo grās de tanto bn̄ficio. Cetera patēt ex l'ra ipa vsq3 ī finē epl'e p̄ntis

¶ In festo beatorum petri et pauli aposto- lorum. Actuum. xii ca.

In dieb⁹ illis Misit hero- des rex man⁹: vt affligē- ret quosdā de ecclesia Occidit aūt iacobū fratrē iohānis gla- dio Uidens aūt q2 placeret iu- deis: apposuit apprehendere et petrū (Erant autē dies azimo-

rū) Mux cū apphēdisset: misit
i carcerē (Tradēsq3 quaternioi
b9 militū custodiendū: volens
post pascha pducere eū ppl'o.
Et petr9 qdē seruabatur in car
cere: oratio aūt fiebat sine inter
missiōe ab ecclesia ad deū p eo.
Cū aūt pduceret9 eū esset hero
des in ipsa nocte erat petr9 dor
miens inter duos milites vin
ct9 cathenis duab9: & custodes
āte ostiū custodiebant carcerē
Et ecce angel9 dñi astitit et lu
men refulsit in habitaculo car
ceris. pcussoq3 latere petri exci
tauit eū dicēs Surge velociter
Et ceciderūt cathene de manib9
eius. Dixit aūt āgelus ad eum
Precingere & calcia te caligas
tuas Et fecit sic Et dixit illi Cir
cūda tibi vestimētū tuū & seque
re me Et exiens sequebatur eū
et nesciebat q2 verū ē qd fiebat
p āgelū Extimabat aūt se visū
videre. (Trāseūtes aūt primā &
secūdā custodiā venerūt ad por
tā ferreā q ducit ad ciuitatē: q
vltro aperta est eis Et exeūtes
pcesserūt vicū vnū: & cōtinuo
discessit āgel9 ab eo. Et petrus
ad se reuersus dixit. Nunc scio
vere quia misit dñs āgelū suū
& eripuit me de manu herodis:
et de omni expectatione plebis
iudeorum.

Postilla.

Misit herodes rex man9 &c. āte
initium huius lectionis scribit sanct9 Lucas
q sanctus paulus & sanctus barnabas pdica
uerūt in anthiochia per integrū annū & do-
cuerūt multā turbā: ita vt cognominarent
primū anthiochie discipuli xpiani. Ly2. ante
eñ credentes in xpm vocabant tm discipuli
s3 tūc ceperūt nominari xpiani a xpo. In his āt
diebus superuenerūt hierosolymis pphetie an
thiochiā & surgēs vnus ex eis noīe agabus si
gnificabat p spm sctm famem magnam futu-
ram in vniuerso orbe terrarum Que facta est
sub claudio cesare. Discipuli aūt put quisq3
hēbat pposuerunt singuli in ministeriū con
mittere hītantib9 in iudea fratribus. Ly. fue
rant eñ bonis tpalib9 spoliati in psecutione
q mota fuit in morte stephani pper qd indi
gebant ab aliis credentib9 auxiliari maxime
tpe famis. Qd & fecerunt mittētes ad senio-
res. s. curā multitudinis hītes p man9 barn.
& pauli. Tunc statim sequitur pñs lectio.) In
dieb9 illis. Misit herodes rex) Pro intelle-
ctu lr̄e sciendū q tres fuerūt herodes i iudea
de qbus scriptura facit mentionē Prim9 fuit
herodes ascalonita: & iste fuit institut9 rex iu
dee a romanis cuius pr̄ fu it idumeus. & tēpo
re istius herodis nat9 est xpus. & iste herodes
occidit pueros innocētes: vt hē Math. ii. Se
cūdus vocatus fuit herodes antipas: & iste de
collauit sctm iohānē baptistā. Terci9 voca-
t9 fuit aggrippa. & iste l3 i pncipio fuerit pau
per tm postea fauentib9 sibi duob9 imperato
ribus romanis. s. gayo & claudio fuit eleuat9
ad regnū. Et iste de roma veniēs in iudeam
honorifice valde fuit receptus a iudeis ppē
qd in fauorē eorum occidit Jacobū frēm iohis
et incarcerauit petrū. vñ versus. Ascalonita
necat pueros: ātipas iohēm Aggrippa iaco-
bū claudēs in carcere petrū. Et hoc est qd dr̄
in principio pñtis lectionis (In diebus illis
Misit herodes rex manus). s. ptātem suā (vt
affligeret quosdā de ecclia) sup. credētiū (oc-
cidit aūt iacobū fratrē iohīs gladio) nō solum
xpianos afflixit: sed etiā occidit (vidēs aūt q2
placeret iudeis). s. occisio iacobi (apposuit ap
prehēdere et petrū) Glo. or. q2 plus placeret
iudeis si princeps occideret (erat aūt dies azi
mor) Ly. q̄n apprehēdit petrū et hoc additur
ad significandū causā quare nō statī occidit
petrum sicut fecerat de iacobo valebat enim
expectare trāsitū solēnitatis paschalis i qua
iudei septē dieb9 vescunt panibus azimorum
& etiā q2 non licebat in pascha quēq3 occidere

(qū ō eū apprehendisset misit in carcerē) Ly. ne possz effugē) tradēs eū q̄ttuoz quaternio/ nibꝰ militū custodiendū: hz autē quaternio q̄ hz quattuoz milites sub se: sicut cēturio q̄ hz cētū (volēs post pascha pducere euz pplo). i. exponē morti p volūtate ppli (ꝯ petrꝰ q̄dam seruabat in carcē. Oro āt fiebat sine intermis siōe ab ecclia ad deū p eo) Ly. vt xp̄s adhuc in vita seruaret suū vicariū (cū aūt pducturus eū eēt herodes). s. de carcere vt occideret (in ip̄a nocte imediate pcedēte) erat petrus dormiēs inter duos milites vinctꝰ cathenis duabꝰ ꝯ custodes añ ostiū custodiebāt carce/ rē) Ly. Petrꝰ ita custoditꝰ fuit q̄ nō patebat ei euasio via hūana: sz q2 deficiēte hūano sub sidio solet adesse diuinū: iō subdit (ꝯ ecce an gelꝰ dn̄i astitit) ad petri liberationē (ꝯ lumē refulsit i habitaculo carceris). i. ad eiꝰ ꝯsolatio nē (pcussoq2 latere petri (excitauit eū) dicēs. Surge velocit/ ꝯ ceciderūt cathene de mani bꝰ eiꝰ. dixit aūt āgelꝰ ad eū precingere) Ly. vt sis aptus ad ābulādū. Resolnerat eñ petrꝰ cīgulū suū vt vestis posset pedes cooperire cō tra frigiditatē carceris (ꝯ calcia te caligas tu as) Ly. est aūt caliga genꝰ calciamēti nō hñs coriū sup pedes) ꝯ fecit sic: ꝯ dixit illi circūda tibi vestimentū tuū ꝯ sequere me: et exiēs se q̄batur eū ꝯ nesciebat q2 verū est q̄ fiebat per angelū estimabat autē se visionē videre) Ly fortitudo eñ carceris ꝯ diligens custodia fe/ cerāt sibi imaginationē de euadendi ipoten tia: ppter q̄d rē gestā somniū estimabat (trā seuntes aūt primā. Glo. oz. primū quaternio nē cū suis (ꝯ scdam custodiā) i. scdm quater/ nionē cū suis: q̄ oēs erāt oppssi sōno (venerūt ad portā ferreā) Ly. erat exterior porta ciuitatis (q̄ ducit ad ciuitatez q̄ vltro apta est eis) virtute diuina vel angelica (Et exeūtes pro/ cesserūt vicū vnū) ad maiorē petri assecura/ tionē (ꝯ ꝯtinuo discessit ab eo angelꝰ) subito disparēdo (ꝯ petrꝰ ad se reuersꝰ dixit: nūc scio vere q2 misit dn̄s angelū suū ꝯ eripuit me de manu herodis: ꝯ de oī expectatione plebis iu deorum) Ly. Tunc enim pcepit q̄ nō erat sō niū sed res gesta.

¶ In festo visitationis virg. ma. Cāti. ii. ca.

Ecce iste venit saliens in montibꝰ trāsiliēs colles Similis est dilectus meus ca/ pree/ hinnuloq2 ceruorum. En ipse stat post parietē nr̄m respi ciēs p fenestras/ pspiciēs p cā cellos. En dilectꝰ meꝰ loq̄t mi chi Surge ppera amica mea. colūba mea formosa mea ꝯ ve ni Jā enī hyems trāsiit ymber abiit ꝯ recessit: flores apparue rūt i terra nr̄a. tēpꝰ putatiōis ad uenit Uox turtur' audita ē i ter ra nostra. Ficꝰ ptulit grossos suos. vinee florētes dedert odo rē suum. Surge ppera amica mea: speciosa mea ꝯ veni colū ba mea, i foraminibꝰ petre i ca uerna macerie, ostēde michi fa ciē tuā: sonet vox tua i auribus meis. Uox eī tua dulcis: ꝯ faci es tua decora. Postilla.

¶ Ecce iste venit saliēs i mōti bus. ꝯc. Ante initiū huiꝰ lectiōis hē in eodē ca. Leua eius sub capite meo: et dextera illiꝰ amplexabitur me. Tūc seq̄tur p̄ns epl'a (Ec ce iste venit sali. ꝯc.) Glo. de sinu p̄ris in vte rum virginis. de vtero virginis in p̄sepium de presepio in mundum. de mundo in patibu lum. de patibulo in sepulchrum. de sepulchro in infernum. de inferno iterum in mundum de mūdo a patris dexteraz (similis est dilectꝰ meꝰ capree) ppter visum acutum: q2 tm̄ acu men hz in videndo q̄ a remotis videt vena/ torez venientē ꝯ loca alta ascendit: ꝯ a vena tore nō videtur: sz venatorē videt. Sic sp̄ua liter deus cūcta videt vt hē heb. iiii. Oia nu/ da sūt ꝯ aperta oclis eius (hinuloq2 ceruorū) .i. fetui cerui vel capree propter velocitatem. Hinulus se cornibꝰ non potest defendere. et ideo fugit insequentes q̄diu pōt (En ip̄e stat post parietem nostrum). i. carnem assumēdo Diuinitas enim latet in humanitate (respi/ ciens per fenestras) i. per apostolos illuminā tes ecclīam. Sicut per fenestram radiꝰ solis illuiat domū: sic xp̄us per apostolos ecclesiā illuminauit (prospiciens). i. de longe aspiciēs (per cancellos). i. per patriarchas ecclīam il/ luminando. Sicut per foramen magnū trā sit magnum lumen. et per paruum foramen

paruum lumen transit.: sed per apostolos sicut per fenestras magnas magnu lumen in ecclesia luxit. ꝑ patriarchas paruum lumen de lumine transit per parua foramina q̄ cancelli dnr. Sunt ei cancelli parua foramina in fenestra virgulata ꝑ fenestras cancellatas per quas modicū de luce transit. (En dilectꝰ meꝰ) id est xps. (loqtur michi. Surge). i. ab ocio. (ꝓpera) q2 via in qua cogitatiosa est. (amica mea) per caritatis latitudinē. (colūba mea) ꝑ intētionis rectitudinem. (formosa mea) per morū honestatē. (et veni). i. in tuā recreationē. (Iam enī hyems transiit). i. ꝯgelatio paganorum nolētiū fidem recipere. (ymber abiit ꝛ recessit). i. tyrānorū persecutio. (flores apparuerunt). i. odores bonorum operū in terra nr̄a .i. in ecclesia. (tps putatōis aduenit). i. tps ad resecādū vicia. (vox turturis) i. spūsancti. (audita ē in terra nr̄a) i. in cordibꝰ electoꝝ: q2 sicut turtur in occulto cātat et in cātu gemit: spūsanctꝰ occulta reuelat et aīam in qua hītat gemere facit ꝑ pniam (ficꝰ ꝓtulit grossos suos) Ficus enī p̄ꝰano fert fructꝰ inutiles: scdo vero vtiles ꝛ maturos: sic sīlr synagoga p̄rio protulit fructus imaturos ꝛ inutiles. Deinde xp̄m et aplos tanq̄ fructus maturos ꝛ vtiles nobis ministrauit. (vinee florētes). i. ecclesie particulares ꝟtutibꝰ suis. (dederūt odorē suū. Surge ꝓpera amica mea: sponsa mea ꝛ veni. colūba mea in foraminibꝰ petre) i. xp̄i vulneribꝫ (in cauerna macerie). i. lateris vulnere. (ostēde michi faciē tuā). i. ꝯuersationē tuā non alienā sicut hypocryte. (sonet vox tua). i. p̄dicatio tua (i auribꝰ meis) s. honorē meū. (vox ei tua dulcis). i. p̄dicatio tua (ꝛ facies tua decora) s. qn̄ predicationi correspōdet vita.

Mulierē fortē q̄s iueniet Procul ꝛ de vltimis finibꝰ p̄ciū eiꝰ Cōfidit i ea cor viri sui: ꝛ spoliis non indigebit. Reddet ei bonū ꝛ nō malū oībꝰ diebꝰ vite sue Quesiuit lanā et linū ꝛ opata ē cōsilio manuum suaꝝ Facta est quasi nauis istitoris: de lōge portās panē suū. De nocte surrexit: deditq3 p̄dē domesticis suis: ꝛ cibaria ancillis suis Cōsiderauit agrū ꝛ emit eū: de fructu manuū suaꝝ plātauit vineā Accīxit fortitudine lūbos suos ꝛ roborauit brachiū suū Gustauit ꝛ vidit q2 bona ē negociatio eiꝰ nō extinguetur i nocte lucerna eiꝰ Manū suam misit ad fortia: ꝛ digiti eius apprehenderūt fusū. Manū suā aperuit inopi: ꝛ palmas suas extendit ad pauperē Nō timebit domui sue a frigoribꝰ niuis: oēs ei domestici eiꝰ vestiti sūt duplicibꝰ. Stragulatā vestē fecit sibi byssꝰ ꝛ purpura idumētū eiꝰ nobilis i portis vir eiꝰ: q̄n sederit cū senatoribꝰ tre. Syndonē fecit et vendidit: ꝛ cingulū tradidit chananeo Fortitudo ꝛ decor indumētū eiꝰ: ꝛ ridebit in die nouissimo. Os suū apperuit sapientie: ꝛ lex clemētie i lingua eiꝰ Cōsiderauit semitas domꝰ sue ꝛ panē ociosa nō cōedit Surrexerūt filii eiꝰ ꝛ btīssimā p̄dicauerūt: ꝛ vir eiꝰ laudauit eā Multe filie cōgregauerūt diuitias tu supgressa es vniuersas Fallax grā ꝛ vana ē pulchritudo: mulier timēs deū ipsa laudabit. Date ei de fructu manuū suarū/ ꝛ laudent eā i portis opera eius.

Postilla.

¶ Mulierē fortē q̄s iueniet. ꝛc. Ante initiū huiꝰ lectionis locutus est spūsanctꝰ eius per salomonem di. Aperi os tuū; discerne quod iustum est et iudica pauperem. Ly. id est exequere iusticiā pro pauperibꝰ qn̄ hn̄t iustā causā. Tunc sequitur epl'a p̄ns Mulierē

fortē quis inueniet? In ista epl'a ponit ꝯmē-
datio fortis mulieris. Et doctor catho. cōi-
ter dicūt ꝙ per mulierē fortē intelligē sacra
scriptura ꝛ hāc expōem ꝯsequit Ni. de ly. su
per p̄sentem epl'az di. (Mulierē fortē). i. sacrā
scripturā q̄ cōtinet s̄niam ꝛ inuiolabilē vita
tem (q̄s inueniet. q. d. pauci attingūt ad ple-
nā notitiā (pcul ꝛ de vltimis finib⁹ p̄ciū ei⁹
Cōfidit in ea cor viri sui.) .i. de bono p̄mio
recipiēdo et d̄r hic vir ei⁹ doctor bon⁹: i. cui⁹
p̄sona d̄r sapi. viii. Hāc amaui ꝛ exquisiui a
iuuētute mea: et q̄siui spōsaz assumere (ꝛ spo
liis nō indigebit) qz in p̄mio duplicē stolā
hēbit. i. stolā corporis ꝛ aīe (reddet ei). i. spō-
so tali (bonū ꝛ n̄ malū oīb̄ dieb⁹ vite sue) i.
bonū grē in p̄sn̄ti: ꝛ glīe in futuro: (quesiuit
lanā ꝛ linū: ꝛ opta est ꝯsilio manuū suarū) p
lanā ꝛ linū hic intelligunt dicta scōꝝ docto-
rū per declarationē veritatis sacre scripture
(facta est quasi nauis institoris de lōge portās
panē suū) L. y. sicut eñ in naui institoris por-
tantur diuersa vite hūane necessaria: sic i. sa-
cra scri. cōtinent oīa necessaria ad salutē (de
nocte surrexit) i. surgere fecit. Amor eñ sacre
scri. inducit do. bonos ꝛ discipulos ad surgē-
dū de nocte p studio et orone (deditq̄ p̄dā
domesticis suis ꝛ cibaria ancillis suis) In he
breo h̄r annonā qz sacra scri. reficit oēs stu-
dentes in ea fideliter ꝛ diligēter ꝯsiderauit a
grū. ager iste est disciplina studii celestis. vt
di. Greg. Ome. xxxvii. (ꝛ emit eū). i. emi fecit
a studētib⁹ p domationē carnis redigendo
eā in obsequiū sp̄ūs (de fructu manuū suarū
plātauit vineā) .i. exēplo vite ꝛ verbo doctrie
scri. fideliū mltiplicationē qui sūt palmites
vinee dn̄i: vt di. Greg. ome. vii. (accinxit for-
titudīe lumbos suos) .i. accingi fecit lumbos
studiosoꝝ cingulo castitatis (ꝛ roborauit bra
chiū suū) p multiplicationē boni operis (gu
stauit et vidit qz bona est negociatio ei⁹) L. y.
p experientiā dulcedinis ex studio sacre scri.
resultantis (nō extinguet in nocte) .i. in mor
te (lucerna ei⁹) .i. claritas sue notitie: sed ma
gis augebit (manū suā misit ad fortia) in he
breo h̄r ad vertebrū qd est quidā circulus ali
q̄tulū ponderosus in inferiori parte fuse posi
tus vt recte ꝛ ordiate ꝛ expedite vertat ꝛ huic
dicto ꝯsonat qd subdī (ꝛ digiti eius app̄hen
derūt fusum) p vertebrū hic intelligē recta i
tentio opus dirigēs (manū suā aperuit inopi
et palmas suas extēdit ad pauperē) L. y. scri.
eñ sacra quasi vbiq̄ inducit ad opa mie (n̄
timebit domui sue a frigorib⁹ niuis) .i. a pe-
na gehēne scđm quod di. ea. sa. allegās illud

Job. xxiiii. ad aquis niuiū transiet ad calorē
nimiū: ꝛ loq̄tur ibi de hoīe dānato (oēs eñ
domestici eius) .i. boni doctores et discipuli
vestiti sūt duplicib⁹) .i. virtutibus itellectua
libus et moralibus que sūt vestes anime (stra
gulatā vestem) .i. diuersis coloribus intextaz
(fecit sibi) qz sacra scriptura de oī gn̄e virtu
tū et donoꝝ tractat et ad ea inducit (byss⁹)
i. castitatis et purpura caritatis (indumētuz
eius .i. vere studentiū in ea scīa pariter ꝛ vi-
ta (nobilis in portis vir eius) .i. doctor bon⁹
q̄ d̄r nobilis in portis .i. inter sapiētes anti-
quus sedētes ad reddendū veritatis iudiciuz:
iō subditur (qñ sederit cū senatoribus terre
i. cū sapiētib⁹ q̄ h̄nt regere terram ꝛ iudicare
syndonē fecit et vēdidit ꝛ cingulū tradidit
chananeo) in hebreo h̄r mercatori. per synd
nē que est vestis linea et mūda intelligit pu
ritas mentis p cingulū vero castitas corporis:
vn̄ di. Greg. ome. xiii. lumbos eñ p̄cingi-
mus cū carnis luxuria p cōtinētiā coartam⁹
d̄r aūt sa. scri. ista facere eo qd ad ea inducit
(fortitudo) .i. cōstantia mētis (et decor) exte
rioris honestatis (indumētū ei⁹ ꝛ ridebit)
i. ridere faciet studētes in ea fidelē in die no
uissimo (qñ audiēt vocē dn̄i dicētis. Venite
bn̄dicti p̄ris mei ꝛc. (os suū aperuit sapie) qz
sacra scriptura docet sapiam desursū descen
dentē (ꝛ lex clementie in lingua ei⁹) qz tā in
nouo q̄ in veteri testamēto sacra scri. ad cle-
mentiā inducit (cōsiderauit) .i. considerare
fecit (semitas dom⁹ sue) .i. ꝯscie secreta stud-
tiū in ea. ꝛ qz hic labor est optim⁹: ꝛ iō sequit
ꝛ panē ociosa nō cōedit (Surrexerūt filii ei⁹
i. discipuli studiosi (ꝛ btīssimā p̄dicauerūt) qz
sacrā scri. sup oēm aliā extollūt) vir ei⁹ ꝛ lau
dauit eā) L. y. doc. bon⁹ q̄ doctrinā suā incipit
a ꝯmēdatiōe sacre scri. (multe filie. i. phoꝝ ꝛ sa
pientiū scripture (cōgregauerūt diuitias) .i.
multa cognitiōes vitatis (tu supergressa es
vniuersas) qz sacra scriptura mlto plēs veri
tates tradidit q̄ alie scripture. Et etiā prio-
res qz in ea nulla falsitas admiscetur eū ime
diate emanat a p̄ria veritate. Scriture vo
hūanit⁹ adinuēte: ꝛ si cōtinuāt multas vita
tes: tñ h̄nt admixtas multas falsitates (sicut
p̄z i scriptur Ari. ꝛ alioꝝ phoꝝ q̄ negāt crea-
tionē mūdi. ꝛc (Fallax grā ꝛ vanā ē pulchri-
tudo) .i. verboꝝ rhetoricoꝝ i hūanis scriptu
ris ꝛ maxime poeticis i q̄bus sub ornatu vbis
latēt mlte falsitates (mulier timēs deū) .i. sa
cra scri. q̄ quasi vbiq̄ iducit ad reuerētiā dei
et timorē (ip̄a laudabit) .i. p̄ ceteris scri. (da
te ei de fructu⁹ gliosus (ꝛ laudent eā in portis

opera ei⁹) .i. sapiētes in portis sedētes cū iudicibus: et isti sapiētes dsūr opere sacre scrip. īmꝯtum per eius studiū sapiam ꝯsequitur.

¶ Item de eodem festo. Ro. v.

SIcut vni⁹ delictū ī oēs hoīes in condēnationē sic ꝯ p vni⁹ iusticiā ī oēs hoīes ī iustificationē vite. Sicut enī per inobediētiā vni⁹ hoīs pctō res cōstituti sunt multi: ita per vni⁹ obedientiam iusti cōstituentur multi. Lex aūt subintrauit vt abūdaret delictū Ubi āt abūdauit delictū: superabūdauit ꝯ grā: vt sicut regnauit peccatū ī mortē: ita ꝯ grā regnat p iusticiā ī vitā eternā p iesum christū dn̄m nr̄m. Postilla.

¶ Sicut p vnius delictum. ꝯc. Ante initiū illi⁹ epl'e scribit sctūs paulus in eodē ca. di. Si enī vni⁹ delicto mors regnauit p vnū: multomagis abūdantiā grē ꝯ dōationis ꝯ iusticie accipientes in vita .s. btā regnabūt p vnū .s. p iesū xp̄m. Tūc sequtur p̄ns epl'a (Fr̄es sicut p vnius delictum) .s. ade (oēs hoīes in ꝯdēnationē) scz .i. sīr aīe ꝯ corporis dānationē (sic ꝯ per vni⁹ hoīs iusticiā .s. xp̄i (oēs hoīes in iustificationē vite) .i. sicut p delictū ade p ppagatiōem et originale pctm oēs hoīes incurrerūt dānationē sīr aīe ꝯ corporis: sic p vni⁹ hoīs .s. xp̄i passione oēs sūt liberati ab eterna dānatione (Sicut enī p Iobediētiā vnius hominis .s. christi obediētiam (iusti instituentur multi) .i. quia sicut p inobediētiā ade cōedētis lignū vetitū posteri facti sūt iniusti: sic p obediētiā xp̄i ī ligno crucis passi oēs sūt iustificati qtū ad sufficiētiā. Si q' p grām xp̄i nō oēs iustificātur hoc nō prouenit ex defectu grē: sz ex defectu hoīm ea repelletiū (lex aūt subintrauit) p⁹ culpam vel legē naturalē (vt abūdaret delictū) .i. abūdāti⁹ cognosceretur delictū. Multa enī erāt pctā ante legē q̄ nō credebātur esse pctā vel nō esse tanta. Ro. vii. per legē cognitio pctī (vbi autem abundauit delictum) per legem. (superabundauit et grā) per xp̄m peccatoribus veniam conferendo (vt sicut regnauit pctm in mortē) .i. p̄ .i. potētiā habuit decipiendi ad mortem eternam (ita ꝯ gratia regnat per iusticiam in vitā eternā (potēter nos inducēdo ad vitā eternā (per iesum xp̄m dn̄m nostrū) qui est mediator dei et hominum.

¶ Ig festo sancti iacobi apostoli.

¶ Iam non estis hospites ꝯc.

Hanc eplām quere infra in cōi sctōꝝ de apo.

¶ In vincula sancti petri apostoli.

¶ Misit herodes rex man⁹. ꝯc.

Hanc eplām quere ante in festo sanctorum petri et pauli apostolorum.

¶ In vigilia beati laurentii epistola.

¶ Confitebor tibi dn̄e rex. ꝯc.

Require in communi virginum.

¶ In festo scti laurentii mar ii. Cor. ix.

FRatres Qui parce seminat parce ꝯ metet Et q̄ seminat in benedictionib⁹: de benedictionib⁹ ꝯ metet Unusq̄sq; prout destinauit ī corde suo Nō ex tristicia aut ex necessitate. Hylarē eī datorē diligit de⁹ Potēs est aūt deus omnē gratiā abundare facere ī vob; : vt in oībus sēper oēm sufficiētiā habentes abūdetis ī omne op⁹ bonū Sicut scriptū est Dispersit dedit pauperib⁹. iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Qui āt administrat semen seminanti ꝯ panē ad mādūcandū prestabit. Et multiplicabit semen vestrū: ꝯ augebit incrementa frugū iusticie vestre. Postilla.

¶ Fratres Qui parce seminat ꝯc. Ante initiū huius epl'e scribit sctūs paul⁹ di. Prouideamus ei bona nō solū corā deo ꝯ sed etiā corā hoībus. Tūc sequitur p̄ns epl'a (Fratres. Qui parce seminat) .s. dādo paruā elemosynā (parce et metet) .i. minus in p̄mio recipiet (ꝯ qui seminat in benedictionib; .s. largiter dando (de benedictionibus et me

tet).i.largam retributionem in pmio hēbit (vnusquisq; sup. det(prout destinauit in cor de suo).i.ordinauit propria volūtate(nō ex tristitia(Glo.q̄ em̄ dat vt careat tedio inter pellantis non vt reficiat viscera indigētis ꝛ meritū ꝛ rem pdit(aut ex necessitate). i.coa= ct⁹:sed spōte ꝛ liberalit(Hylarē em̄ datorē diligit de⁹).i.approbat ꝛ remunerat:qꝫ facit actū virtuosū(potens est aūt de⁹ oēꝫ gratiā Gor.non solū hāc gratiā largitionis elemo= sinarū:sed etiā quācūq; aliā(abūdare facere in vobis.Ly.vt sic non doleatis de facto:sed magis gaudeatis(vt in oib⁹).i.tēalib⁹ ꝛ spi ritualib⁹(ex oēm sufficientiā hn̄tes)tā in vo luntate supiori q̄ȝ in facultate exteriori(abū detis in omne opus bonum).i.in datiōe ele= mosinarū:et in aliis bonis opibus virtutum (sicut scriptū est)in ps.cxi(dispsit)Ly.nā ele mosyne plurib⁹ est facienda(dedit pauperi= bus)nō hystrionib⁹ ꝛ aliis psonis indignis (iustitia ei⁹)qui sic dat elemosinā(manet in sclm scli).i.eternalr:qꝫ merces iusticie est co= rona eterna(qui aūt administrat semen semi= nanti)Ly.i. de⁹ q̄ dat facultatē ꝛ voluntatē dandi elemosynā(et panem ad manducādū prestabit).i.necessaria vict⁹hoc em̄ videtur cōiter accidere q̄ȝ dantes elemosynas magis abundāt in tēalibus q̄ȝ elemosynas paupe= ribus indigētibus denegātes. Et si aliqn̄ cō tingit eos depauperari deus hoc ordinat ad maius bonū ipor̄ spūale(ꝛ multiplicabit se men vestrū.)Ly.i.volūtatē ꝛ facultatē ele= mosynas faciendi(ꝛ augebit incrementa fru gū iusticie vestre)Ly.i.mercedem que ex hoc in patria colligetur.

¶ In vigilia assumptionis beate Marie. Lectio libri Sapientie.xxiiii.ca.

EGo quasi vitis fructifi caui suauitatē odoris:& flores mee fruct⁹ honoris & ho nestatis. Ego mater pulchre dilectionis & timoris:& magni tudinis & sācte spei In me gra tia oīs vie & veritatis in me oīs spes vite & virtutis. Trāsite ad me oēs q̄ cōcupiscitis me: et a generatiōibus meis īplemini. Spiritus enī me⁹ sup mel dul cis:& hereditas sup mel & fauū Memoria mea in generatione seculor̄:q̄ edūt me adhuc esuri ent & q̄ bibūt adhuc sitiet. Qui audit me nō cōfūdetur:& q̄ ope rantur ī me nō peccabūt Qui elucidāt me. vitā eternā habe būt.

Postilla.

¶ Ego quasi vitis fructificaui suauitatē.ꝛc. In natiuitate b.m.vg.legit p epla lectio illa supra de.Eccl.xxiiii.q̄ pncipa liter exponit de xpo filio btē vgis. Honor de filii ē honor mr̄is:ꝛ ecōuerso honor mr̄is est honor filii. Vn̄ dicit btā vgo(Ego si q̄ vit. Hic cōparat btā vgo se viti. Pro ppter vm brā. Nā sicut vitis gratā vmbrā facit)sic be ata vgo obūbrādo nos ptegit.Vn̄ ps. Sub vmbra alar̄ tuar̄ ptege nos. Scđo propter florē. Flos siquidē vit̄ odore serpētes fugat demones(fructificaui suauitatē odoris)qꝫ si cut sine lesione vitis de vite pcedit odoris sua uitas:ꝛ idē odor longe lateq; diffūdit:sic de virgine maria sine lesione pudoris pcessit fi li⁹ cui⁹ ptās ꝛ bonitas replet orbē terrarum (ꝛ flores mei fructus honoris ꝛ honestatis.i. abūdātie ꝛ opulē.ie(ego mr̄ pulchre dilectio nis)Hec est charitas qua dilexit dn̄z quā nō maculauit aliquod pct̄ī ꝯtagiuz(et timoris) In timore signat hūilitas. Naz ex hūilitate extimuit ad excellētiā salutationis angelice. Vn̄ angel⁹ ad eā. Ne timeas maria(et agni tionis)In agnitiōe fides intelligit. Nā per fidē agnouit qđ credidit Vn̄ helizabeth dixit ad eā. Btā q̄ credidisti: qm̄ pficiēt ea q̄ dicta sunt tibi a dn̄o(ꝛ sctē spei: in me grā oīs vie et veritat̄(ac si dicat. In me est ille p carnis assumptionē a quo est vita et veritas(in me omnis spes vite ꝛ virtutis. Transite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me)ac si dicat:oēs q̄ vidēdo tis me hēre fautricē et ad tutricē(transite ad me).i.ad similitudinē ꝛ cōformitatē meā vt sitis imitatores hūilitat̄ mee castitatis ꝛ pau ptatis(ꝛ a generatiōib⁹ meis īplemini.)He sunt ille gnatiōes de qb⁹ dr̄. Emissiones tue paradisus malorum punicor̄.ꝛc.) Sequēs clausula ill⁹ eple exponit de filio vginis ma rie(Sponsus em̄ meus). i.spūsctūs q̄ cōiter p cedit a pr̄e ꝛ filio:ꝛ q̄ hic dat in via p inspira tionē grar̄(sup mel dulcis et hereditas mea

sup mel et fauum).i. incõparabiliter.(Me͂o ria mea in generatione seclo͛ꝝ) q꜡ sapientiam dei hoĩes ⁊ angeli sine fine laudabunt.(Qui edunt me adhuc esuriẽt:⁊ q̃ bibũt me adhuc sitient) edam⁹ ergo͂ dei sapiam ⁊ bibamus: q꜡ in ip̃a est plena et ꝑfecta refectio sic͂ũt in corporalibus cib⁹ appetitus placet:experientia displicet. Sed spiritualis delectatio tãto pl⁹ a comedente esuritur q̃to plus ab esuriente comeditur. Eterna ei satietas auget desideriũ. Econtrario mundana refectio desideriũ extinguit:⁊ tediũ facit. Vñ de angelis dictũ est. Fruũtur nec fastidiunt:sed magis frui sitiunt (q̃ audit me obediendo mãdatis meis(nõ cõfundet) s꜡ eterna mercede corõnabit(⁊ q̃ operantur in me).i. sic opantur vt maneãt ĩ me et ego in eis(nõ peccabũt) Qui eñi manet in deo nõ peccat mortaliter(q̃ elucidãt me).i. ꝑ dicando verbo ⁊ exẽplo(vitã eternã hẽbunt Q꜡ sicut d꜡ Dañ. xii. Qui aũt docti fuerunt fulgebũt quasi splendor firmamẽti:⁊ q̃ ad iusticiam erudiũt multos quasi stelle in ppetuas eternitates.

¶ In festo assumptio. b. virg. m. Eccl'. xxiiii.

